D. PETRI BLOMEUENNAE LEYDEN. CARTHUSIANI, ... DE BONITATE DIUINA...

Pieter Blommeveen, Dirk Loer

Digitized by Google

NAZIONALE
R. BIBLIOTECA CENTRALE V. E. II
8
56 A
21
ROMA

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

1.6.23
P
C
28

Organa amo. 756.

55
73
203

8.56.A.21

cat. mscpij. ck.

D. PETRI BLOMEVENNAE LEYDEN.

Carthuſiani, viri pij iuxta ac eruditi, de bonitate diuina libri IIII. vnde præter alia, diuini verbi p̄conibus materia ſemper exuberat exhortandi ac docendi plebem, tam de Tempore quàm de Sanctis.

¶Opus nunc primum typis excuſum.

Collegij Romani Soc. Jesu

B. S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

¶Coloniæ, Apud Melchiorem Noueſianum. Anno M. D. XXXVIII.

Octoſtichon F. Ghiſberti Blochouij traie-
ctenſis Carthuſiani in librum
D. Petri leydenſis.

Qui cupis ętherei bonitatem noſſe parentis
Hunc librum digitis ſępe reuolue tuis.
Nam mūdi faſtu longe de pectore pulſo,
Te firmo ac plano ducit ad aſtra gradu.
Non certe inflatis ſint hæc conſcripta poetis,
Sed ꝗbus ob Chriſtū vel pia quęque placet.
Eloquij phaleras aliūde haurire licebit,
Sed dicas nugas ni quoq; ſacra ſonent.

Apologiam vide in calce libri.

Digitized by Google

SPECTATAE RELIGIONIS, OPTIMO deamatoq́ suo in Christo patri, D. Iohãni Volonis, primariæ nostræ Carthusiæ Capitulíq́ generalis Scribæ, studiosorum fautori ac patrono F. Theodoricus Loher a Stratis Carthusiæ Colonien. Vicarius. S. D.

SI VLLI mortalium, certe tibi præcipue pater optime debetur gratia, non solum a me, nec a Dionysio nostro tantum, verum etiam ab ordine nostro vniuerso, imo potius ab omĩ Christi ecclesia, quod tuo consilio, tua quoq́ opera factum est, vt tam emonitiones q̃ mandata, siue a patre Reuerendo, totius nostri instituti moderatore, siue a nostri ordinis Capitulo generali prodierint, cohortantia, ne a coepto ædendorum operum Dionysij labore deficeremus, aut impediremur. Quo certe factum est, vt quicq̃d ædificationis, quicquid eruditionis ex eisdem ecclesia sancta receperit, tibi acceptũ referat æquum sit, qui tua prudentia pariter ac diligentia vnus ne labori impares subtraheremus humeros effecisti. Cuius si p̃sidio aut munimento fuissem destitutus, vereor certe ne vel vnũ Dionysij opus in lucem edendum prodijsset, adeo animo parum æquo quidam alienam ferunt felicitatem, adeoq́ nunq̃ desunt q promptius habent cauillari aliena studia, q̃ imitari.

Verum ea de re hoc tempore nihil mirandum est, quandoquidem S. Hieronymus suo quoq; æuo de huiusmodi hominibus, non semel, nec vno in loco queratur. Huius igitur exemplo nos quoq; nenias has, atq; hominum cauillos, fortiter insistendo didicimus cõtemnere. Prodeat optamus qui nostram operam atq; laborem sua industria vigilantiaq; cõtendat otiosum & superuacaneum reddere, quo factum est, vt præcipua vtilissimaq; Dionysij opera iam mundo prædicent, quæ hactenus vno aut altero fortasse armario latuerunt. Quamuis non hæc sola studiosis, verum alia quoq; interim multa prijs diuerso idiomate euulgauerimus. Inter quæ sunt & venerabilis patris nostri D. Petri Leydensis, non adeo pridem vita defuncti opuscula. Quæ licet varia scripserit, hoc tamẽ quod nũc producimus, quodq; in vltima ægritudine nouissime absoluit, de bonitate diuina inscriptum, haud vulgari est laude celebrandum, vtputa vtilissimum atq; eruditum sacris scripturis, theologicis quoq; rationibus ijsq; non parum efficacibus firmatum. Desideratur quidẽ in eo verborum suauiloquentia maior, at cum sententiarum grauitas, reiq; quam tractat maiestas, eloquentiæ præferenda sit, maior illi cura fuit vt sapienter, quã vt diserte loqueretur. Habet opus vnde non modo se, sed artificem quoq; commendet, ad omnia enim eruditionis genera idoneũ est, præcipue vt exhortationes in festiuitatib. anni potiorib9 inde selegãtur. Eruditionis preterea ac deuotiõis hic liber totus est scaturigo.

Quapropter cogitanti mihi atq; sedulo id animo versanti cui potissimum dicaretur siue inscriberetur, multis de causis tu vnus occurrebas. Principio viri huius, hoc est, authoris mutua tecum dilectio atq; necessitudo. Decies nãque (vt reor) dum supremam Carthusiam accessisset, tibi cum eodem fuit familiaris suauissimaq; loquutio, & hæc tanta vt vix esset cui fideret tranquillius, cui securius exequẽda crederet atq; tibi. Deinde equidẽ admonebar gratitudinis, ne tui, qui neq; pauca neq; spernẽda in me meosq; beneficia contulisti, forem immemor. Quæ certe beneficia dissimulare non liceret, absque luculenta ingratitudinis nota, quam adeo fędam duxit summus ille terrarũ princeps Alexãder Macedo, vt parui duceret toties in acie abijsse victorem, atque de hoste tulisse triumphum, nisi & de se bene merentẽ beneficio vicisset. Suscipe igitur hoc xeniolũ, & huius veneratione qui scripsit, & mei amore qui tibi nuncupaui, id gratum habe. Cupio enim in hoc admonitum te huiusce rei, quam olim madentibus oculis tibi coram exposui, puta ne ecclesię fructus piorumq; multorum ædificatio, a quibusuis hominib. impediatur. Et hoc certe etiamnum plus quam olim opus erit, quandoquidem piorum omnium tam studiorum quam occupationũ sanctarum & promotor & Mecoenas hyperaspistesq;, huius videlicet operis author, nobis per mortem subtractus est. Qui certe dum viueret (vt etiã modernus noster venerabilis pater) tam fuit diuini honoris zelator, quã omnis amator promo-

torque virtutis. Sciens hæc scribo, secretorū eius vt filius dilectus ad quindecim annos oīm plus cæteris conscius. Cuius laudem ac vitam ne prorsus reticere videar, credendum pręcla ris eum multis varijsque effulsisse animi doti bus: tribus tamen adeo emicuisse singularem, vt certe putem haud facile ei in his hodie inue niri secundum, virginitatem namque a cuna- bulis adeo integram, adeo seruauit immacula tam, vt non solum (quod multorum est) incor- ruptione perpetua gauderet carnis, verumeti- am vt in hoc negocio ab omni prorsus corru- ptione esset affectiōis alienus. Nō quidem ex- pers omnino fuit stimulorum, quos sub somno quandoque inuitissimus pariter atque innocen tissimus sentire cogebatur, adeo inculpatū tn̄ se in his gessit, vt nunq̄ (quod pro omni vita sua ingenue fuit sæpenumero amicis testatus) mulieris concupiscentia, nunquam obscoeni cuiusuis aliud desiderium ipsius mentem teti gerit, nunquā portētuosa huiusce rei eius intra uerit affectū. Id quod certe ei naturaliter haud quaquam vsu venisse credimus, sed pugna, la bore, oratione, sensuum custodia: atq; adeo carnis castigatione, de qua vt triūpharet, gra tia se dei protegenre id impetrauit. O castita- tem purissimam, quam nulla vnquam concu piscentiæ libido foedauit. O laudandam, quæ etiam inter certamina corporis seu naturę in ternam pacem ac victoriam semper quietam tenuit. Neque enim si in carne quippiam il- laudati sentiret, eidem tātam concedebat mo ram, vt ad interiorem hominem pertingeret

vitium, sed profligata mox omni rebellione carnis, in mente plenam tenuit munditiam, plena fruebatur pace: tametsi (quod dixi) vel natura ei bellum mouere niteretur. Alterum est, quod pariter sæpenumero fatebatur, nullo tempore vitæ suæ pro quacunque siue iniuria, siue dãno, aut sui contemptu vindicandi contristandi seu quouis modo lædendi proximum sensisse appetitum. Quo testimonio palã est satis, q̃ta proximoꝝ quẽuis cõplexus fuerit charitate. Siquidẽ læsus ab aliquo adeo nullã ęgre molestiã tulit, vt sui esse officij putarit eũ, qui fecerat molestiam, & qui propterea ab illius charitate se alienum iam existimabat, quantocius in amicitiã reuocare. Neque enim ferre poterat, vt animum quis haud tranquillum in se portaret, sed gaudere mutua pace voluit omnes, esse a tristitia alienos, atque de sua dilectione nõ dubitare. Hortabatur idcirco quoscunque mutuo sibi exhibere suaues occursus, vultusq́ floridos p̃ se ferre. Inde tertium, quod nõ min9 p̃dicandũ est, eidẽ affuit semper, puta ꝙ ob calamitatẽ quancunq́ (cuiusmodi illũ scimus sępenumero tolerasse haud leuem) tristari noluit, asserens nulli vnq̃ Christiano nisi vbi deũ offẽderit, tristãdũ. Desolatos nõnũq̃ verbis huiusmõi moerore leuabat: Nihil habet (ingens) vtilitatis tristitia, nulli quicq̃ confert: nocet oĩbus, atq́ calamitatẽ externã interna conduplicat. Accedit, ꝙ ex tristitia animi generatur cordis cruciatus, corporis afflictio, consilij inopia, quicquam gerendi fastidium; & ex prudentissimo quoque hebetem

ſtupidūq; triſtitia efficit. Dicebat quoque: Si aut rem optatam & amiſſam recuperare, aut ſi lachrymis moleſtiam ſcirē depellere, in angulum me quemuis conijcerem, vbi capillos euellerem, vbi eiularem, vbi faciem ſulcarem vnguibus, vt deprecarer damna, aut felicitatē impetrarem. At modo cum triſtitia nulli ſit vſui, quum quod ablatum eſt non queam moerore reducere, cur plorem? cur maiori me poena diſcrutiem? Eſt igitur haud mediocris inſania inter ſiniſtram aduerſamq; fortunam moerore affici, animoq; turbari: & ſemel iam in rebus ſuis aut bonis læſo, animi quoq; moerorem addere. Hæc tria quia maximam viro pepercere animi tranquillitatem, idcirco nunq̄, quocunq; fuiſſet in loco, contemplationi non inueniebatur idoneus. Proinde in menſa, præcipue tamen vbi ſacra audiretur lectio, aut inter colloquia ſalutaria, tāta interdum compūctione liqueſcebat, tot lachrymis exuberantibus ſoluebatur inter amicos, vt deo hymnum ſeu gratias (quod piorum habet conſuetudo) haud raro, neq; perficere, neq; incipere potuerit. Pro virili itaq; contra hanc cordis mollitiem (imo bonitatem) nitebatur inter homines conſtitutus, lachrymiſq; vim ne promanarēt inferre tentabat. At quanto magis reſiſtebat tanto omnes eius conatus erant inanes. Porro vbi in diuino erat officio conſtitutus & ſanctorum verborum vorabat & modulos & ſenſus, totus exultabat alacritate ſpiritus, nec lachrymarum ei riui deficiebant. Quapropter ſi ſolus quid in templo legere aut cātare habe

ret, & vel vnum verbum, quod ad dei amorē efficacius excitaret, pronūciandum sibi esset, ad ea quæ sequebantur legenda totus lachrymarum abundantia impediebatur: idq́ maxime circa finem vitæ aliquot annos. Ob hanc rem, non semel in præcipuis festiuitatibus, quibus ex officio summam debuisset missam cantasse, palam officio abstinuit, sacrum vbi liberius se deo mactaret, in secreto loco faciens. Ante enim q̃ ad altare accederet, non ignorabat locos (si cantandum fuisset) quos absq́ totius hominis liquefactione exprimere haud posset. Habuit namq́ cor mirum in modū tenerum ac amorosum, quod sagittis amoris facillime tangi vulnerariq́ subito posset. Itaq́ quod dixi, ad hæc vehementer multum illi cōtulit innocentia, lætitia spiritualis, pax, animiq́ tranquillitas. His eñ nunquā carere voluit armis, vbicunq́ esset. Quo fiebat etiam, vt semper hilaris nemini non adferret consolationem: Nemo enim huius consuetudinē nō affectabat, cupiebat vnusquisque alacritatis eius fore particeps. Vnde inter conuiuas quoq́ omnium animos honestissime recreabat Ita tamen, vt si quid leue ociosumve videbatur dictum, mox illud resumptū significatiōe aliqua spirituali, quo non minus etiam erudiret, decorabat. De hoc viro tres ipsius confessores, quibus generaliter singulis confessus est testātur, si necesse foret cum iuramēto, in eius vita nihil inuenisse, quod letale posset vitium suspicari. Innocens ad ordinem venit Carthusianum, annos natus plus viginti duos. Inno-

centior in eodem vixit, annos ferme quadraginta octo. Innocentissimus, atque tam deo q̃ hominibus charus, hac vita defunctus est, anno videlicet Christi M C C C C C X X X V I pridie calendas Octobris. Prǫfuit autẽ domui suæ professionis vtilissimus prior annis viginti nouem, minus mensibus duobus: & prouinciǫ Rheni visitator totidẽ, subditis suis omnibus mirum in modum ac præcipue dilectus, pro quibus & vniuersali ecclesia nunc intercessorem eundem apud deum in gloria pie confidimus regnare. Iam vale vnicũ meum post deum refugium, & caue ne tibi excidat, quod monuimꝰ de Dionysiĳ negocio, meq́ꝫ patri reuerẽdo, patri vicario, procuratoribus Sacristǫ optimis germanis fratribꝰ Baltasari & Claudio Gaberti, Iohanni destituti, Iohanni Giloti, cæterisque qui nos nouerunt, & viderũt, ex animo cõmenda. Coloniæ ex nostro Museo Carthusiano. Anno a natali Iesu Christi quingentesimo trigesimo septimo supra millesimum pridie calendarum Decembrium.

Index capitum, titulorum, exhortationũ que sequẽtium librorum. Et primo libri primi de bonitate diuina

¶Diuinam bonitatem contemplari in suæ essentiæ vnitate. Fo.2.b.
Diuinam bonitatem contemplari in personarum trinitate. Fo.5.a.
Diuinam bonitatem contemplari in suis creaturis. Fo.8.b.
Diuinam bonitatem contemplari in verbi incarnatione. Fo.9.b.
Diuinam bonitatem contemplari in virgine beatissima Maria. Fo.11.a.
Diuinam bonitatem contemplari in natura angelica. Fo.11.b
Diuinam bonitatem cõtemplari in naturę humanæ mirabilitate. Fo.12.b.
Diuinam bonitatem contemplari in omni creatura. Fo.13.b.
Diuina bonitas quomodo inquirẽda. Fo.14.a.
Diuina bonitas quo pacto gustanda. Fo.15.b.
Diuina bonitas quomodo per charitatem ex totis viribus diligenda, & de tepore & impedimento charitatis. Fo.16.b.
Diuina bonitas charitasq́ in deum quõ dispo nere debeant hoĩem ad bonã mortẽ. Fo.18.b
Diuinæ bonitatis contẽplationi quæ p̃cipue vel prosint, vel obsint. Fo.21.a.
Epilogatio prædictorum, & de effusione cordis, in qua vel maxime dei bonitas cõtemplatur laudaturq́, Fo.24.a.

De reformatione voluntatis, gustus interioris renouatione, ac perseuerantia laboris necessarij, vt dei bonitas sentiatur. Fo.26.a.

De difficultate discernendi diuinum beneplacitum, & alijs quibusdam volenti proficere scitu necessarijs. Fo.28.a.

Diuini beneplaciti agnitio, quid in anima efficiat. Fo.30.a.

Quænam hominem ducant in cognitionem diuinæ bonitatis, & quomodo deus omnib9 sit præsens. Fo.31.a.

De trinitate personarum, & processionibus in diuinis. Fo.34.a.

Humilitatis studijque inquirendi diuina commendatio. Fo.36.a.

Præparatio animi ad effusionem cordis & diuinæ bonitatis gustum. Fo.37.b.

Effusio cordis ad diuinā bonitatem. Fo.40.a.

De fructibus huius effusionis. Fo.42.a.

Quanta dignatio sit, quod diuina bonitas dignatur animam suscipere in sponsam, & de Christi passione. Fo.43.b.

Præscriptorum exercitiorum sparsim positorum continuus textus. Fo.45.a.

Pro intellectu clariori præscriptorum additio. Fol.51,a.

Diuina bonitas in gratia diuinæ eucharistiæ, quomodo digne degustetur, Fo,55.a.

Diuina bonitas in beatissima virgine Maria, cæterisque sanctis dei, quomodo elucescat, atque illi ipsi quibus a nobis sint modis honorandi, Fo.59.b.

De humilitate quam Christus in sua exhibuit

incarnatione & passione, & matris eius humilitas imitanda. Fo.67.b.

Libri secundi Exhortationes. 5.

¶De redemptione humani generis per incarnationem & passionem filij dei impetrata, opere videlicet maximo diuinæ bonitatis. Fol.65.b.

Quanta dignitate omnis creatura in filij dei incarnatiõe coniũcta sit deo, & q̃ suauiter filiũ beata Maria contẽplata sit & quomodo vtrique benedicamus. Fo.68.a.

Quam congrue incarnatio diuina per angeli annuntiationem facta sit, & ad sacerdotes commonitio. Fo.70.b.

Incarnationis diuinæ beneficia, exercitiumque mentaliter colloquendi deo, sacrificaturis idoneum, Fo.73.a.

De natiuitate Christi Exhor. 14

¶Quomodo de Christi incarnatione natiuitateque creaturæ omnes gaudeant. Hymni angelici (Gloria in excelsis) explicatio, inuidię odijque detestatio. Fo.74.b.

De gaudẽdi affectu multiplici, & de cõiunctione diuinæ naturæ cum humana. Fo.83.a

Quænam sint quæ beatæ Mariæ filioque eius præbuerunt occasiones gaudiorum & quomodo illis sit gratulandum. 85.b.

Quid Christi nobis conferat natiuitas. 96. b.

Christi beneficia eiusdẽque amabilitas quomodo animã prouocẽt ad reamãdum. 98. a.

¶Cæteras, quæ ex ordine sequũtur, vide loco suo.

De apparitione, & trium Mago-

rum adoratione. Exhor. 12.
¶ De magorum illuminatione & aduentu ad Christum, & quomodo nos quoque eosdem imitemur. Fo. 123. b.
Quō religiosi imitentur magos sanctos, eadē quæ ipsi facientes. Fo. 325. a.
¶ Cętras q̄ ex ordine sequūtur, vide loco suo.
De Christi passione & resurrectione Exhorta. 9
¶ Gaudium Mariæ de consumata passione resurrectioneq; Iesu, sui & ecclesię filij. 153. b
Passio Christi ac resurrectio quomodo beatissimā Mariā atque filios ecclesię lętificauerūt signaq; spiritualis resurrectiōis. 156. a.
¶ Ceteras, q̄ ex ordine sequūtur vide loco suo
De ascensione Christi in coelū. Exhor. 7.
¶ De Christi ascensione, nostræque liberatione captiuitatis, & quomodo spiritus concupiscat aduersus carnem. Fo. 174. a.
¶ Cæteras q̄ ex ordine sequūtur vide loco suo
De spiritussancti missione. Exhor. 5.
¶ Spiritus sancti donorumque eius effusione, salutem nostram consumatam esse. Fo. 191.
¶ Cęteras, q̄ ex ordine sequūtur vide loco suo
De corporis & sanguinis Christi communione. Exhor.
¶ De Christi charitate corpus & sanguinem suum nobis dantis. 203. a
¶ Cęteras, q̄ ex ordine sequūtur vide loco suo
¶ Libri tertij. Exhor. 12
De natiuitate beatæ Mariæ virginis. Exhorta.
¶ Cuiusmodi, & quibus sit gaudiū de nati-

uitate beatissimæ virginis Mariæ. Fo.208 b.
Quomodo per beatissimam virginem Mariã a tenebris peccatorũ ad lucem, hoc est, Christum ducamur. 210. a.
¶ Cęteras q̃ ex ordine sequũtur, vide loco suo.
De annuntiatione beatæ Mariæ.
Exhortationes..
¶ De gratia multiplici, & quomodo eandem per Mariam impetremus, de eiusdemque salutatione institutio. 239. b
¶ Cęteras q̃ ex ordine sequũtur, vide loco suo
De festo purificationis eiusdem.
Exhortationes 13.
¶ Quę in solẽnitate purificationis ceremonialiter fiũt, quō spiritualiter impleãtur. 245. a.
¶ Cęteras, q̃ ex ordine sequũtur, vide loco suo
De festo assumptionis eiusdẽ. Exhor. 8.
¶ Maria quomodo sit ciuitas dei, eiusdemq́ tredecim proprietates. 279. b.
¶ Cęteras, q̃ ex ordine sequũtur, vide loco suo
De sancta Anna. Exhor. 2.
¶ Quomodo Christi excellentia in matris & auiæ suæ Annæ redũdet gloriã. 300. b.
¶ Alteram q̃ ex ordine sequitur, vide loco suo
De sancto Michaele, & oĩbus angelis.
Exhortationes. 12.
¶ De prouidentia dei circa nos, angelorumq́ custodia. 308. a
¶ Cęteras, q̃ ex ordine sequũtur, vide loco suo
De sancto Iohãne baptista. Exhor. 6
¶ De sancti Iohannis baptistæ prædicatione, deq́ vera humilitate. 335. a
Cæteras, q̃ ex ordine sequũtur, vide loco suo.

¶De beata Maria Magdalena
Exhortationes 7.
Peccatis omnibus oblatā esse remissionem, et quō b. Maria Magdalena Carthusiensibus sit patrona. Fo. 345. a.
De spirituali osculo triplici, pedum, manuum & oris. Fo. 351. a.
Ad peccatorum remissionem necessaria esse multa. Fo. 353. a.
De mō syncero exercitioq; diligēdi deū. 355. a
Quantum dilexerit b. Magdalena, & quomodo eandem debeamus imitari. Fo. 356. b.
Inter vitam actiuam & cōtemplatiuam discrimen quale. Fo. 359. a.
De reparatione hominis lapsi, virtutibusque infusis & acquisitis. Fo. 362. b.
Cæteras, quæ ex ordine sequuntur, vide loco suo.
De omnibus sanctis. Exhor. 8.
¶Quomodo hic purificari debemus cum sanctis, vt illis iungamur in coelis. Fo. 410. b
De falsis item & veris beatitudinibus, ac de glorificatione corporum beatorum. 412. b
Quid æterna sit beatitudo, præmiumque essentiale, seu accidentale. Fo. 415. a,
De mercede sanctorum, de merito atque demerito, digno & condigno. Fo. 417. a.
Quomodo sit festinandum ad coelestem requiem, & de timore multiplici. 420. a
De regno coelorum quid sit, quidue paupertas spiritus. 422. a.
¶Cæteras, q̄ ex ordine sequūtᵉ vide loco suo.

FINIS INDICIS.

D. PETRI LEYDIS CARTHUSIANI, de bonitate diuina liber primus.

¶PROOEMIVM.

INTER omnia quæ laude, commendatione, aut amore quouis modo digna sunt, nihil est commendabilius eo, qui solus est bonus, solus sanctus, solusque gloriosus. Idcirco cū post laudum præconia sacra scriptura hunc ipsum (qui deus est noster, sublimis & omnipotēs, q̄ p̄terea cuiusuis aīę castæ sponsus est suauissimus) commendaret, tandem quasi simul omnia dicturus, infert: Qui totus est desiderabilis. Cantico.5 Indicans nimirum totum esse bonum, qui totus est desiderabilis: nihil enim est desiderabile, aut amabile, nisi bonum. Vnde probatur ꝙ quanto vnūquodq; magis sit bonum, tanto sit etiam magis desiderabile. Bonum nanq; (teste philosopho) est quod vnanimiter cuncti appetunt. Philoso.1. Ethicor. Non igitur totus possit esse desiderabilis, nisi etiam totus esset bonus. Quapropter de deo dei filio Aggeus propheta scribit: Veniet desideratus cunctis gentibus. Aggei.2 Desideratus nimirum cunctis gentibus vocatus, quod totus est desiderabilis, omnia desiderabilia excedens. Iuxta quod in Prouerbiorum libro scriptum est: Omne desiderabile ei nō potest comparari. Prouerb.8 Est itaq; deus totus bonus, quia in nullo deficiens. Si enim in aliquo deficeret, iam totus bonus non esset: propterea quod in aliquo eius deficeret, seu minueretur, aut augeri posset bonitas. Nihil quoq; de malitia sibi habet admixtū. Quod

si haberet, iam iterum non totus bonus, nec totus esset desiderabilis. Porrò creatura omnis in bonitate est imperfecta, deficitque, vtpote quæ bonitatem finitam creatamque habet in mensura, nec malitia caret admixta. Atque ideo creatura nulla inuenitur, quantumuis bona æstimetur, quæ tota sit desiderabilis. Liquet propterea etiam quanta sit cæcitas amantiũ creaturas, contra seu extra deum. Cæterum (vt dixi) deus quia absque vlla est malitia, ab omnique defectu bonitatis liber ac immunis (est enim bonitas eius infinita, limite ac mensura carens) idcirco quicquid malum est, imperfectionemque aut defectum habet à se, ipse excludit. Inde quoque fit, vt totus desiderabilis, totus sit amabilis. Constat præterea, quòd accedenti ad deũ nihil, quod ex parte sit dei, triste possit occurrere, quod horreat, aut timeat homo accedens, sed potius quanto homo perfectius, lympidiusque deum cognoscere cœperit, tanto eius desiderium amorque ad eundem augebitur: adeo vt etiam inuitetur delecteturque illum accedere propius, nec quicquam paueat. Itaque est deus sicut bonitate, ita virtute quoque immensus. Quare de eodem nequaquam dici potest: Tantũ nec vltra potest deus. Nec etiam dici potest: Tantũ, & nihil plus, nouit deus. Aut: Tantum diligit deus, & non vltra. Quia quicquid est infinitum (sicut est deus) termino limiteque caret. Est ergo deus immẽsus, atque in infinitũ bonus: idque naturaliter, substantialiter, atque incommutabiliter. Quod sanctus Ambrosius sentiens cum morti esset vicinus, lętus dixit: Mori non timeo, quia bonum habemus dominum. Quã- *Ambrosi.* uis enim nõnullis in vita, aut morte, licet sint boni, deus videatur formidabilis, siue tremendus, hoc tamen illis non contingit ex cognitione dei, sed propter sua peccata, nondum expiata, propter quæ metuunt puniri, aut improbari. Hunc tamen perfecta charitas foras mittit timorem. Quod vero mali de- *1. Ioha, 4*

timent,id quoq; non ex deo, sed propter malitiam illis cōtingit suam, tanquam à deo alienis, atq; à summo bono separandis. Summopere igitur diuinæ bonitatis cognitio quærenda est, ad eiusdem amorem vehementer conducens. Quare enim contemplatiuꝰ circa dei versatur cogntionem, nisi vt eundem contemplatum cognitum'q; amet? Nihil enim amatur nisi cognitum. Quapropter, cum ex contemplatiōe, cognitione'q; bonitatis amati augeatur indies'q; ad eundem magis ferueat in contemplatione amor, cōsultissimum necessarium'q; est contemplatiuo, vt dei amor in illo concalescat, maiorq; seipso quotidie efficiatur, bonitatem eiusdem contemplando inuestigare. Ad quod mirum in modum studiosa iuuat lectio sacræ scripturæ, catholicorumq; patrum, eorum potissimum, quorum lectio non tam illuminat intellectum, quàm affectum accendit. Quapropter vt lectio sit fructuosa, nec scientia inflet, debet cognitio seruire affectioni, & per scientiā charitas inflammari. Quod vt fiat pro sapientia, pro charitate, pro humilitate rogandus est deus, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, vt det nobis de se bene recte'q; sentire per intellectum, suæque gustare bonitatis suauitatem in affectu. Ad quod assequendum pro virili in sequentibus adminicula quædam administrare conabor.

[Margin: 1.Cor.8. — Iacob.1]

DE BONITATE DIVINA LIBER PRIMVS.

Diuinam bonitatem contemplari in suæ essentiæ vnitate. Caput .I.

BONItatem dei contemplari possumus duplici modo, primo videndo eam in sua essentia vel natura: atq; secūdo, vidēdo eam, vt causam in suis effectib9. Primo modo videre deum omni creaturę est impossibile. Quamuis enim beati deum videant facie ad faciem, eumq; cognoscant, sicuti & cogniti sunt, hoc tamen solum intelligitur iuxta eorum capacitatem: deum enim compræhendere perfecte non possunt, sed potius ipsi, & omnia creata, à deo solo comprehendūtur: quemadmodum pisciculi pauci absorbentur simul à mari magno. Finiti nanq; ad infinitum, nulla est comparatio. Deus aūt infinitus est, omnis creatura finita. Atq; ideo omnis creatura deo comparata est quasi nihil, & inane qd. Vnde Isaias: Ecce gentes quasi stilla situlæ, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt. Ecce insulæ quasi puluis exiguus, &cæ. Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum & inane reputatæ sunt ei. Et quamuis sic sit de omnibus creaturis simul, propter hanc tamen nostram exiguitatem cessare nequaquam debemus ab ipsius excellentissimi dei contemplatione, quæ vehementer inflammat in amorem ipsius contemplati. De hac contemplatione clarissimi, doctissimi atq; sanctissimi viri excellenter multa scripserūt, qbus nostra indocta doctrina nihil addere præsumit, sed ad illorum scripta omēs in hoc genere cōtemplari cupiētes remittit. Vt tamen quorundam sublimium theologorum, & deuotorum me

[Margin: .Cor.13 — Isa. 40]

orum filiorum petitiõi vel ex aliqua parte satisfiat, aliquid potius fabulemur & conferamus, quàm doceamus, & de exiguis studeamus paulatim cogitare eximia. ¶ Igitur collecto spiritu contemplans videat, id est, intelligat & sentiat (si sentire valet) se à deo plene & perfecte intueri, suumq́ intellectũ, memoriam, voluntatem, affectum & omnia à deo clarissime conspici. Videat autem corde mundo, sine quo deus non videtur: & per quod, etiam in hac vita (teste beato Augustino) suo modo videri potest. Liquescat denique ad intuitum illum anima eius defluatq́ ab omni alieno amabili, & sentiat de domino in bonitate, tanquam de summo amabili, eo quòd sua essentia vel natura sit ipsa infinita bonitas. Sed prohdolor istud penè omnes negligunt attendere, & diuinæ præsentiæ neque debitam reuentiam, neque amorem impendunt. Imò, quod magis est detestandum, homini etiam vitioso maiorem exhibent cultum ac reuerentiam, quàm summo & amabili deo, qui per Hieremiã prophetam suum dicit: Nunquid non cœlum & terram ego impleo? Cui rursus idem propheta loquitur Tu fecisti cœlum & terram in fortitudine tua magna, &c. Attendat præterea contemplator naturam vel essentiam diuinam esse superintellectualem, hoc est, excedentem omnem naturam intellectualem in infinitum, est enim lumen immensum, quo seipsum, & omnia simul vnico intuitu perfectissime & incommutabiliter intelligit cognoscitq́. Perspicit quoq́ intimissima & occultissima rerum sine vlla solicitudine labore vel errore. Creaturas in esse producit, conseruat, cognoscit, intuetur, moderatur & ad certos fines producit: & tamen nihil plus eum grauãt aut solicitant, quàm si non essent. Diuina natura est etiam amor purissimus, & spiritualis dulcedo, immensa & incommutabilis, quem peccata nulla, siue dæmonum siue hominũ in aliquo alterare possunt: quemadmo-

Augustin.

Sapient. 1

Hiere. 23.

Hiere. 32.

dum nec facta bona hominum & angelorum eum beatificant. Incommutabilis enim est deus. Est quoque natura diuina independens, id est, aliunde non recipit quicquam, sed seipsa est, & illimitata, id est, indiffinita, manet. Insuper natura diuina est summus perfectio & finis. Quapropter ad aliud non refertur, sed omnia ad ipsam, tanquam ad finẽ, referuntur. Est etiam ipsa plenitudo essendi, & necessitas. Idcirco non esse in infinitum distat ab ea, nec potest ei aliquid addi, quia est plenitudo essendi in semetipsa. In tempore, & à creaturis nihil recipit sed quicquid digne deo asscribi potest & spectat ad essentiam diuinã, deo inest inseparabiliter, sine principio, & sine fine. Et est totum simul quod est, & æternaliter. Est enim sua perfectio in æternitate incommutabili. Vnde si quis aliquid dignum deo cogitaret & diceret, vtinam deus haberet hoc: Respõdendum esset, iam hoc habuit in æternitate in natura sua. Nihil etiam potest deo auferri, quia incommutabilis est. Nec est aliquid superfluum aut malum in deo quod deberet auferri. Diuina bonitas, & omnia quæ digne deo possunt asscribi, sunt in eo infinita, & incõmutabilia. Potentia dei est infinita, inde dicitur omnipotens. Sapientia dei est infinita, ideo attingit à fine vsque ad finem fortiter, quia propter infinitatem eius non potest ab vllo impediri, quin apertissime sine vllius resistentia omnia simul penetret, & sciat. Si quæratur quomodo hoc fiat? respondet sanctus Bonauentura in breuiloquio: Deus cognoscit contingẽtia infallibiliter, mutabilia immutabiliter, futura præsentialiter, temporalia æternaliter, quia per seipsum essentialiter. Hæc ille. Ista sunt hominibus insueta, & nõ intelligibilia, qa humano modo sciendi vtũtur in cognitione diuinorum, sicut intelligunt creata, & mutabilia, & finita: cum deus sit increatus, immutabilis & infinitus. Talis cognitio humana est stupida

Sap. 8

Bonauen.

&ſuppletur per fidem. Cognitio vero dei, eſt ei connaturalis, &ideo attingit omnia fortiter ſine vlla reſiſtentia, Per hoc aũt quod diſponit omnia ſuauiter innuitur quod deus omnia moderatur, cœleſtia, terreſtria, &infernalia, &omnia contingentia, & incerta infallibiliter, & certitudinaliter, in tanta rerum multitudine &differentia tali facilitate, quaſi non eſſent. In nullo impeditur, in nullo laborat, in nullo grauatur ſolicitudine, in nullo errat. Et hæc ſunt ex parte eius. Sed ex parte creaturarum diſponit omĩa ſuauiter, quia dedit illis formas, naturas, &inclinationes, per quas mouentur connaturaliter ad actus & fines ſuos, ſed non ſine deo aſſiſtente, &infallibiliter dirigente, &cooperante. Nec omittit minimam creaturam (vt feſtucam) quam non moderatur. *Sapientia igitur dei eſt infinita. Similiter amor dei, miſericordia, iuſtitia, gratioſitas, pietas, ſuauitas, gaudium &ſimilia quæ digne deo valent aſſcribi, ſunt in eo infinita.* Et ſunt eius eſſentia, & ſubſtantia & non accidentia, nec mutabilia, ſed ſemper idip̃m, ſine principio, &ſine fine ſubſiſtentia, cũ ipſe ſuperbenedictus, &ſupercolendus, & ſuperamabilis deus, ſit ſibĳpſi principium &finis. Iuxta illud: Ego principium, qui &loquor vobis. Iohann. 8 *Sanctiſſima enim & inſeparabilis trinitas, eſt ſibĳpſi principium, non ſeipſam creando, ſed eſſendo quod eſt, ſeipſa enim eſt nec ab alio accipit quicquam.* Et eſt ſibĳpſi finis, quia omnia ad ſeipſam refert, & omnia propter ſeipſam operatur. Vnde dicit Moſes quod creauit gentes, in laudem, &nomen, & gloriam ſuam. Deuter. 2 Et SAPIENS: Vniuerſa propter ſeipſum operatus eſt dominus. Prouer. 3 Et in Apocalypſi dicitur: Ego ſum alpha & o, primus & nouiſſimus: principium, &finis. Apoc. 22. Pater, & filius, & ſpiritus SANCTVS ſunt vnum principium vniuerſæ creaturæ. Et tunc principium eſt terminus eſſentialis. Quando

vero principium est terminus personalis, tunc solus pater est principium filij, & pater & filius sunt vnum principium spiritussancti. Sed spiritus sanctus non est principium neque patris, neq; filij.

¶Praeterea deus est supernobilissimum intelligibile, & superdesiderabilissimum amabile, & superiucundissimum coniungibile, id est, fruibile. Quando aūt amatum, vel amabile, aut fruibile coniungitur amanti, tunc generatur delectatio & gaudium. Deus vero seipsum plenissime intelligit & diligit comprahensiue, perfectissime quoq; sibiipsi coniungitur, quia secundum Ambrosium in hymno, in patre est totus filius, & totus in verbo pater, & vterq; in spiritusancto & spiritussanctus in vtroq;. Quia deus tantum seipm intelligit & diligit, quantus est. Ergo sibiipsi plenissime coniungitur (& si dici licet) sibiipsi immergitur, vel aeternaliter immersus seu vnitus est, vt semper incommutabiliter seipsum plenissime intelligat actu & amet, & de seipso in seipso delectetur & gaudeat, naturaliter, essentialiter, & substantialiter: & felicissime in seipso quiescat, quae requies nec in minimo vnq̃ inquietari potest. Haec requies est essentia diuina & incommutabilis, & perpetua felicitas. Haec requies administrat, conseruat, & moderatur vniuersam creaturam incommutabiliter. Quae creatura sic est corā deo, quasi non esset, ergo eum nec in minimo inquietat in praefata administratione, neq; solicitum reddit, ne deficiat vel erret in operando, vel modificando. Omnia enim apud deum creata & perpetua sunt & incommutabilia. Nec est ibi principium, nec finis, praeter seipsum (de quo supra dictum est) nec vllum tempus, nec vlla vicissitudinis obumbratio. Quod difficulter homo concipere potest, quia intelligit per phantasmata, & de deo rebusq; diuinis cogitat sicut de rebus creatis, quae habent initium & finem naturalem & tempus, & a deo dependent, alias in nihilum

Ambrosi.

Isaiae.40

Iacob. 1

caderent, suntq; limitatæ. Deus vero per suam essentiam, in æternitate incommutabili, seipsum & om̄ia agnoscit, Porrò intelligere diuinum, est essentia diuina. Et quia essentia diuina est infinita, incommutabilis & vna, ideo etiam diuina intelligentia seu ipsum Intelligere diuinum est infinitum, & incommutabile & vnus actus. Apud nos dicit intellectus bonus, qui apprehendit veritatem sine errore. Et sunt multi gradus ascēdēdi per diuersas claritates intellectuum, sed laudabilior dicitur, qui fuerit vniuersalior. Intellectus vero diuinus est vniuersalissimus, & incommutabilis, ideo est optimus. Sic perscrutando singula quæ dei sunt, vt sunt, potentia, sapientia, amor misericordia, iustitia, gratiositas, &c. inuenitur deus eisse bonum optimum, infinitum, incommutabile, in enfinitum amabile, atq; laudabile. Eapropter, si om̄is creatura multiplicaretur per modum numeri in infinitum, & vellet laudare & diligere deum sicut est laudabilis & diligibilis, non possent hoc efficere. Vincit nim deus omnem laudem, & omnem amorem. *Sicut scriptum est*: Maior est omni laude, scilicet creaturali, & omni amore, Itaq; nihil est in deo vel q̄d deo Ecclesi. 43
digne potest asscribi, quod non est in infinitū laudabile atq; amabile. Ecce quàm bonus est deus noster.

¶Diuinam bonitatem contemplari in personarum trinitate. Cap. II.

Deus intelligēdo seipsum producit verbum, vel mentis conceptum, sine quo actus intellectus esse non posset, Vis vero vel potentia intellectiua dei, inquantum generans, est veraciter pater, quia ab eo viuente vita intellectiua procedit, viuens in identitate naturæ, id est, verbum secūdum similitudinem intellectus, Idcirco verbum di-

uinum est veraciter filius. Apud nos enim qui taliter producit dicitur & est pater, & qui taliter procedit dicitur & est filius. Et ab vtroq; secundum motum voluntatis procedit viuens à viuente, in identitate naturæ, & dicitur spiritussanctus. Omnem enim intellectualem actum vel cognitionem, appetitiua operatio & amor sequitur, qui in processione diuina dicitur spiritus. Sic enim nos motum appellamus, quando ab occulto principio procedit, vt patet in vento & respiratione. Vnde conueniēter (secundum quod diuina humanis verbis significari possunt) ipse diuinus amor procedens, spiritus nomen accipit. Et dicitur sanctus, quia in deo nulla est immunditia. Et quia id quod patri incommutabiliter competit, nō est filio, nec spirituisancto communicabile, scilicet generare: & quod filio incommutabiliter competit, scilicet generari, nec patri, neq; spirituisancto est communicabile: & quod spirituisancto incommutabiliter competit, scilicet secundum motum voluntatis à patre & filio procedere, nec patri, nec filio est communicabile: Propterea pater, & filius, & spiritussanctus sunt tres distinctę personę, quia esse incommunicabile, distinctam personam facit in natura intellectuali. Præterea aduertendum est, quod nomina præscripta, scilicet, pater, & filius, & spiritussanctus nobis in sacris scripturis tradita, perfecte exprimerre non valent tres personas in deo: Nomina quippe primo imposita sunt ad significandum res humanas, & trāslata sunt ad significandum diuina, & ideo deficiunt. In deo enim est res vel ens per naturam: in creatura vero per participationem: ideo deficit à perfectiōe diuina. Inde est quod nomina præfata, quibus vtimur ad cognoscendum in vna substantia diuina tres personas, vel subsistentias diuinas, æternas & incōmutabiles, nimis impediunt intellectū humanum ab hac cognitione. Siquidem assueti sumus per hęc

nomina intelligere, non solum distantes homines in persona, sed etiam in substantia, ac indiuiduo, ac numero, vt sunt pater in specie humana & filius. Vtimur vero his nominibus indiuiduo, & numero non proprie, sicut faciunt Philosophi, sed sicut facit ecclesia generalis manifeste, sed improprie. Hæc enim nomina pater, & filius in vsu nostro significant differentes in substantia, in persona, & in indiuiduo. Spiritus sanctus in eo quod est spiritus, maiorem differentiam parit in vsu nostro, quia vltra præfatam differentiam denotat aliam naturam, scilicet angelicam, vel animam separatam. Summopere ergo agendum est, vt hæc nomina in sacra scriptura nobis tradita, à significatione (prout in nostro vsu habentur) purificentur. Hoc videtur euangelista fecisse, quando filium appellauit verbum, & patrem deum, dicens: Et verbum erat apud deum, quatinus innueret alio modo in diuinis intelligendum esse patrem, & filium, quàm in vsu nostro habemus. Et ex hoc spiritum vtriusque non alterius esse sciremus naturæ, quàm diuinæ & intellectualis quem etiam paracletum appellat. Apud nos pater est à quo viuente procedit viuens, secundum rationem similitudinis in identitate naturæ, sed non indiuiduo aut numero, filius est qui tali modo procedit & generatur. Processio vero spūs sancti personalis apud nos omnino non est. Transferuntur aũt hæc nomina nobis nota, ad significandum processiones in diuinis nobis ignotas & indemonstrabiles: sed nobis in scripturis sanctis notificatas & fide receptas, vbi ratio paternitatis & filiationis perfectius & verius habetur, quàm in creaturis. Ideo Apostolus dicit: Ex quo omnis paternitas in cœlis, & in terris nominatur. Etenim id quod est perfectissimũ semper est exẽplar ei⁹ q̃d est minus perfectũ scd̃m suũ modũ, vt

Iohan. 1

Ephesi. 3

inquit sanctus Thomas,3. parte q.56. art.1. Hæc tamen translata nomina valde differenter sunt in deo & in nobis: actus quippe noster intellectualis, & verbum, & amor sunt accidentia, & mutabilia. Actus vero intellectualis diuinus, & virtus eius, & verbum, vel conceptus, & amor, sunt substãtia diuina incommutabilis. Quia tres personæ, pater, & verbum, & spiritussanctus sunt vnus deus, vt vna substãtia. A patre tamen, vt supra dictum est, generatur filius, vel verbum, & ab vtroque procedit spiritus sanctus. Manifestum est enim quod non possumus amare intelligibili & sancto amore, nisi quod actu per intellectum concipimus. Conceptio autem intellectus est verbũ, vel filius, aut proles mẽtis. Quapropter necessarium est, quod amor ex verbo oriatur. Ex quibus colligitur, quod spiritussanctus à patre & filio procedit. Hæc vero præfata nomina translata ex nostro vsu loquẽdi, dicuntur apud latinos subsistentiæ vel personæ, quia nulla accidentia vel mutabilia sunt in deo. Essentia vero diuina dicitur substantia. Scdm autem modum græcæ locutionis, dicuntur tres personæ, tres hypostases. ¶Pro clariori intellectu pręmissorum est sciendum, quod in ipso actu intellectuali diuino, perpetuo & incommutabili, qui est ipsa essentia diuina, & esse diuinum, communicat vis intellectualis diuina generans, scilicet pater, om̃em naturam, id est, essentiam & esse diuinum, verbo intellectuali, scilicet filio & pater & filius simul spiritui sancto. Testatur hoc di-
Iohann. 5 uinus Iohannes euangelista dicens: Sicut habet pater vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso. In eo quod dicit, pater habet vitam in semetipso, denotat naturam diuinam, quæ est vita superintellectualis: & quod hanc habet non aliũde, sed in semetipso, quia est ipsa vita. In eo aũt quod dicit: dedit filio, denotat quod in actu intellectuali diuino naturali & substantiali, verbum intellectuale ac

cipit in ipsa sui generatione incommutabili atq; perpetua, à virtute intellectuali diuinam æternaliter naturaliterq; generante, hoc est à patre, vitam, scilicet diuinam intellectualem. Et hanc habet filius sicut pater in semetipso, & non aliunde quàm à patre: sed est filius ipsa vita, sicut pater, qa pater & filius sunt numero vna natura, & vna vita superintellectualis prout hæc sunt in deo, secundum modum loquendi vniuersalis Ecclesię. Nulla est ibi differentia, nisi qp in actu intellectuali conceptus vel verbum procedit per modum generationis à virtute intellectuali diuina. Vnde verbum dicitur filius, & virtus intellectualis generans dicitur pater. Qui non procedit secundum vllum modum, sed est principium aliarum personarum, secundum modum supra expressum. Vnde Augustinus: In semetipso, non aliunde, sed ipse est vita, sic & filius in semetipso est vita. Sed differunt: Quia pater est vita non nascendo, filius autem est vita ex patre nascendo. Vnde ait: Dedit, non quòd aliquando filius fuerit sine vita, sed nascitur ex ea vita. Dedit ergo, id est, vita genuit vitam. Hęc beat9 Augustinus: Item omnia quæcunq; habet pater (dicit filius) mea sunt. De spiritusancto dicit idē: De meo accipiet, quem dixerat à patre procedere. Nunc ad uertamus. Hoc vtiq; spūssanctus accipit à filio, quod filius habuit, scilicet, naturam & essentiam diuinam, quam etiam à patre idem spiritus accepit, quādo ab eo per filium processit. Accipere enim & procedere vnum sunt, licet aliter procedat filius, videlicet per generationem, & aliter spiritussanctus, videlicet per spirationem. Filius secundum modum intellectus. Spiritussanctus secundum modum voluntatis & amorosæ inclinationis. Et hic est necessitas naturalis in deo, sed non coactionis. Sine verbo enim non esset in deo actualis intelligentia. Et sine spiritu sancto non esset in deo actualis amor, neque fruitio, Et si-

Iohan. 16.
Iohan. 15

ne patre omnino non esset deus. Vna enim persona sine alijs esse non potest, sed sunt æternaliter insepa-rabiles, super omnia quæ naturaliter sunt vnum, si-cut sunt omnia existentia & creata (cum vnum scili-cet indiuisibile sit de essentia omnis rei) hæ personæ sunt magis vnũ. Sũt eñ vnũ & ꝑpetuũ ens intelligẽs & amãs ac fruens seipso, incõmutabile, suauissimũ, semper idipsum manẽs. Ex his sequitur quod pater est deus, filius est deus, spũssanctus est deus: & tamen non tres dij, sed vnus est deus. His enim tribus per-sonis distinctis personaliter est vna essentia diuina communis, sine multiplicatione. Et quicquid deo di gne potest asscribi, est singulis personis commune saluis his quæ superius dicta sunt de earum persona li proprietate. Vnde tres personæ sunt vnus deus, vnus dominus, vna virtus, vnus intellectus, vnum intelligere, vna sapientia, vna scientia, vna ars, vna voluntas, vnum velle, vnus amor, vna sui ipsius frui tio, vna delectatio, vnum gaudium, vna felicitas: & ne in longum eamus, omnia quæ digne de deo pos-sunt sentiri, æqualiter tribus personis conueniunt in commutabiliter. Et sunt omnia vna incommutabi-lis deitas. Incommutabilitas vero exigit in natura intellectuali, trinitatem personarum subsistentium. Vnde si in creatura intellectuali esset incommutabi-litas, vtiq; in ea esset trinitas. Talis vero nulla inue-nitur creatura. Creator vero in sua natura est incõ-mutabilis, semper idipsum quod est permanens. De necessitate est enim, quod deus semper & æternaliter seipsum perfectissime & incõmutabiliter (& in seipso omnia) intelligat, velit & diligat. Nisi enim seipsum agnitum, vt infinitum amabile & bonum diligeret, bonus non esset. In actu vero intelligendi, á patre procedit filius inuariabiliter: In actu autem dilectio-nis, ab vtroque procedit spiritus sanctus incom-mutabiliter. Impossibile est enim accidens, vel com

mutabilitatem esse in deo. Intelligere dei, est sua incommutabilis substantia. Diligere dei, est sua incommutabilis substantia. Ab isto deficit omnis intellectualis creatura. Qui non illuminata fide & fixe intelligit incommutabilitatem dei, statim labitur in errores circa personas diuinas, fantasiantur enim multi de natura diuina, quod sit quædam intelligētia ex qua egrediuntur tres potentiæ intellectiuæ, scilicet, memoria, & intellectus, atque voluntas, quarum actus non sunt substantia naturæ, sed accidentia cōmutabilia, sicut in homine. Vel fantasiantur patrem præcellentem intelligentiā, & creasse verbum, & spiritum sanctum. Sobrie est hic scribendum, ne detur simplicibus occasio errandi. Præscripta omnia propterea tradita sunt, vt daretur informatio breuis bene sentiendi de vnitate diuina, & ad euitandum errores male sentiendi de tribus sanctissimis personis, & proprietatibus earum: vt purgato intellectu atque affectu libere homo tendere possit in deum. Cōmuniter homines nimis diuidunt & separant personas diuinas, modo cogitandi ac loquendi vtentes humano, & non solum tres asserentes personas, sed etiam tres substantias, & tres deos, & tres dominos, fabricantes. Quia illud vnum incommutabile nō valent attingere, prout à deo traditum est Ecclesię sanctæ in hoc seculo attingendum. Propter quod periculum euitandum consultum est, vt qui contemplatur diuinas personas, statim reuertatur ad vnitatem essentiæ incommutabilis, se & omnia cognoscentis & amantis, & simplificet intellectum suum ab omī multiplicitate, & ītelligat vnū simplicissimū spm̄ oīa prospicientem, & oīa moderātē, sine sollicitudine sine labore, & sine errore. Per oīa ītelligūt oīa creata etiam minima, & intentiones cordis & cogitationes, locutiones, silentium, nutus, signa, & omna quæ fuerunt, & quæ sunt, & quæ ventura sunt, & quæ esse

possent, quanquam nunquam erunt, quæ omia vno intuitu videt deus superbenedictus per seipsum essentialiter, & manet vnus. Dicitur in Deuteronomio

Deutero. 6 Audi Israel: Dominus deus tuus, deus vnus est. O q quàm nobilis, simplex, diuina, aut dei præsentialis respectus fit in animam contēplātis, aut attente orātis, aut de deo deuote cogitantis, aut (tanquam docēte deo) scripturas legentis, aut diuinas laudes cum iubilo cantantis, vbi sentitur vnitas in trinirate, & felicissima trinitas in vnitate. Hic deficiunt nomina ad exprimendum mentis cōceptum. O vnitas, ó vnitas, ó vnitas supercolenda, & adoranda. A qua nulla vnquam recedere debet contemplantis christianæ mentis credulitas, orantis sedulitas, deuote cogitātis viuacitas, legentis intelligendi cupiditas, cantantis iubilantisq; iucunditas. Tu cuiuscumq; status es christiane, crede fidelissime subsistentium personarū trinitatem, & tene constantissime diuinitatis incommutabilem vnitatem, si gustare vis diuinæ bonitatis suauitatem. ¶ Et tantum de primo modo cognoscendi diuinam bonitatem, secundum suam essentiam in his duobus capitulis dixisse me sufficiat. Plura & maiora his requirātur in scriptis doctorum ecclesiasticorum. Tamen ex istis vtcunq; colligi potest, quid de bonitate diuina sit sentiendum.

¶ Diuinam bonitatem contemplari in suis creaturis. Cap. III.

DE secundo modo cognoscendi diuinam bonitatem, videlicet ex effectibus suis, nunc pauca dicenda sunt. Et ecce hoc inchoando occurrit & offert se liber omnium creaturarum, scriptus intus et foris, magnus nimis & præclarissimus, piū cor illuminans, demulcens, & igne diuini amoris vehementer accendens, Hicq; pio cordi occurrit di-

uina bonitas lumine & dilectione illud tangens, quod solum deum requirit in suis creaturis, non vanitatem, nec curiositatem. Huic ostiarius aperit, vt ingrediatur & videat mirabilia dei, videlicet eius potentiã, omnia ex nihilo producentem, eius sapientiã omnia moderantem & ordinantem vsq; ad minima, eius amoris bonitatem atq; dulcedinem, se creaturis per participationem communicantem. Quia enim, secundum sanctum Dionysium: Bonum est cõmunicatiuum suipsius, solo amore deus, qui est ipsa bonitas, omnia creauit vt participarent bonitatem ei9 mirabili varietate: & vt cuncta creata suo modo prędicarent dei virtutem, & sapiẽtiam, atq; charitatem. Faciunt ergo verbum eius, sed in infinitum deficiũt explicare eum: ostendunt tamen magnifice bonitatem eius. Propterea enim creauit deus omnia, vt suã bonitatem ostenderet. Vnde dicit in Prouerbijs: Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus. Sãctus Thomas dicit: Totum vniuersum cum singulis suis partibus ordinatur in deum, sicut in finẽ, in quãtum in eis per quandam imitatiõem diuina bonitas repræsentatur ad gloriã dei, quamuis creaturæ rationales speciali quodam modo supra hoc habent finẽ deum quem attingere possunt sua operatiõe, cognoscendo & amando. Hæc ille. Omnis creatura, maxime intellectualis, tenetur quærere & amare gloriam sui creatoris, quia ab eo esse & omne bonum recipit, & ab eo dependet, ergo bonum & gloria creatoris est bonum suum. Creator vero tenetur quærere gloriã propriam, quia non habet ad quem se maiorem referat, & sua gloria & bonum, est omnium creaturarũ gloria & bonum. Beati in cœlo, optime ordinati, verissime deum agnoscunt, & syncerissime diligunt. Extra cœlum. i. beatitudinem, nec deus vere agnoscitur neq; ordine debito diligitur. Imperfectum nostrum vident oculi eius, Opera tamen eius maxima & mi-

Prouer. 16

part. 1. q. 65. art. 1.

nima omnia clamant: Ipse fecit nos & non ipsi nos.
Psalm.138 Illa sunt quæ vidit deus, & erant valde bona. Pro-
Psalm.99 pterea monet Ecclesiasticus: Sic dicetis in confessiõe
Genesi.1 opera domini vniuersa bona valde. Operator vero
Ecclesi.19 eorum est bonus in infinitum. Hæc in generali dicta
sufficiant.

¶Diuinam bonitatem contempla- ri in verbi incarnatione. Cap. IIII.

NVnc ad quædam particularia descen-
damus. Inter omnia opera dei, excel-
lentius nobis manifestat diuinam bo
nitatem incarnatio verbi dei. Opus
istud diuinum non est nobis cogno-
scibile nec penetrabile, præ excellen-
Greg. tia suæ bonitatis. Vnde dicit beatus Gregorius in ho
milia: Incarnationis mysterium humanus oculus pe
netrare non sufficit. Inuestigare etenim nullatenus
potest, quomodo incorporatur verbũ, quõ summus
& viuificator spiritus intra vterum matris animať
quomodo is qui initium non habet, existit & conci-
pitur. Hæc Greg. In hoc opere manifestauit deus
bonitatem suam vltra omnia opera sua, iuxta illud
Psal.144 Suauis dominus vniuersis, & miseratiões eius super
omnia opera eius. Sed in isto incomparabiliter sua-
uior est, & in misericordia profusior. Nullus intelle-
ctus capere potest hanc diuinam dignationem, ad hu
Iob.25 mani generis salutem. Quid est homo putredo & fi-
lius hominis vermis, quod diuina maiestas tã excel-
Psalm.9 lenter memor facta est eius. Quis digne cogitabit,
collaudabit, & amabit dulcedinem domini, amorem
eius, misericordiam eius, gratiositatem, pietatem, cle
mentiam, & cæteras virtutes secundum proprias si-
gnificatiões sumptas, alia quoq; charitatis opera hu

mano generi in hoc opere incarnationis impensa.
In hoc enim relucet maxime diuina iustitia, quæ peccata hominum inulta dimittere non potuit. Ecce quàm bonus deus, plenissime mali immunis. Non potuit tolerare malitiam peccatorum, quin expiaret eam, etiam per propriam passiõem & mortem. Istud requirit singularem attentionem & indagationem, ad cognoscendum bonitatem diuinæ æquitatis & iustitiæ. In infinitum deus optimus elongatus est ab omni peccato. Vult etiam saluandos elongari ab omni peccato, nec curat holocausta, etiam Christi. Vnde dicitur in Psalmo: Si voluisses sacrificium dedissem vtiq;, holocaustis non delectaberis. Sacrificium deo spiritus contribulatus, vbi innuitur dolor pro peccatis (cor contritum) vbi innuitur plena auersio à peccatis: quia puluis contritus non hæret, sed vento tollitur (& humiliatum deus non despicies) qa reputat se pœnitens omnibus viliorem coram deo. Sine hac pœnitentia, passio Christi non saluabit peccatorem. Nunquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas ait Ieremias. In hoc opere exhibuit deus intellectuali creaturæ clenodium preciosissimum, suauissimum, amabilissimum, omni laude & amore dignissimum, dulcissima memoria iugiter reuoluẽdũ. O opus stupendũ, & admirabile nimis. Verus perfectus deus, verus & perfectus homo, simul est vna persona, idem ipse viator & comprehensor, plenus omĩ gratia & veritate sapiẽtia quoq; & sciẽtia omnibusq; virtutibus, ab instanti suæ conceptionis: totus desiderabilis & amabilis. Verissimus etiam amator, qui in se recepit causam nostram nimis malam, plenissimo gaudio & charitate, qua maior esse non potest, vt patri gloriam per Adam & nostra peccata ablatã restitueret, & nobis errantibus & peccatoribus ingratis & desperatis, daret salutem amissam. Iedm dominus Christus opus nostræ salutis fidelissime

Psalm. 50

Ieremi. 11

executus est, vt patet ex eius vita, persecutionibus, tristitijs, iniurijs, pœnis, tormentis crucis, & amarissima morte. Cuius operis difficultatem, atq; amaritudinem, ipse plenissime præsciebat. Qualis autem fuerit, quod fuit conceptus de spiritusancto deo, & natus ex Maria virgine, ex nobilissima stirpe totius generis humani orta, tota veteris ac noui testamenti series ac prophetarum oracula edocent euidenter Quam autem fuerit bonus, amabilis, speciosus præ filijs hominum, facundus, splendidus, quam suauis in moribus & verbis, quis digne cogitabit? Vere flos

Isai.11 est humanæ naturæ dominus Iesus. De quo dicitur in Isaia: Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Hic est iustus noster, inquit

Ierem.35 Ieremias, id est, iustificans nos. Et Isaias: Propter

Isa.62 Sion non tacebo, & propter Ierusalem non quiescã, donec egrediatur vt splendor iustus eius, & saluator eius, id est, dominus Iesus, vt lampas accendatur Et videbunt gentes iustum tuum (id est dominum Iesum iustificantem nos) & cuncti reges inclytum tuũ: & vocabitur tibi nomen nouum (id est, Iesus saluator) quod os domini nominauit. Et eris corona gloriæ in manu domini, & diadema regni in manu dei tui. Quid gloriosius his verbis dici posset, vel alicui ascribi? In exhibitiõe vero horũ ducantur in medium ipsius domini Iesu stupenda, admiranda, glorificanda, quæ fecit multiplicia miracula, eius gloriosissima resurrectio & admiranda ascensio, & clarissimus eius cum omnibus angelis & sanctis aduentus ad generale iudicium, & regni eius imperpetuum firma possessio. Ipse dominus Iesus instituit septem sacramenta, per quæ nobis profluũt ipsius merita, gratiæ & dona. De gratijs eius, donis atq; virtutibus ta

Iohan.3 cemus: Pater enim diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Non enim ad mensuram dedit filio spiritum, sed misit eum plenum gratiæ & veritatis. De cu

ius plenitudine nos omnes accepimus. De hoc incar nationis opere, & vita sanctissima, passione quoq; & amarissima morte dei incarnati, scripserunt docto res illuminatissimi, & homines vtriusq; sexus deuoti ad quorum scripta contemplantes remitto, cum hic modicus tractatulus talia recitare non posset. In hoc ergo opere excellentissimę incarnationis videre pos sumus quàm bonus sit deus. Iohann. i

¶ Diuinam bonitatem contempla ri in virgine beatissima Maria. Cap. V.

POST excellentissimum opus diuinę in carnationis, quod est ipse dominus Ie sus, filius dei & virginis, maxime insi nuans nobis diuinam bonitatem, consi derandum venit aliud etiam valde præ clarum & mirabile opus diuinæ boni tatis, videlicet ipsa gloriosa virgo Maria, mater dei & hominis. Hæc ex nihilo creata, tantam gratiam in uenit coram deo, quo eligeretur in matrem dei. Vt autem in tali officio, arduo nimis, viueret, & ageret omnia sine opprobrio, & nō admitteret in cogitatio ne, in locutione, in verbo, in signis, in nutibus, in fa ctis, neq; operibus, neq; in omissionibus aliqd, q̄d nō deceret matrem dei, data est ei plenitudo gratiæ. Hic est quòd nunquam offendit deum, nunquam displi cuit, sed semper placuit, vtpote ab omni peccato ori ginali & actuali dignissime præseruata, & aptata per spiritumsanctum vt per omnem modum digna esset semper dici & esse mater dei, regina cœli, & domina vniuersæ creaturæ. Igitur ab angelo officiosissime salutata, concepit de spiritusancto filium dei, quem virgineo vtero gestauit, virgo permanens peperit, & patris diuini ac suum vnicum verum filium, & vnam Lucæ. i

in diuina ac humana natura personam adorauit, panniculis inuoluit, osculata est, lacte aluit virgineo, & vsque in virilem ætatem educauit, cum eo habitauit & conuersata est sine querela, imitatione Christi perfectissima. O qualis erat vita talis matris, cum tali filio, tanto tēpore. In passiōe Iesu filij sui, fuit Maria afflictione ac cōpassione singularissima, vtputa talis mater, tali filio, in tali necessitate compatiendo. In resurrectione & ascensione filij sui, fuit gaudiosissima. In persecutione ecclesiæ, & præsentis vitæ miseria & dilatione gloriæ patientissima. In assumptione vero & glorificatione eius in anima & corpore super omnes choros angelorum, tunc, & nunc, & imperpetuum est gloriosissima. Per omnia benedictus deus, qui tantæ excellentiæ opera compleuit, cum Maria virgine & matre sua dignissima nobisquè miseris tam dulcem matrem, tam fidelem aduocatam, tam tutum refugium in ea prouidit, ad declarationem suæ eximiæ bonitatis, vt quisquis fideli corde eam honorauerit eiusve patrocinium implorauerit, in æternum perire non possit.

¶ Diuinam bonitatem contemplari in natura angelica.

Caput VI.

REstat nunc videre breuiter quomodo omnes creaturæ prædicent diuinam bonitatem. Et occurrit primo natura angelica, quæ plus quam humana, ad imaginem & similitudinem dei condita diuinam bonitatem excellenter declarat. De ea quippe sub metaphora dicitur in Eze-

chiele. Tu signaculum similitudinis dei, perfectus decore, &cæter. Quod beatus Gregorius in Homilia exponit dicens: Dicitur signaculum similitudinis vt quo in eo subtilior est natura, eo in illo imago dei similior insinuetur expressa. Ista natura est nobilissima, quia tota est spiritualis, intellectualis & deiformis. Et dicitur intelligentia, mens cœlestis, incorruptibilis, intelligens per species concreatas & naturales, non indigens discursu in suo actu intelligendi, nec compositione, nec diuisione. Hæc natura est multiplicata à deo in creatione sua valde. Nam dicitur in DANIELE: Milia milium ministrabant ei, & decies millies centena milia assistebant ei. Secundum sententiam sanctorum doctorum, hic ponitur numerus determinatus pro indeterminato, iuxta consuetudinem scripturarum. Numerus enim angelorum est multus valde. Ideo dicitur in Iob: Nunquid est numerus militum eius: Huic concordat sententia beati Dionysij capitulo 14. cœlestis Hierarchiæ vbi dicit: Multæ sunt beatæ militiæ supermundialium intellectuum, infirmam & coartatam superantes materialium secundum nos numerorum commensurationem. Cuius ratio est secundum Sanctum THOMAM: Quia cum perfectio vniuersi sit illud quod præcipue deus intendit in creatione rerum, quanto aliqua sunt magis perfecta, tanto in maiori excessu sunt creata à deo. Sicut autem in corporibus attenditur excessus secundum magnitudinem: ita in rebus incorporeis potest attendi excessus secundum multitudinem. Videmus aũt ꝙ corpora incorruptibilia (quę sunt perfectiora inter corpora) excedũt quasi incomparabiliter, scdm magnitudinẽ, corpora corruptibilia. Nam tota sphæra actiuorum & passiuorũ est exiguum qd respectu corporum cœlestium. Vnde rationabile est

Ezechi.28
Daniel.7
Iob.25
Dionysius
p.r.1.q.50 articul.3.

quod substantiæ immateriales excedunt secundum multitudinem substantias materiales, quasi incomparabiliter. Hæc beatus Thomas. Dionysius vero Carthusiensis, ad præfata verba sancti Dionysij sic inter cætera ait: Hoc mirandum & extollendum, glorificandum, ac diuulgandum est magis, quam exponendum. Miremur ergo pro posse, & totis præcordijs extollamus, prædicemus, ac vndique diuulgemus infinitam potētiam, immensam sapientiā, incomprehēsibilē magnificentiam, munificentiam, superexcellentiam, omnemque felicitatem & gloriam superbenedictissimi creatoris, qui aulam supermundani sui palatij, tot innumerabilibus nobilissimorum militum. imo & principum, & regum ac dominorum agminibus, gloriosis ordinibus, splendidissimis, iucundissimisque phalangis ab exordio seculorum impleuit, distinxit ac decorauit: ita, quod multitudo illa vehementer excedit commensurationem, mēsuram, pluralitatem materialium numerorum ac rerum apud nos existentiū infirmā. Hæc Dionysius Carthusi. Et quid faceret dominus cum cœlo empyrio amplissimo, si non impleret illud habitatoribus dignissimis? Vtique erit impletum perfectissime in consummatione seculi angelis & animabus gloriosis. De hac natura angelica, & quę conueniunt ei, de stabilitate bonorum angelorum & casu malorum, admiranda scripta sunt a sanctis doctoribus, ad quæ contemplatiuos transmitto.

¶ Diuinam bonitatem contemplari in naturæ humanæ mirabilitate.

Caput VII.

NAtura insuper humana sublimiter prædicat diuinam bonitatem. Ipsa creata est ad imaginem & similitudinem dei, & capax diuinitatis existit per memoriam intellectualem, & intellectum ac voluntatem liberi arbitrij, in qua voluntate est dulcis amoris affectio. His viribus, simul ac interioribus & exteriorib' est exornata sensibus, decorãda omibus virtutibus, ditãda meritis, præmianda æterna felicitate. Hæc ipsa natura media est inter purissimos spiritus, vt sunt angeli, & sensibiles insensibilesq; creaturas. Partimq; est spũalis, partim animalis. Pulcherrima mixtura, vnde resultat vna natura, quam dignatus est sibi cõditor in vnitate personali sociare. Nullam naturam sic honorauit ac glorificauit deus. Cæterum homines virtutibus decoratos & gratia, tanq̃ nobilissima quædam ac fulgida clenodia, inserere decreuit inter omnes choros angelorum, pro ornatu cœli, vbi corpora iustorum fulgebunt, sicut sol in regno patris eorum. Hanc singularem fulgoris gloriã non habebunt angelici spiritus. Vide quàm sublimis est hæc natura, quæ assumpta est super omnes choros angelorum in matre domini. Vide etiam quã ineffabiliter gloriosa est humanitas Christi, quam omnes cœlestes ciues, omes chori cœlestium spirituũ desiderant prospicere, & super se adorant hominem deum. De humanæ naturę creatione, & omnibus quę conueniũt ei, de lapsu eius & reparatione, de gestis p homines & prælijs ab initio mundi, scriptum est in sacris codicibus atque historijs. De varijs scientijs hominum, requirãtur libri philosophorum, medicorum, iurisperitorum, & theologorum, & docebunt præclarissima ingenia naturæ humanæ. Sunt etiam deuotorum hominum scripta, quæ innuunt reformatos secundum deum animos, & ad ipsum dul-

Genesi.1

Matt.13

cem inclinationem, ardens deſiderium, perfectam vnionem, felicem q; inhæſionem in eo. De remuneratione bonorum angelorum & hominum, in qua relucet maxima dei miſericordia non ſine iuſtitia, de pœnis vero reproborum, in quibus relucet laudabilis dei iuſtitia, non ſine dulcore miſericordiæ, extãt doctorum præclara eloquia. Ex his omnibus declaratur bonitas dei excellentiſſima.

¶Diuinam bonitatem contemplari in omni creatura. Caput VII.

NAturæ animalium, & beſtiarum, auium quoq; & piſcium, & omnium in quibus eſt vita, ſiue in terra, ſiue ſuper terram, ſiue in aquis, & vermiũ reptãtium, ſiue volantium: item vegetabilium, terræ naſcentium, herbarum, fructuum, & horum ſimiliũ innumerabilium (quorum crines, & paruiſſimi pedes & continui motus non ſunt in obliuione apud deum ſed nouit perfecte omnia, & numerum omnium & moderatur ea, ſine labore vel occupatione) hæc oĩa prædicãt maieſtatem & bonitatem dei. Vnde in Mat- *Matth. 10.* thęo de paſſeribus dicitur, quod vnus eorum nõ ca- *Lucæ 12* dit ſuper terram ſine patre cœleſti, qui etiam fœnum agri pulchre veſtit. Inſenſibilia etiam, vt ſunt corpora cœleſtia ampliſſima, ſtellæ quoq;, ſol, luna, & influentiæ eorũ, quatuor elementa, corpora ſimplicia, & mixta abſconſa in terræ viſceribus, virtutes actiuæ & paſſiuę oĩm creaturarũ, quibus nulla earum caret, etiã minima, diuinam declarant bonitatẽ. Suauis eñ vniuerſorum dñs, oĩbus creatis benigniſſime intẽdit, oĩbus opitulatur, oĩa bonitate ac ſuauitate ſua replet, nullam negligit, oĩa conſeruat, omnia mode-

ratur, sine sui vel modicissimo grauamine: tanta suauitate implet omnia, vt cupiant omnia in illo esse se, in quo cōdita sunt, & naturaliter in eo permanere. De his omnibus multa scripserunt viri scientia p̄diti & prophetæ spū sancto p̄uēti. Ad quoꝝ scripta oēs contemplatiuos, & quoscunq; volentes bonitatē diuinam contemplari aut mirari remitto, ita tamen q̄d creaturaꝝ considerationibus non nimis immergātur, seu inhæreant, ne fiant creaturæ in muscipulā pedibus insipientium. Quia & si quædam sunt in creaturis iucunda & vtilia, non tamen (secundum sententiam sancti Leonis Papæ) sunt amplectēda nequiter, sed transeunda fortiter. A qua sententia innumerabiles hoīes defecerunt. Sapientes vero semper diuinam bonitatem, sapientiam atq; præsentiam considerantes, mirantur, qua cuncta lustratur & perspicit in vniuersa creatura incōmutabiliter etiam intentiones cordis oīm angeloꝝ & hominum, imò & dæmonum & hominum damnatoꝝ & verba, & facta, & reliqua omnia, contemplan(t), qūo ex nihilo oīa creauit, in esse conseruat, modera(t) vniuersa, in tanta magnitudine & diuersitate, & contingentiaꝝ varietate, sine defectione, sine fatigatione, sine errore & oīa disponit infallibilter ad proprios fines, & ordinat suauiter nullo impediēte, quamuis nobis videan(t) multa esse impedimenta. Verissime oīa corā ipso sunt quasi non essent: ergo nullā molestiam ei inferunt. Vnde si crearet innumeros mundos, oēs illos ita regeret sicut istum vnicum, & in quiete sua maneret idip̄m quod est incommutabiliter. Deus enim est infinitus creatura vero omnis, quantumcunq; multiplicaretur, finita est. Finiti autem ad infinitum nulla est proportio aut comparatio.

Sapien.14. Leo papa. Genesi.1 Isaiæ.40

¶Diuina bonitas quomodo inquirenda. Cap.IX.

PRæscripta omnia quæ prædicant bonitatem diuinam, sunt quędam figuræ, & ęnigmata ad ipsum deum contemplandum, sed obscura & valde imperfecta. Igitur inuocato diuino auxilio, ab his figuris & ænigmatibus abstrahamus & eliciamus speciem diuinam, intellectum nostrum amplius illuminantem, & affectum amore efficacius accendentem sicut intelligibiles species à fantasmatibus abstrahi solent. Primo igitur conuertendo nos ad deum contemplandum & agnoscendum ex præscriptis certissimus: & dicamus quód occurrentes etiam nobilissimę ad videndum deum species, non sunt deus, Secundo, omnes tales species in contemplando à mente excludamus. Tertio, non terreamur excludere etiã terminos, noīa & dictiones nobis à deo in sacra scriptura, & à sanctis doctoribus tradita. Sufficit quód firma fide tenemus illa, & affectu veneramur, & quãdo volumus ad ea possumus reuerti, illisq; vti, sed in conuersione ad deum, recedant. Ante omnia maxime cauendum est à terminis, qui multiplicitatẽ, & gradus secum ex natura significandi deferre vidẽtur, circa simplicissimam diuinã essentiam. Simplificemus igitur mentem nostram, qui simplicem deum contemplari optamus. Ex superius descriptis ænigma vnum sumamus. Deus per essentiam suam seip̃m & omnia perfectissime & incommutabiliter intelligit & agnoscit. Ecce in hoc habemus patrem & filium. Et tantum se, quantus est, intelligit. Ergo verbum est æquale intelligenti generanti. Seipsum deus perfectissime & incommutabiliter diligit per essentiã: Et tantum quantus est diligit. Ecce habemus spiritum sanctum æqualem patri & filio, se diligentibus. Ecce vnitas essentię, & personarum incommutabiliter subsistentium trinitas. Pulchra figura diuinitatis, eam

nostro intellectui breui consideratione præsentans. Et tamen hæc quoq; recedat à mente. Remaneat so la simpex figura amati contemplati, plene intuentis totam animam contemplantis. Non enim contentaretur anima cōtemplans, nisi consideret vel sentiret se pfectè ac plenè ab amato videri atq; cognosci. Huc nulla curiositas accedat videndi, qualis sit species amati, nisi quòd sit totus desiderabilis & amabilis ac verissimus amator, & nunc præsens, præsentia contemplationis. Quando vero anima amore fruitiuo coniungitur deo, tunc pereunt omnes termini, nec occurrit essentiæ vnitas, nec personarum trinitas: sed dulcedo purissimi amoris spōsi cum sponsa. Qui huius sapientiæ ignorantiam habet, roget dominum & det ei calculum candidum, id est, intellectum à phātasmatibus, & affectum ab immundis amoribus purgatum: & in calculo nomen nouum scriptū, hoc est, notitiam diuinam, & affectionem insuetam hominibus, quod aliter nemo scit, nisi à deo acceperit. Id q̊d agitur inter deum & spiritum hominis, nemo cognoscit, potest tamen scire qui idipsum acceperit. Sicut homo bibens vinum, potest scire quid sentiat alter bibens de eodem vino: Sed deus qui intimior est spiritui & omni creaturæ, quàm illæ sibi ipsis, scit quid agitur in eis, & ipse est qui docet hanc mysticā theologiam omnes dociles dei. Ie ergo roandus est, vt dare dignetur: homo enim homini dare non potest. Manuductiones tamen aliquæ dari possunt, quales conscripserunt Dionysius Carthusiensis, & dominus Iohannes Ruysbroech. & V. pater Henricus Herp. & sanctæ fœminæ in suis reuelationibus.. Ista mystica theologia excellenter ostendit bonitatem diuinam, in qua fami liarissime dignatur suam dulcedinem, & amorem atq; sua secreta suis amicis reuelare, etiam indoctis & rusticis. Sancto Franscisco suorum vulnerum stigmata dominus Iesus impressit, licet indo-

Apocal. 2.

D. Diony. carthusi.

cto &simplici homini, quia fuit humilis, & dominũ Iesum toto corde diligens.

¶Diuina bonitas quo pacto gustanda. Caput. X.

NVnc procedendum est ad gustandum suauitatem bonitatis diuinæ, vt cognoscamus quàm bonus est dominus deus. Bonus enim est do minus, & suauis: quorum primum spectat ad amorem, secundum ad gustum. Dici-
Psalm. 124 tur in Psalmo: Laudate dñm quia bonus dominus, psallite nomini eius, quoniam suaue. Debemus ergo ex dono dei (qui nulli petenti negat) bene sentire de domino, & diligere eum, & gustare suauitatem eius, ad quod inuitat spiritussanctus dicens: Gustate
Psalm. 33 & videte, quoniam suauis est dominus. Et Petrus
1. Petri. 2 Si tamen gustastis quoniam dulcis est dominus. Gustare, & videre dominum, est in mensa eius sedere. Ad quam nemo permittitur, nisi inuitatus. Est ergo donum dei. Sed mirum videtur quòd gustus præfertur visioni, cum tamen nihil ametur, nisi cognitum, secundum Gregorium & cæteros doctores, & res in se notissima est. Verum idem sanctus Gregorius dicit in Homilia: Amor ipse notitia est. Experitur e-
Greg. Homil. 27 nim vim dilecti, per amorem, & gustum. Experiendo vero vim dilecti, cognoscit ipsum dilectum. Sicut qui nunquàm bibit vinum, si ostensa sibi fuerit aqua, & sicera, & vinum, iam potest veraciter dicere nosco vinum, quia vidit vinum in differentia ab omni potabili, tamen adhuc ignorat quæ sit virtus vini, nisi gústauerit. Gustato vero vino, iucundatur, & dicit se iam primũ scire quid sit vinum. Gustate & videte, quoniam suauis est dominus. Con-

templans non ſcit ſuauitatem domini, & alia in eo, et circa eum latentia, vt ſunt deo digniſſime attributa niſi guſtauerit. Poſtquam guſtauerit, tunc reuertitur ad intellectum, & videt quæ nunquam nouit, nec nouiſſet etiam ſi mille annis ſcholas theologorum, ſine guſtu, viſitaſſet. Hoc figuratum eſt in Ionatha quando guſtato melle, oculi eius aperti ſunt. Sic guſtata domini dulcedine, peramplius intellectus illuminatur à ſpiritu ſancto donis ſapientiæ, intellectus, & ſcientiæ. Hæc enim ſpectant ad theologiam myſticam, cuius magiſterium ſibi ſpirituſſanctus reſeruauit. Cuius miſericordiam, & munificentiam, inuocare debet contemplatiuus. Videmus viros magni ingenij, memoria tenaces ſcholas viſitare, de dei bonitate ſubtiliter diſputare, & tamen guſtum non habere: & tales quandoque contra guſtum murmurare Similes his ſunt, qui in exercitijs externis, & in vocalibus orationibus cum bona conſcientia confidũt & delectantur, ſed occultos theſauros dei ignorant. Ignorata non vituperent, ſed magis chariſmata ſpirituſſancti meliora deſiderent. Verum eſt quòd raro & pauci vtramque à deo theologiam obtinent. Vere, vere, per omnia magni ſunt, qui vtramque acceperunt, vt fuerunt Auguſtinus, Bernardus, vterque Dionyſius, Thomas Aquinas, Bonauentura, & alij plures: reſpectu tamen multitudinis pauci. Quod valde dolẽdum eſt atque deflendum, cum omnes Chiſtiani ſeculares & clerici ac religioſi ſub certa regula ſanctorum viuẽtes (& illi maxime) merito guſtare deberẽt quoniam dulcis eſt dominus, ſicut beatus Petrus paſtor eccleſiæ vniuerſalis, & Chriſti dei vicarius omnibus cuiuſcumque conditionis chriſtianis ſcripſit, vt in illa perpetua dulcedine qua electi dei perfruuntur in cœlis, excellentiores eſſe poſſent. Guſtus enim dulcedinis auget deſiderium guſtati, per quod aptior redditur guſtans ad guſtan-

1.Reg.14

1 Cor. 12

dum. Qui enim in hac vita magis amauerit deum, ſublimius in æterna felicitate eum contemplabitur, & eius dulcedine perfruetur. Quia amor reddit contemplantem & fruentem ad illa capaciorem, hic excluditur omnis guſtus falſus & deceptorius, & amor qui non eſt charitas pura.

¶ Diuina bonitas quomodo per charitatem ex totis viribus diligēda, & de tepore & impedimentis charitatis. Caput. XI

CHAritas eſt quædam dilectio deo & ſanctis electis communis. Quid vero de hac materia ſentiat vir deo plenus, & omni veneratione dignus, & excellentiſſime illuminatus ſanctus Thomas, hic inſerere volui, vt validius & efficacius omnes homines ad ſummum bonum, de quo loquimur, tanto authore iuuante, monere valeamus. Dicit em̄ ſic: Cum virtus naturalis intellectus

part.1.q.12.art.5. creati non ſufficiat ad dei eſſentiam videndam, oportet quod ex diuina gratia ſupercreſcat ei virtus intelligendi, & hoc augmentum virtutis intellectiuæ lumen gloriæ vocamus. Et rurſus dicit: Facultas videndi deum, non competit intellectui creato, ſecundum ſuam naturam, ſed per lumen gloriæ, quod intellectum in quadam deiformitate conſtituit. Vnde intellectus plus participans de lumine gloriæ perfectius deum videbit, plus autem participabit de lumine gloriæ qui plus habet de charitate. Quia vbi eſt maior charitas, ibi eſt maius deſiderium, & deſiderium quodammodo facit deſiderātem apertum & paratum ad ſuſceptionem deſiderati. Vnde qui plus habebit de charitate, perfectius deum videbit, & beatior

erit. Hæc beatus Thomas, licet sint pauca verba mu tata, propter congruentiam. Merito ergo deberent omnes homines ad æternam beatitudinem creati redempti & vocati, ad hoc die noctuq; totis viribus laborare vt per gustum dulcedinis domini amor diuinus seu charitas in eis cresceret in hac vita, vt in futura beatiores redderentur. Ad istud vti deberent potentia intellectiua, diligentissime inuestigando quomodo possent deum diligere digna de eo sentiendo, iugiter de eo meditando, & ex creaturis creatorem, eiusq; magnitudinem, bonitatem, amabilitatem, potentiam & sapientiam intelligendo. Istud enim est deum ex tota mente vel intellectu diligere. Ad idem vti deberent potentia sensitiua, hoc est, sensibus suis visu, auditu & aliis, quod est deum ex tota anima diligere. Ad idem quoq; vti deberent potentiis motiuis & executiuis, ad operandum ex dilectione quæ deo placita sunt. Istud est deum diligere ex omnibus viribus, & fortitudine. Et hæc omnia agere deberent ex motu voluntatis, cuius est mouere omnes potentias animæ ad actus suos. Et hoc est deum ex toto corde diligere. Et tales actus dicuntur actus voluntatis imperati. Proprius vero actus voluntatis in hac materia est diligere. Hic est actus voluntatis elicitus, quo vult dilectum, vnice placentem, vnice desideratum, vnice sibi regnantem, vnice se occupātem, vnice possidērē, dulcissimo affectu amplecti, castissime reuererī honorare, glorificare, &c. Hic excitaē vt moueat oēs potentias ad proprios suos actus, vt videlicet dominus deus (iuxta præceptum suum) diligatur ex toto vt habetur in Mose & tribus euangelistis. Istud præceptum datum est nobis ab eo, qui nos diligit, & intendit nos beatos facere, quod non potest fieri, nisi eum ex toto diligamus, nihil supra eum, nihil æqualiter ei, nihil contra eum diligendo, quia hoc non potest stare cum eius dilectione. Si vero aliquid diligatur

Deut. 6
Matth. 22
Marc. 12
Lucæ 10

propter eum, ſicut diligimus noſmetipſos, & proximum noſtrum & alia, hoc non contrariatur dilectioni totali deo impenſæ: Imò talis dilectio cadit ſub præcepto.

¶ Itaq; pro augmento diuinæ dilectionis serioſe deberent omnes infatigabiliter laborare, ex conſideratione diuinorum operum, ex immobili conſideratiõe & guſtu diuinæ præſentiæ & ſimilibus, vt cum nomẽ dei nominari audirent, ſtatim ſpũs eorum in gaudiũ & iubilationem excitaretur & laudem. Sicut excitatur homo noſcens probitatem boni alicuius viri, ſi audierit eum à colloquentibus nominari, ſtatim prorumpit ſine diliberatione in laudem eius & amorem non prius reuoluẽdo ſingula bona opera eius atq; beneficia, quem forte nunquam vidit, ſed illa omnia in vna ſpecie intelligibili occurrunt ei ſtatim in momento. Tales erant fideles in primitiua eccleſia, diuino amori, & guſtui eius atque augumento inſiſtentes, vt etiam alacres ad martyrium occurrerent. Vnde legitur, quòd quædam mulier paruulum exhortando & ad manum trahendo, ad martyrium perduxit. Nunc tantus tepor credentes depreſſit, vt ſint quaſi infideles toto corde immergentes ſe rebus temporalibus & pereuntibus & obſcœnis voluptatibus vaniſque honoribus. Pro quibus acquirendis abutũtur ingenio ſuo & ſenſibus corporis, & animæ viribus contra præceptum de diligendo deum in his potentijs ex toto datum, in tantum quòd etiam moniti ne deum offendant non curant omnino. Et deo inſpectante audent turpitudinem atque nequitias ſuas exercere, vt ipſis dominus dicere queat: Proieciſtis me poſt corpus veſtrum, ſicut dixerat ad Dauid. Stat enim deus poſt tergum fornicantium & omniũ peccantium & videt omnia, & illi non curant. Audacter prouocãt deum. Etenim quia non profertur

Deut. 6

3. Reg. 14

Iob. 22

cito contra malos, sententia, absque timore vllo filij hominum perpetrant mala. Interim deus habet patientiam. Vnde dicit: Tacui, semper silui, patiens fui. Sed qui nunc est patiens, post erit redditor. Vnde dicitur: Altissimus est patiens redditor. Nam aliquando expectat per totam vitam, & tunc post hanc infert grauissimam gehennæ pœnam. Quapropter monet Apostolus Romanis scribens: ne diuitię bonitatis dei & patientiæ, & longanimitatis contemnantur, quia duritia & impœnitens cor thesaurizat iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei. Idem innuitur in ECCLESIASTICO: De propiciatu, inquit, peccatorum noli esse sine metu, neque adijcias peccatum super peccatum, subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te.

Eccls.8
Isaiæ.42
Ecclesi.5
Roma 2.
Eccle.5

¶ Sed quid remedij dabimus his, qui proni sunt ad malum ab adolescentia sua, nec amore diuinæ bonitatis alliciuntur ad gustandum quàm suauis & dulcis est dominus. Forte prodesse poterit illud Ecclesiastici: In omnibus, inquit, operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. In morte quippe hominis (quæ omni die imminet) relinquentur omnia temporalia simul, siue res, siue voluptates, siue honores & cætera omnia. Et tunc per sententiam irreuocabilem iusti iudicis, ibunt talium amatores cum verme immortali in ignem, in tenebras & in supplicium æternum. Hoc dominus Iesus amator noster nolens nos perire, annũtiauit nobis per prophetas & EVANGELISTAS suos. Sed amatores diuinæ bonitatis, ibunt in vitam æternam, in gaudium domini sui, ad videndum primam veritatem sicuti est, ad amãdũ summam bonitatem, ad fruendũ suauissimo fruibili, ad

Genesi.8
Eccl.7
Isaiæ.66
Mat.18.25
Marc.9

cem inclinationem, ardens desiderium, perfectam v-nionem, felicemq; inhæsionem in eo. De remunera-tione bonorum angelorum & hominum, in qua re lucet maxima dei misericordia non sine iustitia, de pœnis vero reproborum, inquibus relucet laudabilis dei iustitia, non sine dulcore misericordiæ, extãt doctorum præclara eloquia. Ex his omnibus declaratur bonitas dei excellentissima.

¶ Diuinam bonitatem contemplari in omni creatura. Caput VII.

NAturæ animalium, & bestiarum, auiũ quoq; & piscium, & omnium in quibus est vita, siue in terra, siue super terram, siue in aquis, & vermiũ reptãtium, siue volantium: item vegetabilium, terræ nascentium, herbarum, fructuum, & horum similiũ innumerabilium (quorum crines, & paruissimi pedes & continui motus non sunt in obliuione apud deum sed nouit perfecte omnia, & numerum omnium & moderatur ea, sine labore vel occupatione) hæc oĩa prædicãt maiestatem & bonitatem dei. Vnde in Matthęo de passeribus dicitur, quod vnus eorum nõ cadit super terram sine patre cœlesti, qui etiam fœnum agri pulchre vestit. Insensibilia etiam, vt sunt corpora cœlestia amplissima, stellæ quoq;, sol, luna, & influentiæ eorũ, quatuor elementa, corpora simplicia, & mixta absconsa in terræ visceribus, virtutes actiuæ & passiuę oĩm creaturarũ, quibus nulla earum caret, etiã minima, diuinam declarant bonitatẽ. Suauis enĩ vniuersorum dñs, oĩbus creatis benignissime intẽdit, oĩbus opitulatur, oĩa bonitate ac suauitate sua replet, nullam negligit, oĩa conseruat, omnia mode-

Matth. 10.
Lucæ 12

ratur, sine sui vel modicissimo grauamine: tanta sua- uitate implet omnia, vt cupiant omnia in illo esse se, in quo cõdita sunt, & naturaliter in eo permanere. De his omnibus multa scripserunt viri scientia p̄diti & prophetæ sp̄ũsancto prçuẽti. Ad quoꝝ scripta oẽs contemplatiuos, & quoscunq; volentes bonitatẽ diui nam contemplari aut mirari remitto, ita tamen q̃d creaturaꝝ considerationibus non nimis immergã tur, seu inhæreant, ne fiant creaturæ in muscipulã pedibus insipientium. Quia & si quædam sunt in cre- aturis iucunda & vtilia, non tamen (secundum sen- tentiam sancti Leonis Papæ) sunt amplectẽda nequi ter, sed transeunda fortiter. A qua sententia innume rabiles hoĩes defecerunt. Sapientes vero semper di- uinam bonitatem, sapientiam atq; præsentiam con- siderantes, mirantur, qua cuncta lustratur & per- spicit in vniuersa creatura incõmutabiliter etiam in tentiones cordis oĩm angeloꝝ & hominum, imo & dæmonum & hominum damnatoꝝ & verba, & fa- cta, & reliqua omnia, contemplant, qũo ex nihilo oĩa creauit, in esse conseruat, moderat vniuersa, in tanta magnitudine & diuersitate, & contingentiaꝝ varieta te, sine defectione, sine fatigatione, sine errore & oĩa disponit infallibilter ad proprios fines, & ordinat sua uiter nullo impediẽte, quamuis nobis videant multa esse impedimenta. Verissime oĩa corã ipso sunt quasi non essent: ergo nullã molestiam ei inferunt. Vnde si crearet innumeros mundos, oẽs illos ita regeret sicut istum vnicum, & in quiete sua maneret idip̄m quod est incommutabiliter. Deus enim est infinitus creatura vero omnis, quantumcunq; multiplicare- tur, finita est. Finiti autem ad infinitum nulla est pro portio aut comparatio.

Sapien. 14. Leo papa. Genesi. 1 Isaiæ. 40

Diuina bonitas quomodo inquirenda. Cap. IX.

nostro intellectui breui consideratione præsentans. Et tamen hæc quoq; recedat à mente. Remaneat sola simpex figura amati contemplati, plene intuentis totam animam contemplantis. Non enim contentaretur anima cōtemplans, nisi consideret vel sentiret se pfectè ac plenè ab amato videri atq; cognosci. Huc nulla curiositas accedat videndi, qualis sit species amati, nisi quòd sit totus desiderabilis & amabilis ac verissimus amator, & nunc præsens, præsentia contemplationis. Quando vero anima amore fruitiuo coniungitur deo, tunc pereunt omnes termini, nec occurrit essentiæ vnitas, nec personarum trinitas: sed dulcedo purissimi amoris spōsi cum sponsa. Qui huius sapientiæ ignorantiam habet, roget dominum & det ei calculum candidum, id est, intellectum à phātasmatibus, & affectum ab immundis amoribus purgatum: & in calculo nomen nouum scriptū, hoc est, notitiam diuinam, & affectionem insuetam hominibus, quod aliter nemo scit, nisi à deo acceperit. Id q̊d agitur inter deum & spiritum hominis, nemo cognoscit, potest tamen scire qui idipsum acceperit. Sicut homo bibens vinum, potest scire quid sentiat alter bibens de eodem vino: Sed deus qui intimior est spiritui & omni creaturæ, quàm illæ sibiipsis, scit quid agitur in eis, & ipse est qui docet hanc mysticā theologiam omnes dociles dei. Ic ergo roandus est, vt dare dignetur: homo enim homini dare non potest. Manuductiones tamen aliquæ dari possunt, quales conscripserunt Dionysius Carthusiensis, & dominus Iohannes Ruysbroech. & V. pater Henricus Herp. & sanctæ fœminæ in suis reuelationibus. Ista mystica theologia excellenter ostendit bonitatem diuinam, in qua fami liarissime dignatur suam dulcedinem, & amorem atq; sua secreta suis amicis reuelare, etiam indoctis & rusticis. Sancto Franscisco suorum vulnerum stigmata dominus Iesus impressit, licet indo-

Apocal. 2.

D. Diony. carthusi.

cto & simplici homini, quia fuit humilis, & dominũ Iesum toto corde diligens.

¶ Diuina bonitas quo pacto gustanda. Caput. X.

NVnc procedendum est ad gustandum suauitatem bonitatis diuinæ, vt cognoscamus quàm bonus est dominus deus. Bonus enim est dominus, & suauis: quorum primum spectat ad amorem, secundum ad gustum. Dici-
Psalm. 134 tur in Psalmo: Laudate dñm quia bonus dominus, psallite nomini eius, quoniam suaue. Debemus ergo ex dono dei (qui nulli petenti negat) bene sentire de domino, & diligere eum, & gustare suauitatem eius, ad quod inuitat spiritussanctus dicens: Gustate
Psalm. 33 & videte, quoniam suauis est dominus. Et Petrus
1. Petri. 2 Si tamen gustastis quoniam dulcis est dominus. Gustare, & videre dominum, est in mensa eius sedere. Ad quam nemo permittitur, nisi inuitatus. Est ergo donum dei. Sed mirum videtur quòd gustus præfertur visioni, cum tamen nihil ametur, nisi cognitum, secundum Gregorium & cæteros doctores, & res in se notissima est. Verum idem sanctus Gregorius dicit in Homilia: Amor ipse notitia est. Experitur e-
Greg. Homil. 27 nim vim dilecti, per amorem, & gustum. Experiendo vero vim dilecti, cognoscit ipsum dilectum. Sicut qui nunquàm bibit vinum, si ostensa sibi fuerit aqua, & sicera, & vinum, iam potest veraciter dicere nosco vinum, quia vidit vinum in differentia ab omni potabili, tamen adhuc ignorat quæ sit virtus vini, nisi gustauerit. Gustato vero vino, iucundatur, & dicit se iam primũ scire quid sit vinum. Gustate & videte, quoniam suauis est dominus. Con-

templans non scit suauitatem domini, &alia in eo, et circa eum latentia, vt sunt deo dignissime attributa nisi gustauerit. Postquam gustauerit, tunc reuertitur ad intellectum, & videt quæ nunquam nouit, nec nouisset etiam si mille annis scholas theologorum, sine gustu, visitasset. Hoc figuratum est in Ionatha quando gustato melle, oculi eius aperti sunt. Sic gustata domini dulcedine, peramplius intellectus illuminatur à spiritusancto donis sapientiæ, intellectus, &scientiæ. Hæc enim spectant ad theologiam mysticam, cuius magisterium sibi spiritussanctus reseruauit. Cuius misericordiam, &munificentiam, inuocare debet contemplatiuus. Videmus viros magni ingenij, memoria tenaces scholas visitare, de dei bonitate subtiliter disputare, & tamen gustum non habere: &tales quandoque contra gustum murmurare Similes his sunt, qui in exercitijs externis, & in vocalibus orationibus cum bona conscientia confidũt &delectantur, sed occultos thesauros dei ignorant. Ignorata non vituperent, sed magis charismata spiritussancti meliora desiderent. Verum est quòd raro &pauci vtramque à deo theologiam obtinent. Vere, vere, per omnia magni sunt, qui vtramque acceperunt, vt fuerunt Augustinus, Bernardus, vterque Dionysius, Thomas Aquinas, Bonauentura, & alij plures: respectu tamen multitudinis pauci. Quod valde dolẽdum est atque deflendum, cum omnes Chistiani seculares &clerici ac religiosi sub certa regula sanctorum viuẽtes (&illi maxime) merito gustare deberẽt quoniam dulcis est dominus, sicut beatus Petrus pastor ecclesiæ vniuersalis, & Christi dei vicarius omnibus cuiuscumque conditionis christianis scripsit, vt in illa perpetua dulcedine qua electi dei perfruuntur in cœlis, excellentiores esse possent. Gustus enim dulcedinis auget desiderium gustati, per quod aptior redditur gustans ad gustan-

1.Reg.14

1 Cor.12

dum. Qui enim in hac vita magis amauerit deum, sublimius in æterna felicitate eum contemplabitur, & eius dulcedine perfruetur. Quia amor reddit contemplantem & fruentem ad illa capaciorem, hic excluditur omnis gustus falsus & deceptorius, & amor qui non est charitas pura,

¶ Diuina bonitas quomodo per charitatem ex totis viribus diligêda, & de tepore & impedimentis charitatis. Caput. XI

CHAritas est quædam dilectio deo & sanctis electis communis. Quid vero de hac materia sentiat vir deo plenus, & omni veneratione dignus, & excellentissime illuminatus sanctus Thomas, hic inserere volui, vt validius & efficacius omnes homines ad summum bonum, de quo loquimur, tanto authore iuuante, monere valeamus. Dicit eñ sic: Cum virtus naturalis intellectus
part.1.q. creati non sufficiat ad dei essentiam videndam, opor
12.art.5. tet quód ex diuina gratia supercrescat ei virtus intelligendi, & hoc augmentum virtutis intellectiuæ lumen gloriæ vocamus. Et rursus dicit: Facultas videndi deum, non competit intellectui creato, secundum suam naturam. sed per lumen gloriæ, quod intellectum in quadam deiformitate constituit. Vnde intellectus plus participans de lumine gloriæ perfectius deum videbit, plus autem participabit de lumine gloriæ qui plus habet de charitate. Quia vbi est maior charitas, ibi est maius desiderium, & desiderium quodammodo facit desiderãtem apertum & paratum ad susceptionem desiderati. Vnde qui plus habebit de charitate, perfectius deum videbit, & beatior

erit. Hæc beatus Thomas, licet sint pauca verba mutata, propter congruentiam. Merito ergo deberent omnes homines ad æternam beatitudinem creati redempti & vocati, ad hoc die noctuq; totis viribus laborare vt per gustum dulcedinis domini amor diuinus seu charitas in eis cresceret in hac vita, vt in futura beatiores redderentur. Ad istud vti deberent potentia intellectiua, diligentissime inuestigando quomodo possent deum diligere digna de eo sentiendo, iugiter de eo meditando, & ex creaturis creatorem, eiusq; magnitudinem, bonitatem, amabilitatem, potentiam & sapientiam intelligendo. Istud enim est deum ex tota mente vel intellectu diligere. Ad idem vti deberent potentia sensitiua, hoc est, sensibus suis visu, auditu & aliis, quod est deum ex tota anima diligere. Ad idem quoq; vti deberent potentiis motiuis & executiuis, ad operandum ex dilectione quæ deo placita sunt. Istud est deum diligere ex omnibus viribus, & fortitudine. Et hæc omnia agere deberent ex motu voluntatis, cuius est mouere omnes potentias animæ ad actus suos. Et hoc est deum ex toto corde diligere. Et tales actus dicuntur actus voluntatis imperati. Proprius vero actus voluntatis in hac materia est diligere. Hic est actus voluntatis elicitus, quo vult dilectum, vnice placentem, vnice desideratum, vnice sibi regnantem, vnice se occupãtem, vnice possidẽtẽ, dulcissimo affectu amplecti, castissime reuereri honorare, glorificare, &c. Hic excitat vt moueat oẽs potentias ad proprios suos actus, vt videlicet dominus deus (iuxta præceptum suum) diligatur ex toto vt habetur in Mose & tribus euangelistis. Istud præceptum datum est nobis ab eo, qui nos diligit, & intendit nos beatos facere, quod non potest fieri, nisi eum ex toto diligamus, nihil supra eum, nihil æqualiter ei, nihil contra eum diligendo, quia hoc non potest stare cum eius dilectione. Si vero aliquid diligatur

Deut. 6
Matth. 22
Marc. 12
Lucæ 10

propter eum, ficut diligimus nofmetipfos, & proximum noftrum & alia, hoc non contrariatur dilectioni totali deo impenfæ: Imó talis dilectio cadit fub præcepto.

¶Itaq; pro augmento diuinæ dilectionis feriofe deberent omnes infatigabiliter laborare, ex confideratione diuinorum operum, ex immobili confideratióe & guftu diuinæ præfentiæ & fimilibus, vt cum nomẽ dei nominari audirent, ftatim fpũs eorum in gaudiũ & iubilationem excitaretur & laudem. Sicut excitatur homo nofcens probitatem boni alicuius viri, fi audierit eum à colloquentibus nominari, ftatim prorumpit fine diliberatione in laudem eius & amorem non prius reuoluẽdo fingula bona opera eius atq; beneficia, quem forte nunquam vidit, fed illa omnia in vna fpecie intelligibili occurrunt ei ftatim in momento. Tales erant fideles in primitiua ecclefia, diuino amori, & guftui eius atque augumento infiftentes, vt etiam alacres ad martyrium occurrerent. Vnde legitur, quód quædam mulier paruulum exhortando & ad manum trahendo, ad martyrium perduxit. Nunc tantus tepor credentes depreffit, vt fint quafi infideles toto corde immergentes fe rebus temporalibus & pereuntibus & obfcœnis voluptatibus vanifque honoribus. Pro quibus acquirendis abutũtur ingenio fuo & fenfibus corporis, & animæ viribus contra præceptum de diligendo deum in his potentijs ex toto datum, in tantum quód etiam moniti ne deum offendant non curant omnino. Et deo infpectante audent turpitudinem atque nequitias fuas exercere, vt ipfis dominus dicere queat: Proieciftis me poft corpus veftrum, ficut dixerat ad Dauid. Stat enim deus poft tergum fornicantium & omniũ peccantium & videt omnia, & illi non curant. Audacter prouocãt deum. Etenim quia non profertur

Deut. 6

3. Reg. 14

Iob. 12

cito contra malos sententia, absque timore vllo filij hominum perpetrant mala. Interim deus habet patientiam. Vnde dicit: Tacui, semper silui, patiens fui. Sed qui nunc est patiens, post erit redditor. Vnde dicitur: Altissimus est patiens redditor. Nam aliquando expectat per totam vitam, & tunc post hanc infert grauissimam gehennæ pœnam. Quapropter monet Apostolus Romanis scribens: ne diuitię bonitatis dei & patientiæ, & longanimitatis contemnantur, quia duritia & impœnitens cor thesaurizat iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei. Idem innuitur in ECCLESIASTICO: De propiciatu, inquit, peccatorum noli esse sine metu, neque adijcias peccatum super peccatum, subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te.

Eccls.8
Isaiæ.42
Ecclesi.5
Roma 2.
Eccle.5

¶Sed quid remedij dabimus his, qui proni sunt ad malum ab adolescentia sua, nec amore diuinæ bonitatis alliciuntur ad gustandum quàm suauis & dulcis est dominus. Forte prodesse poterit illud Ecclesiastici: In omnibus, inquit, operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. In morte quippe hominis (quæ omni die imminet) relinquentur omnia temporalia simul, siue res, siue voluptates, siue honores & cætera omnia. Et tunc per sententiam irreuocabilem iusti iudicis, ibunt talium amatores cum verme immortali in ignem, in tenebras & in supplicium æternum. Hoc dominus Iesus amator noster nolens nos perire, annũtiauit nobis per prophetas & EVANGELISTAS suos. Sed amatores diuinæ bonitatis, ibunt in vitam æternam, in gaudium domini sui, ad videndum primam veritatem sicuti est, ad amãdũ summam bonitatem, ad fruendũ suauissimo fruibili, ad

Genesi.8
Eccl.7
Isaiæ.66
Mat.18.25
Marc.9

cantādum gaudiosissimū Halleluia: quod est laus cō surgens ex dei cognitione & amore atq; fruitione. Hæc laus perfecta erit in cœlo. In terra ecclesia dei nititur hanc laudem impendere, sed imperfecta est Imò plures ignorant quid in laudibus diuinis dicē do halleluia, agant. Sonum paschalē faciunt sicut aui culæ. Plurimi & ad præfatas monitiones habent au res clausas, quia non habent aures audiendi secun
Luc. 8 dum mandatum Christi, & apertis oculis sicut Dathā
Numer. 16 & Abyron, ac socij eorum vadūt versus infernum in peccatis mortalibus viuentes.

Diuina bonitas charitasq; in deum quomodo disponere debeant hominem ad bonam mortem.

Cap. XII.

OMNES mortales communiter desiderant bene mori. Nec mirum, cum ex bono fine pendeat tota salus nostra. Ideoq; bene mori est magna ars inter omnes artes. Sed pauci comparatione applicant se ad discendum istam artem Pessime tamen habebunt qui hanc ignorauerint. Iu
Psal. 33 xta illud: Mors peccatorum pessima. Et optime habe bunt, qui nouerunt hanc artem. Quod innuitur, vbi
Eccle. 8 dicitur: Ego cognoui, quòd erit bonum timentibus
Iohann. 5 deum, qui verētur faciem eius. Loquitur vero de vi ta futura. Imò optime eis erit, quia transient de mor te in vitā. Propter duas causas mors redditur nobis terribilis ac formidabilis, sicut testatur Philosophus, dicens eam esse terribilissimam, Prima est destructio

naturæ. Natura enim humana consistit in anima & corpore coniunctis. Quæ natura à deo creata est, vt perpetuo ita maneret. Sed propter peccatum homo mortalis factus est, ex sententia domini dicentis: De ligno scientiæ boni & mali non comedes. In quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris. Quapropter natura abhorret animæ & corporis separationem sicut extremum malum eius: & maxime quādo est adhuc fortis & bonarum conditionum vitæ præsentis. Tunc enim est violentia maior, quæ reddit eam amariorem, vt dicitur in Ecclesi. O mors quàm amara est memoria tua homini pacem habenti in substantijs suis, viro quieto, & cuius viæ directę sunt in omibus, & adhuc valenti accipere cibum. Secunda causa reddens mortem terribilem, est incertitudo æternæ salutis. Iuxta illud: Nescit homo vtrū amore an odio dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta. Et: Si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Quia quantumcunque aliquis sit malus vsq; ad extremum, adhuc potest per dei gratiam iustificari antequam spiritus egrediatur. Et bonus potest se à deo auertere propter mutabilitatem liberi arbitrij. Homines perseuerantes in malitia sunt certi, q̄ à diuina bonitate separabuntur, nisi subito per gratiam mutati fuerint. Sed hoc fit in extremis valde raro. Dicit enim Apostolus Petrus: Si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt? Idcirco toto studio declinandum est à statu taliter morientium. Saluandi declinare debent peccata propter amorem dei, & non quia facultas peccandi deserit eos.

Gen. 2. & 3
Ecclesi. 41
Eccles. 9
Iob. 9
1. Petri. 4

¶Homines in bona vita perseuerantes vsq; in finem, morali certitudine certi sunt de futura beatitudine. Magni sancti per reuelationem fuere certificati. Apostolis dixit dominus: Gaudete quòd nomina vestra scripta sunt in cœlis. De quibus segrega

Lucæ. 10

tuit Iudam, dicens: Nonne ego vos duodecim elegi? & ex vobis vnus diabolus est. Dicebat aūt de Iuda Simonis scariothis. Itemq́; Væ autem homini illi per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. De eadem certitudine videtur loqui Apostolus Petrus singulariter de seipso: Certus sum, quod velox est depositio tabernaculi mei, secundum quod & dominus noster Iesus Christus significauit mihi. Quæ manifestatio non fuisset vtique gratiosa, nisi fuisset de certificatione salutis æternæ gloriosa. Idem potest intelligi sanctum Paulum significasse de seipso, vbi ait: Certus sum enim, quia neque mors, neque vita (& post multa concludit) neque creatura aliqua poterit nos separare a charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Et ad Timotheum: Scio, inquit, cui credidi: & certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem. Vel hoíes boni sunt certi non per diuinam reuelationem, sed per probabilem coniecturam. Quæ certitudo est in moralibus, & in humanis agibilibus requirenda. Disciplinati enim est intantum certitudinem inquirere secundum vnumquodque genus, inquantum natura rei recipit secundum quod dicitur primo Ethicorum. Quapropter maiorem certitudinem inquirere indisciplinati cordis est. De hac certitudine videtur loqui beatus Petrus: Fratres satagite, vt per bona opera certam vocationem vestram & electionem faciatis. O quàm iucunda erit hæc certitudo atque securitas in mortis hora occiso per amorem dei vermiculo, qui non moritur in damnatis: vt supra probatum est. Hanc certitudinem omni industria & conamine deberent sibi omnes mortales acquirere. Hæc enim permaxime aufert formidinem mortis. Et præcipue, quando ortum habet ex exercitio diuini a-

Marginal notes: Iohan. 6 / Matth. 26 / 2. Petri. 1 / Roma. 8 / 2. Timo. 1 / Philosop. 1. Ethico. / 2. Petri. 1 / Isaiæ. 66

moris & gustu dulcedinis domini. Et accepta fiducia adoptionis filiationis dei (quia tunc sentiunt se hæredes dei & cohæredes CHRISTI & filios dei) timorem mortis abijciunt & secure moriuntur. Filij enim boni non verentur carcerem, neque tortores, sed ipsi eos. Charitas enim, id est, amor filialis foras mittit timorem. Tales filij dei non cogitant de inferno, nec purgatorio, neque iudicio, sed mors est illis in desiderio & vita in patientia. Hoc sancti martyres euidentissime exhibuerunt. Ecce hæc certitudo quantæ sit virtutis, quç tollere potest illa duo superius expressa quæ faciunt mortem terribilem & formidabilem, & efficit eam dulcem atque amabilem. Vnde totus accensus diuino amore beatus FRANCISCVS ait: Bene veniat soror mea, mea mors. Tædiosum esset adducere exempla innumera sanctorum, qui gaudenter mortui sunt. Qui igitur desiderat bene mori, discat artem bene moriendi, & feliciter atque gaudenter morietur. Ars ista sufficienter ex superioribus habetur. Ipsa est enim, diligere deum ex toto corde, ex toto intellectu, ex tota anima, & ex omnibus viribus Et gustus præstat fidutiam. Moriens enim debet occurrere deo suo voluntate conformi in omnibus diuinæ voluntati, plenissime ab omni deformitate emundata. In qua voluntate est affectio, quæ non debet diligere nisi deum solum vnice, & quæcunque amabilia in deo vel propter deum. Nec debet quiescere vel delectari nisi in eo, q est per essentiam & naturam solus bonus & delectabilis atque fruibilis. Hic solus erit desiderium, gaudium, pax, quies, beatitudo & omne bonum morientis.

Roma, 8
Iohann. 1
1. Ioha. 4

¶ Moriens debet occurrere deo suo per suam intelligentiam mundatam ab omni perfidia, illustratam diuina agnitione in vera fide, sine qua impossibile est

placere deo, & vsitatam ad inuestigandum, legendo, meditando, & contemplando, ea quæ conducere possunt ad diligendum deum. (Hoc enim requirit di
Heb. 11 uinum præceptum) & non ad curiositatem vel exer
Deutero. 6 cenda peccata, vt faciunt mali homines, de quibus
Matth. 22 dicit propheta: Sapientes sunt vt faciant mala: bene autem facere nescierunt. O quantum conducet tūc pro consuetudine, statim per species & ænigmata (de quibus superius dictum est) posse libere tendere in de
Ieremi. 4 um, & bene sentire de eo, vt subito totus affectus diuini dulcedine amoris rapiatur & accendatur desiderio videndi eum.

¶O religiosi tepidi, ō canonici, sacerdotes & clerici carnales, qui habetis prouisionem necessariorum competētem, & tamen immergitis vos cupiditatibus rerum iamiamq; finiēdarum, & negligitis extremā horam, quam vt felicem habere possitis, merito totā vitam vestram impendere deberetis. Quid respondebitis deo qui habetis sacros codices, & legem vobis viuendi præscripiam, & spiritualem vitam, quam tenemini ducere. Et in his vere portatis thesaurum preciosissimum quo tamen non vtimini. Vos defertis panem angelorum & cibum preciosum: quem tamen non gustatis. De thesauro isto dicitur per Sapientem: Infinitus enim thesaurus est hominibus, quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiæ dei. De il
Sapien. 7 lo thesauro loquitur totus liber ille sapientiæ: De pa
Ecclesi. 15 ne prædicto dicitur in Ecclesiastico: Cibauit illum pane vitæ & intellectus. Quomodo excusabitis in districto iudicio dei tantam negligentiam & ingratitudinem vestram? Thesaurizatis pereuntia cum ma
Psal. 38 gno dispendio animarum vestrarum, & nescitis quibus congregatis ea. Ego de omnibus non loquor. Deus videt omnium studia & corda. Sunt plures seculari tunica tecti, & rebus temporalibus intenti, etiam mulieres (& illę permaxime) qui vtūtur præfato the

sauro spũali & edunt cœlestem panem: licet plerunq; sint literarum ignari. Plures etiam seculares nimis se immergunt temporalibus curis, quod facere non deberent, cum sint christiani æterna & diuina bona credentes & speranaes. Sed hos dimittamus, & reuertamur ad morientem. Moriens debet occurrere deo suo cum omnibus sensibus & viribus suis, quibus vsus est ad amorem dei, scilicet visu, auditu, & cęteris. Loquimur hic de gratuito amore, quæ est charitas, non de naturali. Qui igitur occurrere potuerit deo suo modo præscripto, vtiq; illi est mors ianua vitæ & non terribilis aut formidabilis.

¶ Diuinæ bonitatis contemplationi quæ præcipue vel prosint vel obsint.

Caput XIII.

[library stamp]

HAnc moriendi artem vtilissimam oēs discamus. Nemo se excuset, nemo dicat: Non possum. Quia talis similis est inuitatis ad cœnam, qui se talso excusabant, ꝙ non poterant venire. Deus enim nemini præcepit impossibilia Lucæ. 14 cum suo adiutorio. Præceptum enim de diligendo deum ex toto, potest omnis homo implere dei adiutus gratia. Sed dicunt plures: Non conquerimur de præcepto, sed de tanta (vt prædictum est) puritate diuini Deuter. 6 Matth. 22 amoris, & gustu dulcedinis nobis inexperto, per quē amor crescit dispositiue, & ambo auferunt formidinem mortis. Sentimus nos alienos, inualidos & penè desperatos ad tātam puritatem. Ad quod ego gemēs dico: O destitutio virium animæ, O corruptio humanæ naturæ & pronitas ad malum, O grauis & ponde

rosa & difficilis sursum actio in bonum. Hæc ex lan-
guoribus animæ descendere non nego. Non tamen
debemus desperare, sed inuocato diuino auxilio (q̊d
libens dat) semper niti ad animæ puritatem & gustũ,
donec quod petimus obtineamus. Labor improbus
omnia vincit. Verum sicut in scholis clericorum &
mechanicis artibus non omnes æqualiter artem ap-
prehendunt: sic etiam in arte ista non omnes æqua-
liter proficiunt. Communiter tradentes se scholæ hu
ius artis, tædio vincuntur propter difficultatem quã
sentiunt ex fomite, quæ naturæ propter peccatum
immersa est. Etiam deest eis virtus perseuerantiæ.
Ego à pueritia vsq; in senectutem frequenter in aliĳs
vidi & in meipso sensi hanc tentationem, sed eam ex
dono dei vici: quamuis ex culpa mea minus profeci.
Dabo ergo consilium tanquam misericordiam conse
cutus. ¶ Statuat is qui desiderat in hac arte profi-
cere, quòd velit experiri quid patitur aut sentit ille q
possidet munditiam cordis. & studeat huius puritati
vt placeat deo. Placere enim deo propter seipsum (q
solus super omnia debet placere) erit semper finis &
desiderium eius in omnibus quæ agit vel dimittit.
In tantum autem desiderium mundo corde placendi
deo debet in eo conualescere, vt nihil aliud sibi vide
atur desiderare, adeo quòd in omni tribulatione, &
tristitia & necessitatibus semper consuetudinem ha-
bere debeat recurrendi ad deum pura mente dilectũ,
tanquam ad eum in quo posuit omnem suam conso-
lationem, spem, amorem, requiem, pacem, gaudium,
finem, & omne bonum suum. Et si in conscientia bo-
na, inuenerit se deum non offendisse, & inuenerit se
ex hoc maxime gaudere, non obstantibus quibuscũ
que contristabilibus, tunc experietur quid sentit mũ-
dicors in diuinorum cognitione, amore, iubilatione
Prouer. 12 assecuratione, & similibus. Qui huiusmodi est, non
cõtristabitur, quicquid sibi acciderit, siue in tentatio

nibus temporalibus,ſiue ſpiritualibus, nec etiam in ſubtractione ſenſibilis amoris & guſtus, ſed ſolum peccatum vere & intime contriſtabit eum. Præſupponuntur hic multa quæ cor mundant,ſcilicet pœni tentia vera, vt ſunt humilis & vera recognitio pecca torum propriorum,& confeſſio cum gemitu. Vera contritio,id eſt,perfecta auerſio & deteſtatio peccatorum,quæ contritio continet tantam auerſionem à peccatis, quod nulla remaneat adhæſio ex vlla par te ad peccatum. Sicut pulueriſato lapide ventus totū tollit. Si quid remanſerit, illud non ſatis contritum eſt. Ideo ventus non tollit, Igitur quod remanſit attritum eſt non contritum, hoc non ſufficit pro emun datione cordis: ſed requiritur vera contritio, quæ communiter in ſacramento confeſſionis confitenti præſtatur, Tertio requiritur humiliatio cordis, vt ſcilicet ſe credat viliorem om̄ibus hominibus. Quod ſi nequiuerit ſe credere omnibus hominibus viliorē (Quod verè magna ſuperbia eſt) dicat ſaltem deo: Non ſcio aliquem me viliorem. Et doleat coram deo ſe non poſſe (vt dignum eſſet & neceſſarium) humili are. Item purificat cor vitare peccata & occaſiones eorum. Declinare malam ſocietatem & conuerſationem communium hominum. Amor virtutum, & pro fectus in eis. Sequi conſilia ſuperiorum expertorum (Interdum ſuperiores aliqui tamen non ſatis intelligunt hanc viam) Abiectio ſcrupuloſitatis. Super oīa gratia dei, & quæ ex illa procedunt, fides, ſpes, & cha ritas. Studeat inſuper in omni loco & tempore & occupationibus geſtare cor conforme diuino beneplacito, & eleuatum à creaturarum occupationibus con ſiderationibus atq; amoribus, & continue ſtudeat tēdere in deū per fidem, qua intelligat infallibilē eius præſentiam, & per affectum & amorem. Et loquatur cum eo, quem habet præſentem, attendentem, viden tem, audientem & amoroſe illi bona fauentem. Qui

enim hæc in consuetudinem duxerit, non impediet ex curis & occupationibus licitis & necessarijs quæ propter deum fiunt. Imo auxiliabuntur tendenti in deum tanquam causæ & negotia dei, & melius expedientur, quando in eis quæritur deus vt decet ac oportet: quamuis puluerem proijciant in oculos mentis: sicut terrena facere solent. Huic negotio accõmoda erunt exercitia & orationes iaculatoriȩ, de quibus in alijs passibus scripsi, & infra super expositionem Psalmi: Nisi dominus ædificauerit domum, scribam. Quæ tamen prȩexigunt munditiam cordis in
Hebr. 12 accessu ad deum, sine qua teste apostolo nemo videbit deum in prȩsenti seculo in ȩnigmate fructuose, ne
Apo. 21 que in futuro gaudiose, quia nihil inquinatum intra
Psal. 50 bit ad illum. Vnde Dauid propheta regius primo abluit peccata sua dicens: Miserere mei deus. Amplius laua me. Asperges me, &c. Et tunc effectum ablutiõis scilicet cordis munditiã, postulat dicens: Cor mundũ crea in me deus. Et deinde gustum petiuit, quẽ peccando amiserat dicens: Redde mihi lætitiam salutaris tui. Ex gustu oritur lætitia. Gustus est perceptio gustati in sensu proprio prȩdisposito. Proprius vero sensus in gustu spirituali est affectus voluntatis. Præ dispositio autem spiritualis est munditia. Gustabile vel gustatum est amabilis vel amatus deus, quem homo percipit ab intellectu affectus. Inde oritur gaudium in domino. Sicq; disponitur amor ad augumentum sui. Nam gustata bonitate ac dulcedine amati, excitaẗ & renouatur amor & desiderium ad deum. Amor quoq; rursum petit amplexum, oculum, & gustum dilecti. Exinde amplius ignescit, crescit, atq; perficitur, deo amoris augumentum, tanquam formam animæ amanti, tamquam materiæ præparatæ, infundente. Sic ergo cordis munditiam desiderium & gustum amoris dat & amor vtrunque augmentat. Et hæc fiunt alternatim & continue. Sicut enim ipis

ritussanctus cor mundum inhabitando hoc amplius purgat: ita mundum cor purgatum ampliorem & firmiorem spirituisancto locum præstat.

¶Pro clariori intellectu præmissorum, notanda sunt verba beati Augustini episcopi dicentis: Inquantum dei sapientiam (per quam facta sunt omnia) spiritualiter intelligimus: in tantum carnalibus affectibus morimur: vt mortuum nobis hunc mundum deputantes, nos quoque ipsi huic mundo moriamur. Non ergo immerito nemo potest faciē, id est, ipsam manifestationem dei videre & viuere. Ipsa enim est species, cui contemplandæ suspirat omnis qui affectat deum diligere ex toto corde ex tota anima & ex tota mente. Ipsa est species quæ rapit omnem animā rationalē desiderio sui tāto ardentiorē quanto mundiorem, & tanto mundiorem quanto ad spiritualia resurgentem, & tanto ad spiritalia resurgentem, quanto à carnalibus morientem. Hæc Augustinus. Ex quibus colligitur, quod raptus animæ est ardentior ex prædispositione, id est, munditia cordis, & mundior ex resurrectiōe ad spiritualia. Quia gustata dulcedine domini in ardentiori raptu, iterum consurgit amor in deum: qui quanto frequentius consurgit & magis inardescit, tanto anima rapta amplius diuinis appropinquat & à carnalibus & creaturalibus amoribus magis elongatur & purificatur. Quæ quidem purificatio dum adeo præualuerit, vt anima ad carnalia & omnia quę mundi sunt quasi mortua videatur, tunc permaxime valebit consurgere ad diuina intuenda, amanda, & gustanda. Aug. 2. lib. de trini. capit 17

¶Potest tamen amor stare sine gustu. Quia gustus est quoddam adminiculum & ornatus diuini amoris: non autem ipsa amoris essentia, quoniam possit haberi & habeatur quandoque extra gratiam gratumfacientem. Expedit tamen gustum expetere, vt amor dei per illum in nobis augeatur, Sed malum es-

ſet guſtum petere propter ſeipſum, vt anima in eo quieſcat tanquam in fine. Hoc enim eſſet valde deteſtabile, quia præferret donum dei ipſi deo donatori. Et iam non deum ſed ſeipſum diligeret inordinatiſſime, quærendo delitias ſpirituales (quæ vtiq; oẽs carnales & ſeculares voluptates longe præcellunt) vt in eis poſſit quieſcere & delitiari. Et hoc eſſet abuſus peſſimus excellentis & nobilis doni dei laqueuſq; diaboli omni deceptione plenus, per quem homo ad ſuperbiam, vanam ſuſpſius complacentiam & alia vicia & errores perducitur. Qui talis eſt, adhuc mundo viuit & dei ſapientiam, hoc eſt, ſapidam ſcientiã, intelligere non poteſt: quia ſibi mãducat & ſibi bibit, non deo, ad quem tanquam ad vltimum finem oĩa referre deberet & non ſeipſum quærere.

¶Homo enim ſeipſum aut alia quæ in mũdo ſunt
Oſee. 9 inordinatè amans immundus eſt, iuxta illud: Facti ſunt abominabiles, ſicut ea quæ dilexerunt. Illa aũt quæ diliguntur ordinatè in deo & ſecundum deum, non ſunt abominabilia neq; immunda: cum omnis creatura dei ſit bona, & conſequenter munda. Sed inordinatus amor ad ea eſt immundus & facit ea immũda & nihil, quia locat ea ſupra deum, quod eſt nihil. Ideo Apoſtolus dicit: Scimus quia nihil eſt idolum,
1. Corin. 8 quia colitur ſicut deus, cum non ſit deus. Ergo eſt falſum ens, id eſt, non ens quo ad hoc, licet ſit ens in propria natura, puta aurum vel lapis, ex quo factũ eſt idolum, quod nihil eſt. Illud vero nihil eſt maxima immunditia & abominatio, vt patet ex diuerſis
3. Reg. 14 ſacræ ſcripturæ locis, vbi dicitur: Fecerunt omnes ab
4. Reg. 23 ominationes gentium. Et figuras idolorum & immũ
2. Para. 24 ditias & abominationes quas fecerunt in terra Iuda
Ezech. 5, 7 & Ieruſalem, abſtulit Ioſias. Et in Ezechiele multa
36. habentur de his immunditijs. Qui enim ſupra deum
Iſai. 64 vel æqualiter ſicut deũ vel cõtra deũ diligit aliqd aut
Philip. 3 colit: illud habet pro deo ſuo, id eſt, idolo, iuxta illud

Apostoli: Quorum deus venter est. Talis ergo anima abominabilis & immunda est. Nam omnis inordinatus amor veniale peccatum formans, inquinat cor. Eapropter vitandus est. Et si non possumus omnia venialia deuitare, possumus tamen eorum numerũ minuere, vt scilicet rarius fiant, & ea non diligere, & ex proposito non admittere, deo cooperante. Igitur quicunq; vult placere deo & habere mundum cor, necessarium est vt sicut amorem suum auertere debet ab omni immunditia peccatorum, etiam venialium: ita etiam amorem ad seipsum, & ad dona dei mundũ seruare debet, vt non in eis hæreat nimium, vel tanquam in fine vltimo in eis quiescat, sed eis vtatur ad amplius deum amandum atq; colendum. Hęc omnia præscripta vtcunq; instruunt hominem, quid agere debeat, vt ad puritatem diuini amoris, & eius gustũ, peruenire queat. Cui etiam conueniens est exercitiũ mentale Effusionis cordis, quod subsequitur.

¶ Epilogatio prædictorum, & de effusione cordis, in qua vel maxime dei bonitas contemplatur laudaturq;. Cap. XIIII.

HOrtatur nos regius propheta Dauid ad cordis effusionem, in qua dei bonitas iucundissime laudatur, dicens: Effundite coram illo corda vestra. Et propheta item Ieremias: Effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum domini dei tui. Quamuis eñ multa sunt exercitia, per quę deuoti in deo ascendunt, & vnusquisq; in suo sensu abũdet nec omnibus omnia conueniant: tamen inter omĩa exercitia principatum obtinere videtur bonitatis di-

Psalm. 61

Threno. 2

uinæ contemplatio per cordis effusionem, tanquam finis omnium: atq; idcirco est compendiosior via in deum, quum per multa media non habeat discurrere sed tanquam finis exercitiorum omnium immediate vniat nos deo. Ipsa quippe adepta facile omnia, circa quę alia exercitia occupantur, veniunt ad effectũ. A corde enim vita procedit per totum corpus: & à voluntate quæ cordis nomine signatur, omnes animæ potentiæ mouentur ad actum meritorium in deum. Voluntate igitur reformata, &ex toto per amorem in deum effusa, facile diligitur deus etiam ex tota mente, ex tota anima, & ex omni virtute aut fortitudine, bonitasq; dei laudatur atq; amat. Et in istis perfectio consistit, ad quam omnia exercitia ordinantur. Etsi in deuotorum libris alij nominentur exercitiorum fines, ad quos omnia exercitia ordinanda sint, sicut Cassianus &post eum alij ponunt puritatẽ cordis inter omnia exercitia tenere principatum, alij in charitatis perfectione, alij in vsu continuę orationis, alij in adhærendo deo, hoc tamen prædictis non est contrarium, quia hæc in re idem sunt cum effusione cordis. De ista igitur effusione dicturus, necessarium puto aliqua præmittere, quæ rudem animum primo informent de his, quę ad hãc ipsam effusiõem scitu necessaria videntur.

Deuter. 6
Matth. 22
Marc. 12
Lucæ. 10

¶Deus, vt scriptura diuina testatur, hoĩem ad imaginem & similitudinem suam fecit, vt ipsum deum cognosceret, cognoscendo diligeret, &sic in præsenti vita per dei gratiam ipsi deo in amicitia iungeretur: sed post hanc vitam gratia &amicitia dei in ęterna gloria compleretur per confirmationem, ex qua confirmatiõe homo in anima &corpore beatus ęternaliter efficeretur. Ab isto felici statu omẽs in Adam peccando cecidimus. Reparati vero per mediatorem dei &hominum Iesum Christum sumus, ita tamen, vt cooperari ipsi domino operanti nostram reparatiõ

Hominis lapsus.
Genesi. 1
Genesi. 3
Rom. 5
1. Corin. 15

onem non pigeat, aut per desidiam turpissime & confusiuissime non negligamus. O qualis confusio est in oculis domini & omnium beatorum, quod dominum nostrum videmus usque ad defectionem virium & ipsius vitæ laborare pro nobis vermibus, & quod nos tamen vacare quærimus & audemus, imo & deliciari.

¶Debemus ergo studiosissime intendere uti cooperante domino imaginem eius in nobis reformemus: præsertim in intellectu, ut cognoscamus necessaria ad salutem, & quæ sit voluntas dei. Non enim possumus voluntatem nostram diuinæ voluntati cõformare, nisi sciamus eam. Sine fide etiam impossibile est placere deo: nec potest cæcus ambulare ut non offendat. Oculus autem animæ intellectus est: Quapropter vacare debemus sapientiæ, quisque secundum statum suum, legendo, meditando, interrogando & audiendo, ut reformetur intellectus in cognoscendo deum, propter quod creati sumus, & sic anima fiat videns, & discernere sciat verum à falso, bonum à malo, & dirigere noscat gressus suos versus paradisum quondam clausum, modo per Christum apertũ omnibus tendentibus in eum.

Intellect⁹ quomodo reparandus.

Roma.12

Hebr.11

¶Verum est tamen non tantam esse deformationem in intellectu, sicut est in voluntate. Et citius reformatur intellectus circa ea quæ sunt de necessitate salutis, quàm voluntas. Voluntatem ergo reformando secundum ea quæ videre poterimus (deo animæ nostræ irradiante) ipsius dei dilectionem & amicitiã recuperabimus. Quibus adeptis & perseuerantibus in nobis nulla cura de futuris, hoc est, pro æterna gloria, nobis inesse debet (nec mercenaria seruitus subrepat) sed Christus dominus pro filijs suis, quos sanguine suo acquisiuit, solicitudinem paternam habebit: cui nos totaliter committere debemus. Parentum quippe est thesaurizare pro filijs, ut ait Apostolus. Totaliter ergo applicare nos debemus ad refor

Volũtatis reformatio

Apocal.1

2.Cori.12

mationem voluntatis, quatinus totaliter, id est, perfecte, subdatur deo: per quod veraciter libera fit nedum a vicijs & dæmonibus, sed prorsus ab omni creatura (etiam à seipsa) quibus omnibus male subacta seruiebat. Transcendit etenim supra omnia etiam vltra se per amorem in deum, qui est liberrimus, & cũ eo fit liberrima & vnus spiritus, habendo cum eo vnum velle & vnum nolle: quod proprium est amicitiæ. Vnde quanto quis perfectius deo per vnitatem voluntatis coniungitur, tanto maior amicus efficit.

¶ Idcirco vt amicitia perdita perfectius recuperetur, debemus perfecte nostræ voluntati mori. Circa quod sciendum, quòd voluntas sic creata est quòd non potest velle nisi bonum. Est autem bonum aliud verum, aliud vero falsum & apparens. Liberum aũt arbitrium in hoc consistit, quòd sine coactione elegit hoc vel illud. Voluntas vero hominis debebat semper verum bonum volendo & eligendo esse bona & diuina, ad hoc quippe est creata: sed quia homo abusus est libero arbitrio eligendo apparens bonum, ideo secundum Augustinum in Enchirid. se & liberũ arbitrium perdidit, intantum vt differentia facta sit inter voluntatem propriam & voluntatem diuinam in ipso homine. Et dicitur diuina in homine quæ cõformat legi diuinæ: propria quæ est scdm corruptionem & perditionem. Perditum autem dicitur liberum arbitrium, non quasi non possit libere aut incoacte eligere (quod tolleret rationem merendi & demerendi) sed quia non est liberum seu non habet libertatem à culpa & à miseria. Posse enim peccare non est posse, sed deficere & nõ posse. Liberi em̃ arbitrij esse dicimur, quia domini sumus nostrorum actuum, libere videlicet eligendo actus, non autem quia peccare possumus. Deus enim & angeli sunt liberi arbitrij, & tamen non possunt peccare.

Liberum arbitrium

Augustin.

¶ Declinando autem à culpa per liberum arbitriũ

industria magna indigemus &labore(cooperante etiam gratia diuina)propter cęcitatem intellectus,quia sæpe fallimur circa bonum eligendum, & propter passiones &concupiscentias quæ regnant in nobis, atq; propter tentationes dęmonum &seculi,impellētes ad malum. Et hæc est magna miseria(vt ita loquar)libertatis nostræ,quę quasi captiua tenetur.Et nisi se quis excusserit ex hac captiuitate præsentis miseriæ,incidet in futuram æternam miseriam,in q̃ indurabitur in malo,nec reducetur ad verum bonū: propter quod tamen creatus est. Proinde veraciter canit ecclesia:Deo seruire regnare est. Quia conformando voluntatem nostram deo cum exhibitione operis(quod est ipsi seruire)liberi efficimur ab omni creatura,maxime ā seruitute dæmonis &vitiorum atq; concupiscentiarum,&in libertatem filiorum dei constituimur regnaturi cū deo patre nostro in æternū. De hac libertate dicit beatus Augustinus super Psal. 17.Dominus dabit suauitatem & terra nostra dabit fructum suum,vt bonum opus fiat,non timore, sed amore,non formidine pœnæ,sed delectatione iustitię.Ipsa est enim vera &sana libertas.O beata anima talis,cuius oculi aperiuntur vt videat felicitatem huius libertatis,& experiatur gaudium dulcissimum & omni dulcedine dulcius huius regni,nedum in futuro,sed etiam in præsenti. Augustin.

¶De reformatione voluntatis,gustus interioris renouatione,ac perseuerantia laboris,necessarijs vt dei bonitas sentiatur.

Caput XV.

IGitur pro hac felicitate adipiscen=
da &dei amicitia recuperanda, pro=
priæ volũtati renunciemus: prout
supra iam tactum est. Ad hoc enim
instituta videtur omnis religio. In
ea quippe propria voluntas in alteri
us arbitrio collocatur &quasi religa
tur: vt si velit male agere, ab alio teneatur &quodã=
modo cogatur bene agere. Sed quia non sufficit ma=
la non agere, nisi quis studeat bonis operibus insu=
dare: qui mala iam opera cum praua voluntate in
se succidit debet inquirere qualiter bonam &diuinã
volũtatem in se possit acquirere cũ operibus bonis.
Voluntas vero bona &reformata est, quæ se totali=
ter (id est perfecte) subdit &conformat diuinis præ=
ceptis. De quo dominus: Qui habet mandata mea &
Iohan. 14 seruat vel facit ea, ille est qui diligit me. Voluntas
enim bona nihil aliud est, quàm dilectio dei. Hoc eñ
dicimur velle quod diligimus, si proprie loquamur.
Deuter. 6 Dominus autem pręcepit se diligi ex toto (id est per
fecte) vt sc3 nihil de mandatis suis relinquamus, nec
Matth. 22 velimus vnum seruare &aliud negligere: sed ex to=
Marc. 12 to &perfecte omnia seruare debemus, ne aliquid cõ
Lucæ, 10 trariũ ipsis in corde, hoc est in voluntate, & in om̃i
regno arbitrij eius, id est, in mente seu intelligentia,
in anima, id est, in sensualitate, in fortitudine, id est,
in actione permaneat.

¶Ista reformatio voluntatis secundum præcepta
diuina est omni homini necessaria de ratione salutis
Nihilominus stat cum multis imperfectionibus &e=
tiam peccatis venialibus, quæ charitatis feruorem
impediunt &ad interitum militant reformatæ volũ
tatis. Oportet ergo ascendere ad altiorem & perfecti
orem reformationem, vt similitudo in nobis repare
tur conditoris, videlicet vt oẽ peccatũ prorsus quan
tumcunque paruũ, à nobis repellamus. Et si viuere

ſine omni veniali nequimus propter conditionem labilis huius vitæ, ſaltē ex propoſito & libero cōſenſu non admittamus etiam pro morte euadenda aliq̄d veniale peccatum, propter reuerentiam domini & patris noſtri præſentis atq; omnia proſpicientis: ſed diſpliceat ipſum peccatum, quanquam paruum videatur & ipſi nobis. Per hoc mirabiliter liberabitur voluntas à culpa venialium & rarius fient. Sic ergo omne peccatum à voluntate repellere debemus, ſiue magnum ſiue paruum: ſi tamen paruum dici poteſt, quod, ſcienter nolente deo committitur: qui odit omne peccatum. ¶Nullo itaq; modo admittamus quod vtcunq; diſplicere deo perpendimus. Et notandum quod non ſolum peccatum deo diſplicet, ſed etiam quod minus bonum eſt: quanquam ad illud ſimpliciter non obligemur, & ſine peccato poſſit omitti (peccatum enim omiſſionis eſt, quando id omittitur ad quod vtcunq; obligamur, & non alias) ſicut ea quę ſunt ſupererogationis, ad quę nō obligamur. Ex iſto aſcendere debemus, vt velimus omnia quæ deo placent, & diuinum beneplacitum efficiatur noſtrum beneplacitū. Quod enim minus eſt à beneplacito, ſubeſt diſplicentiæ: quanquam impeccabiliter. Hæc em̄ diſplicentia non eſt proprie ſumpta, ſed per comparationem minoris boni ad melius: ſicut diſplicet argenteus denarius, & placet aureus. Beneplacito autē amor concomitatur. Bonum enim ſicut obiectum eſt voluntatis, in quod ſcilicet voluntas dirigitur: ſic etiam eſt obiectum amoris, in quod amor fert. Quia ergo aliquid tanto plus placet, quanto magis eſt bonum: & etiam tanto amplius diligitur, quanto plus habet de ratione boni: idcirco diuinum bn̄placitum cum ſit optimum, debet nobis eſſe maxime dilectum magis autem dilectū ſummo ſtudio inquirimus om̄ibus alijs minus dilectis omiſſis. Sic ergo diuinum beneplacitum præ omnibus debet placere, ſumme ama

Venialia fugienda.

Dei beneplacitum.

ri, studiosissime inquiri, vt ad id peruenire valeamus. Debet etiam nos cordialius delectare. ¶Nihil deliciosius diuino beneplacito quantum ex se est. Sed qa gustum habemus infectum propter naturæ corruptionem, ideo amarum videtur esse: sicut & febricitantibus omnia dulcia videntur amara propter linguę per saliuam infectionem. Idcirco dulcorare debemus gustum mentis nostræ per medicinam cœlestem, implorando infusionē gratiæ spiritalis à medico & reparatore naturæ lapsæ deo: per quam corruptio & vetustas viciorum curetur, & innouetur naturæ integritas, ad discernendum verum à falso, bonum à malo,
Psal. 33 & gustandum quàm suauis sit dominus. Ad istud adiuuat, quòd homo sit habituatus in actibus diuini be
Sapien. 12 neplaciti, quia habituatus omnis delectabiliter ope-
Habitus. ratur. Habitus autem acquiritur per actus frequenter reiteratos. Nemo ergo perturbetur aut desperet, si in initio suæ reformationis sentiat difficultatem, aut si cibus cœlestis sibi sit insipidus Insistat, cōtinuet modicum laborem, medici operam sustineat, sanabitur, gustum recuperabit internum cum cæteris sensibus animæ: & cōplacebit sibi vehementer in medico suo atq; laboribus suis. ¶Hæc enim est pręcipua causa quòd multi non proficiunt, quia vincuntur tædio laboris & difficultatis. Et ideo statim resiliunt ab incœpto sancto proposito spiritualis profectus, & reuertuntur ad consuetudinem suam quasi refugientes importabile onus, gaudentq; se euasisse: & ignorant mi-
Matth. 11 seri, quòd iugum Christi suaue est & onus eius leue, & quòd graue iugum ipsi portāt, cum omnibus filijs
Eccle. 40 Adę. Verum deformatio nostra in culpa est & consue-
Hierony. tudo longa viciorum. Vnde Hieronymus ad Celantiam: Asperam nobis & insuauem virtutum viam nimia effecit consuetudo vitiorum, quæ si in alteram partem transferatur, inuenies sicut scriptura dicit, semitam iustitiæ leuē. Item Iohannes Clymachus gra

du primo. In ipsis principijs abrenunciationis, penitus cum labore violentia & amaritudine virtutes operamur, ac proficiētes deinceps sine tristitia sumus quando vero voluntas & nostrum mortale sapere conculcatur & absorbetur & potestatiue subijcitur in promptitudine existente in nobis: tunc de cętero cū omi gaudio & solicitudine & desiderio & igne cordis & flamma diuina ipsas operamur. Corpus etiam q̄d corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Non ergo intelligimus verum, nec sentimus bonum, abstracti & illecti atq; infecti secundum corruptionem naturæ lapsæ à statu primæ suę conditionis. Insistere tamen debemus pro hac reparatione, quia ad hoc indulta sunt nobis tempora pœnitentiæ, & recuperata sanitate anima non abominabitur escam suam. Verum est tamen, quod dicitur in prouerbio: Non ædificatur ciuitas vno die. Et illud Greg. 22. Moral. Nemo repente fit summus. Et illud: Qui quod suum est fuderit, raro totum recolliget. Nemo ergo putet, quod totum deperditū in natura recuperare possit in hac vita, vel quod possit subito. Paulatim tamen procedendum est (ne nimietate quis obruatur) & nunquā à profectū quiescendum: quia in via dei non progredi retrogredi est.

Sapienti. 9

Gregori.

¶ De difficultate discernēdi diuinum beneplacitum, & alijs quibusdam volenti proficere scitu necessarijs.

Caput XVI.

QVI ad hunc articulum peruenerit, vt promptum se inueniat vel cogat ad proficiendum in beneplacito diuino, inueniet difficultatem in discernendo quæ sit voluntas dei beneplacens. In hoc omnes laborant, propter actus vel actiones particulares, de quibus certa scientia tradi non potest vel regula. Mutantur enim regulæ generales per circunstantias infinitas particulares, vt q̃d bonum est efficiatur malum, & econtra. Taceo de theologis cæterisq; Christianorum doctoribus: qui quã tum inter se dissentiant nedũ circa humana, sed & circa diuina præcepta, norunt qui legerunt: cum & ipse philosophus Aristotel. maximã difficultatem & interminabilem senserit circa moralia particularia. Quid ergo sentit (putamus) conscientia scrupulosa? Scrupulosam dico, nõ circa præcepta implenda, quorum omissio peccatum est, sed circa beneplacitum dei (vt inueniat dilect⁹ vbi placide & perfecte quiescat) cuius omissio ex se peccatum non est. Hinc inueniũtur tot modi viuendi diuersi, etiam perfectorum. Patet oculariter inter religiosos, non enim omnia expediunt omnibus. Et quanquam patrum exempla atq; admonitiones expertorum prosint plurimum: attamen spiritussanctus solus sibi reseruauit hoc magisterium perfectionis atq; mysticæ theologiæ: qui vocat & docet quos ipse dignatur. Caueat om̃is homo ne huius vocationis aut doctrinæ metas quacumque præsumptione excedat. Inuenti sunt qui mensuram propriam ignorantes excellentium vestigia patrum calcare conabantur, & non habentes sumptus necessarios turris ædificandæ iuxta euangelistã, illusioni patuerunt. (Lucæ. 14) ¶ Igitur inuocandus est spiritussanctus huius disciplinæ institutor, vt ipse dirigat gressus spirituales: ne dum proprio sensu vltra quã expedit ducimur, cadamus. Statuit ipse terminos, nec vult q̃ vl

Gradus meritorũ.

tra tendamus. Secundũ modum em̃ gloriç est modus gratiæ. Quia ergo in gloria vnus sanctus erit altero maior: sic est etiam in præsenti mensura meritorum, vt vnus altero inueniatur sublimior. Sumus inuicem membra. Non sunt autem omnia mẽbra oculi vel aures: ita nec omnes æquales sunt in gratia & gloria. Johãnes baptista in gradu suo est, Petrus in suo, Anthonius in suo, &cæ. Sed quia incerti sumus ad quid gratiæ vel gloriæ vocati simus, niti debemus quantum valemus, faciendo quod in nobis est, aperiendo affectum nostrum deo, vt amoris sui ignem immittat: & qui dat gratias communes, operetur si ipsi placuerit, etiam peculiares & familiares: ne impedimentum ipsi præstemus ex nobis. Quod si noluerit, ipse dominus est: quod bonum est in oculis suis faciat, & de acceptis grati simus, non inuidentes aliis qui potiora acceperunt. Probamur interdum, vtrum de alieno profectu gaudere valeamus tanquam de nostro: vt tandem similia capere mereamur. Qui autem accepit, alterum non cõtemnat: ne aut gratis dona dei habeat, aut certe habita amittat. Humilitas in vtroque seruanda est, quia non ex nobis sunt dona dei.

Rom. 12

2. Reg. 15

Roma. 9

¶ Igitur inuocato spiritusancto, secundum ea q̃ manifestum est deo esse accepta, viuẽdum est. De aliis consulendi sunt non tam docti quàm experti & viri qui in veritate coram deo viuunt & quasi throni dei sunt: non vani glorii, qui in talibus non profectũ se consulentium sed suam gloriam expetunt, & ardua suadent non mensurando vires consulentium, sed vt ipsi putentur tales existere. Nonnulli vt pii existimẽtur, remissiori viæ assentiũt. Alii carnales nihilq; de vita spirituali gustantes derident mortificationem omnium citra deum, & carnalia atq; secularia sub specie necessitatis suadent ac tuentur. Inuentisq; talibus consiliariis animus adhuc carnalis noui tyronis hilarescit; sed si vere à spiritu dei motus est con

A qualib⁹ consilium petendum

sulere non acquiescet. O quàm difficulter morimur
Oportet ergo, vt in hoc casu vnusquisque sibi maxi-
me consulat, vtpote qui proprias vires experitur.
Qui fictus non est, nec seipsum vult palpare aut fal-
Eccle.7 lere, facile implet quod se viderit posse. Quia qui de-
um timet, nihil negligit.

¶De his vero ad quæ se sentit impotentē non fa-
cile alteri suadenti acquiescat, maxime pertinaciter
Discretio necessaria inhærendo: sed consulte agat paulatim experiendo
vires & assuescendo. Non enim potest beneplacitum
esse deo quod ad destructiōem tendit seruientis sine
necessitate. Corporalis insuper exercitatio & exteri
ores ceremoniæ sunt ad modicum vtiles, præcipue
1.Timo.4 q̄n sunt supererogationis: sed pietas (dei videlicet
cultus per fidem spem & charitatem, per actus latriæ
& cęterarum virtutum) ad omnia valet: & in his be
neplacitum dei manifestum est. Non placet deo, q̄d
abstrahamus nos à creaturis, quas in sui laudem
1.Timo.4 (non per eas sed per nos sibi ex ipsis exhibendam)
creauit, nisi in quantum impediūt nos ab amore eius
q̄d fit cū inordinate ipsis inhæremus. Inordinatus er
go affectus siue magnus siue paruus amputandus est
& tunc creaturæ ducent in deum. Quoniam aūt in-
firmi sumus, facillime irretimur, vel curiositate co
gnoscendi, vel voluptate creaturarum. Nouit vnus-
quisque vnde tentetur & suus sollicitetur animus.
Quando ergo sentit se in profectu spirituali retarda
ri, statim relinquat creaturas, & deo adhæreat. Etiā
(nisi certo de opposito certus sit spiritusancto reue-
lante: non autem per propriam æstimatiōem falsam
vel deceptoria somnia) necessaria cibi & potus atq;
somni accipiat. Et melius est vt aliquid amplius su-
mat quàm minus, quia istorum indiscreta subtractio
Amētiam inducentia. sub specie spiritualis profectus ad amentiam certissi
me perducit. Similiter post labores spirituales, licitas
consolationes admittat, vti ad spiritualia & cæteros

necessarios labores validior reddatur secundum di=scertionem: quam vnusquisq; non fictus in semeti=pso (vnctione docente) experitur. Sunt enim qui ita sibi in singularitatibus suis complacent & se grauant quod postmodum ad necessaria opera redduntur in ualidi. Veruntamen verus spiritualis in tali sobrieta=te capere debet de consolatione & recreatione crea=turarum, sicut sumitur sal in cibo corporali vel sina=pium, quæ vtiq; moderata cibos condiunt, immode=rata destruunt: ita & immoderata vel inordinata ani mi relaxatio seu remissio nocet. Nimia etiã inuestiga tio propriæ conscientiæ vel alterius per scrupulos inordinatos & nimia perscrutatio circa intelligibilia ad amentiam inducunt. Hæc omnia propterea posi=ta sunt, ne homo bonæ voluntatis circa diuinum be neplacitum erret & seipsum à gustu spirituali præpe diat propter rem paruæ vtilitatis, vel ne periclitetur Sæpe enim dum ad deum per affectum transire cupit occurrunt quædam quæ difficulter potest vel facere vel omittere, ac si essent talia quæ exigerent à deo: cum tamen deus ea non exigat. Et sic irrationabili=ter libertas animi impeditur, ne in amplexum dei ruat.

¶ Diuini beneplaciti agnitio, quid in anima efficiat. Cap. XVII.

COgnito ergo diuino beneplacito, assue scere debemus acquiescere ei atq; per=ficere: donec animus noster ita prom=ptus efficiatur reddere quod deus exi=git sine retractione, sicut vmbra corpo ris cedit ad motum ipsius corporis, de quo vmbra procedit. Sæpe enim acquiescimus alicui sed in animo inuoluntarium quiddam residet, retra=

hens &nitens in oppositum. Quod oportet funditus
1. Reg. 16 extirpari coram domino, qui cor intuetur & illud principaliter exigit possidere: quia vnus spiritus cum
1. Corin. 6 deo per plenam reformationem debemus fieri, & nihil de vetustate peccati remanere debet, vt liberi simus cum deo. Et sic perficietur in nobis illud: Effun
Thren. 2 de sicut aquam cor tuum ante conspectum domini dei tui. Quia sicut aqua cæteris liquoribus perfectius effunditur, late quoque in terra diffunditur & illabitur: sic totus homo plene & perfecte debet effundi & expandi libere diuino beneplacito, & de suo nihil remanebit coram domino, sed humiliter & perfecte debet cedere subito sine resistentia, atque tali modo in nihilum redigi: vt iam non caro sibi sapiat sed cibus eius
Iohan. 4 sit facere voluntatem patris, qui in cœlis est. Iam esuriat & sitiat iustitiam, vt impleatur bonis. Dignum enim est vt qui regnum in quo relucet pulchritudo iustitiæ & iniquum nihil est, desiderat, iam iustitia adornetur & signum militiæ suæ & regni prætendat. O quàm bonum signum est, quod homo ex intimis cordis sentit se odire iniquitatem & dolere de ea & diligere iustitiam & gustare suaues fructus eius.

¶Hanc autem promptitudinem voluntatis secundum omne diuinum beneplacitum (quę est vera deuotio) quamquam omni tempore domino patri nostro offerre debeamus, & hoc solum gaudium nostrum esse debeat ipsi conformari & charitate adhærere: expedit tamen valde, vt ad minus semel in die (nisi multum præpediti) per speciale exercitium, licet breue, reiectis omnibus occupationibus attentissime eidem cor nostrum, id est, voluntatem effundamus. Per hoc quippe promptitudo beneplaciti diuini nobis innascetur & radicabitur, & habituabimur in odium vitiorum atque omnium defectuum, & in amorem virtutum & totius perfectionis (maxime autem ipsius summi amabilis, scilicet, dei) inflammabimur. Et reddetur animus exercitatus

Cor deo effundendum semel in die.

vt ingruente subito tentatione graui non moueatur à deo suo. In omni quoq; tristitia statim in quod gaudium se suscipiat, inueniet. Ex hoc etiam ignis amoris quasi per totum diem exardescet. Breuibus dico: Experti huius exercitij fructum norunt. ¶ Veri amātes atq; amicitiam exercentes, cupiunt vt inuicem cordium secreta videant, quātum possunt: quia amicitia consistit in velle & nolle vnum. Et in hoc gaudium eorum impletur, ꝙ intelligunt veraciter inter se cordium vnitatem, & ꝙ sentiunt quantum inuicem diligāt. Quāuis autē deo perfecte simus cogniti secundum omnem modum & respectum vel comparationem, nos tñ non ita cognoscimus deū. Inquantum tñ nos (veri amatores existētes) cognoscere poterimus deū & mutuā sentire dilectionem, intantum etiam implebitur gaudium amicitiæ nostræ. Sed qm̄ in hac vita cognitio modica est, in futura vero vita videbimus facie ad faciem: tunc gaudium nostrum implebitur, quod modo vtcūq; potest sentiri ab vno multū, ab alio minus, secundum mensuram amoris 1.Cor.13
& luminis, imo & gratiæ actualiter affluentis, quia potest gaudium suspendi, sicut quotidie experientia docet. Quia ergo amicus sentiens amicum præsentē cordialius se eidem effundit: congruum est pro maiori & alacriori effusiōe cordis obtinenda, vt aliquid sobrie de dei amati præsentia hic inseramus.

¶ Quęnam hominem ducant in cognitionem diuinæ bonitatis, & quomodo deus omnibus sit præsens.

Caput XVIII.

SCiendum est autem, quod naturali lumine intellectus videri deus omnino in sua essentia non potest. Quod autem videtur à beatis in patria in lumine gratiæ, hoc viatoribus non contingit nisi forte paucissimis, quibus ad horã concessum est, vcz Mosi, in antiqua lege, Paulo in noua: maxime autem matri Christi. Nos autem videre eum non valemus, nisi in ænigmate illustrante lumine fidei & velut causam creaturarum, eo modo q̃ causa cognosci solet ex effectu. Diuersi autem effect⁹ diuersimode ducunt in cognitionem suę causę secundum perfectum & imperfectum. Vestigium quippe pedis imperfectius manifestat hominem quàm ædificium domus ab eo constructũ, vel filius ab eo genitus: qa vltra cognitionem hoīs in confuso (q̃d fit ex vestigio) manifestatur naturæ perfectio in filio, & mentis industria in domo ædificata. Sic ad propositum nostrum, anima rationalis intellectualis naturę existens creata ad imaginem dei perfectius nos in cognitionem deducit creatoris, quàm cæteræ creaturæ quæ sunt quasi vestigiũ dei, ducentes tñ nos multũ in cognitionẽ creatoris. Sicut vestigium expressum in terra agnoscere facit, an homo ibidem fuerit magnus vel paruus, an bestia talis vel talis, &c. & vestigium ignis magnitudinem eius repræsentat. Aedificium quoq; vel pictura industriam indicat authoris & sic de alijs: Ita etiam creatura sensibilis virtutem & sapientiam ac bonitatem indicat sui conditoris, si intime consideretur. Quænam & quanta est virtus aut potentia, ex nihilo hanc molem maximam cœlĩ & terræ omnium quoq; in eis existẽtium procreare sine labore, & infinita adhuc creare posse maiora ac potiora si vellet, atq; sine fatigatione in esse omnia conseruare. ¶Nisi enim actualiter conseruaret deus omnia, statim in nihilum deficerent; quia ex se ni

Exod. 33
2. Cor. 12
Lucæ. 2

Creatura ducit in deum.

hil sunt, & ex causa sua, q̃ deus est, dependent, Oportet enim causam & causatum esse simul coniuncta. Vnde sequitur, ꝙ oportet deum omni enti esse per essentiam suam coniunctum in causando, hoc est, in conseruando quod condidit. Quanq̃ ergo in seipso æternaliter subsistat deus, quia tamen in omni creatura operaẗ: idcirco necessario vbiq; & semper omni creaturæ per suam essentiam adest, dando & conseruando omnibus esse ex sua liberalitate & bonitate. Non enim est alia causa cur creaturas condiderit nisi mera sua bonitas, quatinus esset aliquid quod suæ bonitatis posset esse particeps. Bonum quippe cõmunicatiuum est suipsius: quod summe deo conuenit. Ad ornatum autem & decorem fecit creaturas diuersimode se participare, dando quibusdam vltra cõmune esse viuere, quibusdam etiam sentire, quibusdam insuper intelligere, &cæ. Multitudo & varietas creaturarum in multis nobis manifesta sunt. Quanquàm autem deum præsentem vbiq; existere per potentiam & præsentiam, sufficienter innuatur per hoc quod est vbiq; per essentiam, cum potentia sua non sit aliud quàm sua essentia, similiter & præsentia: tñ propter errores quorumdam corrigendos inuentus est hic modus loquendi à doctoribus: ꝙ dicitur esse vbiq; per essentiam præsentiam & potentiam: eo ꝙ quidam errantes putabant eum non vbiq; habere potentiam, nec rursum sibi omnia esse præsentia, per cognitionem. Sicut itaq; nulla creatura esse habet sine essentię diuinæ præsentia: sic nec quicq̃ operari potest sine diuina virtute cooperãte: quia nec cogitare quidem quid valemus sine deo. Omnia etiam nuda & aperta sunt oculis eius, nec vlla eum latet cogitatio nec vlla creatura: qui vocat ea quæ non sunt, tanquàm ea quæ sunt. ¶Hæc autem quanquàm communiter omnibus nota sint: tamen diligenter considerãta & masticata valde miranda apparent, & co-

Deus omnibus præsens.

Hebræ.4.

gnitio stupenda nascitur in anima fideli: sentit quoque quod nequit exprimere. Quod nõ sentiunt, qui ex consuetudine leuiter hæc loquuntur & cogitant. Nec hoc mirum aut incredibile cuiquàm videri debet, quòd deus est vbiq; per essentiam, quod nulli cõpetit creaturæ. Est quippe ipse solus causa omnium tam in esse quàm in conseruari: idcirco (vt prædictum est) oportet eum omnibus præsentialiter adesse: alias in nihilum redigerentur omnia, eius pręsentia carentia. Est tamen infinitus à nulla creatura terminabilis, nusq̃ inclusus nec ab vllo contentus, sed continens omnia, operans tamen in diuersis diuersimode (eo quòd secundum liberũ arbitrium operetur & non ex necessitate) ad ornatum vniuersi. Angeli vero & spiritus quamuis non sint circumscriptiue in loco: sunt tñ in certo loco diffinitiue: Anima vero est tota in toto corpore & in qualibet parte corporis eo ꝙ coniungitur corpori vt forma substantialis: licet diuersimode operetur in singulis membris. Et sic aliquam similitudinem habet cum deo. De isto vide sanctum Thomam in prima parte Summæ suæ, quomodo scilicet deus sit vbiq;, & quomodo anima sit tota in toto corpore & in qualibet eius parte tota. Ex his breuissime tactis potest ea latius ruminans & diligentius tractans colligere, q̃ admirabilis deus sit in seipso, qui talis in suis creaturis apparet. Qualis est illa substantia, quæ condidit omnem ex nihilo substantiam? Quæ est illa vita, quæ omnibus viuentibus dat vitam? Quæ illa intelligentia, quæ omnibus intelligentibis dat intelligentiam? Quam magnus virtute, qui vbique operatur & semper est præsens, qui nouit omnes differentias & respectus creaturarum: qui respectus omni penè momento quasi in infinitum variantur: scit cogitationes hominum, & omnia contingentia, præterita, præsentia & futura certissime. Et quæ nobis tam variabilia

Angeli.

ſunt ad oppoſita ſibi præfixa ſunt inuariabiliter. Qui intelligendi ſenſum habuerit, in his & multo maioribus inuenit, quod digne de deo ex creaturis admiretur. Et recolliget phantaſma nobile à quo abſtrahendo valebit intellectus ſuus (qui nihil ſine phantaſmate poteſt intelligere) ſublimiter in deum conſurgere.

¶Modo autem continuandum eſt, qualiter anima rationalis nos in deum cogoſcendum deducat. Hæc enim nedum deum eſſe, viuere, gubernare & cętera huiuſmodi declarat: ſed & vnum & trinum eſſe cęteris creaturis nobis cognitis clarius oſtendit. Ipſa etiam lumen & amor mirabilis exiſtens & vita viuificās corpus groſſum, per q̃d mirabilia etiā operatur nobilior inſuper & præſtantior toto vniuerſo, valde ſuperadmirabilem oſtendit eum cuius ſolum ſimilitudinem gerit, diſtans ab eo per infinitam diſſimilitudinem. Quanta nobis incomprehēſibilia operetur ipſa vna anima (ſpiritualis totaliter exiſtens & vita ſimpliciſq; naturæ) in corpus, quod de ſe nihil eſt (vt ita dixerim) perſpicuum eſt: ſi tamen conſiderentur diligenter ſingula membra corporis eorumq; officia & ſinguli ſenſus, &c. Et ſi eſſet corpus adeò magnū ſicut cœlum & terra, nihil minus ageret anima in tali quàm modo in paruo. Repræſentat ergo ipſa (licet diſſimilitudine magna diſtans) vnum ſubſtantialem deum ſimpliciſſimæ naturæ exiſtentem, & vitam & omne bonum: cuius modica participatione omnia ſunt bona, & quicquid ſunt. Modica dico, qa deus omnia in infinitum excedit. Participata quippe dei ſiue bonitas ſiue vita vel quodcūq; aliud, quocunque nomine nominetur, non eſt niſi punctus ad deum. Aliqualiter ergo innuit anima ī microcoſmo, id eſt, minore mūdo, qualis ſit deus in macrocoſmo, id eſt, in maiore modo, ſcilicet vniuerſo. ¶Deinde attendendum eſt, ꝙ ipſa anima vna & ſimplex etiam quodammodo trina eſt, repręſentans ſanctiſſimam

Aīa corpus viuificans.

trinitatem (cuius imago est) in essentiæ vnitate: a qua tamen deficit per dissimilitudinem in infinitum Ipsa quippe anima lux quædam intellectualis existens necessario verum intelligit, quando est in actu quod verum intellectum diligit vt bonum appetibile, quo adepto fruitur delectabiliter & beate viuit. Hæc est enim natura animæ secundum potentias superiores. Et quamuis perfecte & simpliciter anima solum beatificetur in summo bono viso &adepto: tamen in alijs sit beata secũdum quid, & scd̃m suũ modum, & quantũ est de ratione sui: licet aĩa alijs miserijs sit permixta, eo ꝙ nullũ bonum ipsam satiare valeat & à miseria plene liberare, nisi summũ bonũ deus. De anima prout corpus animat, iam in præcedentibus satis dictum est. Secundum vero propriã hanc actionem, scilicet intelligere, ipsa lux existens intellectualis naturæ per species intelligibiles à phantasmatibus abstractas, deducit intellectum suum in actum, ita, quod actualiter intelligat, generando quasi filium cordis sui, scilicet conceptum mentis vel verbum, sic appellatum, eo ꝙ per verbum oris exprimitur. Et ex his duobus, scilicet intelligente & verbo mentis, q̃d procedit ab intelligente per actum intelligendi, procedit amor boni intellecti. Nõ enim anima sine actuali intelligentia aliquid vult aut diligit. Quia voluntas in aliud tendit, scilicet in amatum & volitum, q̃d sibi per actualem intelligentiam ostenditur. Potentia enim non operatur, nisi circa proprium obiectũ, quo ablato vacat operatio potentiæ. Sicut enim ablato colore & formali eius scilicet lumine, non fit visio in actu: sic etiam ablato amato à corde, non fit amor. Quicquid aũt habet verbum mentis aut cõceptus mentis, hoc habet ab ipso intelligente, qui per species intelligibiles deducit intellectũ suum in actũ, & sic generatur verbum: aliter verbum nõ esset. Et tamen gloria & splendor intelligentis est verbũ eius

Animę potentiæ.

quod mente concepit. Verbum vero habet ab intelligente, ꝙ amor ab eo procedit, qa ab ipso intelligente habet id quod est. A verbo tñ amor procedit, qa nisi actualiter intelligeremus, nihil diligeremus. Tres sunt in anima potentiæ, quæ appellantur intellectus possibilis, qa oia potest intelligere: intellectus agens, cuius lumine fit intellectus possibilis in actu, scilicet ꝙ præsentialiter intelligat: & voluntas siue amor. De quibus vide tractatum magistri Iohann. Gerson super Magnificat, super versu: Quia respexit humilitatem, &c. Vbi ponit opiniones diuersas, an sint accidentia animæ, vel res vna & nomina diuersa, &cæ. Vna tamen est anima, quæ intelligens fertur in amatum. Intellectus possibilis dicitur memoria intellectiua, in qua reponuntur species intelligibiles & reseruantur: non tñ intelligit nisi per lumen intellectus agentis, imprimentis similitudinem rei intellectæ in intellectu. Quo facto fit quædã inclinatio mentis et impulsio voluntatis in rem intellectam, inquantũ bona est. Hæc est quædã spiratio aiæ, mouentis se in amatum, & dicitur amor. Similitudo vero rei intellectæ in intellectu dicitur proprie verbum. Duæ ergo sunt processiones in anima, prima in intellectu, secũda in voluntate.

¶ De trinitate personarum & processionibus in diuinis. Caput XIX.

EX his succinctim dictis de vnitate & trinitate animæ, concipere valemus pulcherrimam similitudinem vnius dei in personis tribus distincti: qui vtiq; à parum intelligente facillime conceditur non esse naturæ corporeæ, sed summe intellectualis. Cum ergo sit deus summa intelligentia, oportet ꝙ summe & perfectissime intelligat: ali-

oqui si in aliq̄ deficeret, nō esset summus & perfectus Cum ergo sit perfectus in intellectu suo: idcirco est semper in actu, habens verbum & amorem consempiternum in eadem natura & in eodem esse. Ex eo ipso enim quo deus est æternus, æternaliter se intelligit & omnia. Non enim potest impediri à suo actu, scilicet intelligere, quod est perfectio intellectus: qa nō habet necesse abstrahere spēs intelligibiles à phantasmatibus: sicut homo, qui est in vltimo gradu naturæ intellectualis conditus, & sæpe impeditur a suo actu (quod est intelligere) per corpus, &c. Nec etiam deus aliunde species habet recipere: sicut angelis sunt à deo species cōcreatę, &c. (de qua materia alibi latius vide) sed diuina essētia est sibi species intelligibilis Et ipse deus est purissimus actus, nec est possibile q̊d intellectus eius sit in potentia: alias non esset deus, si perfectio & actualitas & bonum eius ab alio dependeret. Verbum etiam mentis diuinæ vnicum est, in quo omnia simul cognoscit. Alias si egeret adhuc alio verbo mentis, primum non esset perfectum. Imperfectio autem nullo modo habere potest locū in deo. Quia ergo deus æternaliter intelligit, oportet quòd vnicum verbum mentis eius sit sibi coæternum & immutabile, Rursum, quia accidens in deo esse non potest, necesse est verbū illud esse de substātia & natura diuina & subsistere & viuere & prorsus esse quicqd deus est: sed tamen quicquid est à deo intelligēte est. Sed quoniam viuit & suum viuere habet a viuente, quia ab intelligente qui viuit vita diuina: ideo ipsum verbū procedit. Et demum cum verbum sit perfecta similitudo eius cuius est verbū, sequitur quòd verbū diuinum sit vere filius dei intelligētis: qui appellatur pater propter relationem ad filium suum, scilicet verbum. Quia de ratione filiationis est, quod viuens procedat à viuente secundum rationem similitudinis in identitate naturę: sic est verbum mentis diuinę

quod non est aliud quã deus & vita substãtialis. Trium quippe personarum est vna natura vel essentia & substantia. Cõsequenter hic filius, scilicet verbũ mẽtis diuinæ, quia incommunicabilis est & naturæ intellectualis: idcirco persona distincta est. Esse enim incõmunicabilem, personam distinctam efficit in natura intellectuali. Hæc est ratio, quare etiã pater & spiritus sanctus duæ personæ distinctæ sint. Oportet ergo in deo, quod personæ sint diuersæ: licet substantia & natura sit vna. Ratio enim quare aliquid est persona distincta, potissime in deo est, & participatiue & imperfecte (respectu dei) deriuatur ad creaturas. Nomina enim primo sunt in creaturis, quibus vtimur ad exprimendũ aliquid de deo: sed res primo sunt in deo. Sic à patre omnis paternitas nominatur, &c. sic est & de generatione. Generatio ergo filio, scilicet verbo à patre, id est, à deo intelligente ab ęterno & ex necessitate, quia impossibile est deum esse sine verbo & conceptu suæ mentis: ab eisdem, patre scilicz & filio ab æterno & ex necessitate procedit amor vtrorũq; qui appellatur spiritus sanctus. Necessario enim diligit deus seipsum, quia summũ bonũ est: sed vtique se non diligeret nisi cognosceret: & quia æternaliter cognouit, ergo & amauit. Quod si non amaret bonũ, non esset bonus. Si non esset bonus, non esset deus. &c. Sed vtique accidens non est in deo: ergo non aliud est amor hic, quàm deus. Dicit enim Gregorius in homilia: qui non accidentali dono sed essentialiter bonus est. Nota quod necessitas hic capitur pro necessitate naturali, nõ pro necessitate coactionis extrinsecæ, quæ non est in deo. Amor appellatur spiritus, quia in aliud tendit & inclinat. Sicut enim in deo est processio secundum modum intellectus, ex qua similitudo rei intellectæ imprimitur in intellectu & dicitur verbum vel filius: sic est etiam in deo processio secundum modum voluntatis, ex qua impri

Ephe. 3

Processio.

mitur quædam inclinatio ad amatum impellens (per similitudinem venti vel spiritus) in amatum: & vocatur in deo spiritussanctus. Non enim habemus nomen exprimendi personam amoris, sicut verbi, eo ꝙ in nulla natura inuenitur similitudo processus personalis amoris, sicut inuenitur similitudo processus verbi: qui ratione intellectus in quo est processus per modum similitudinis similis est processioni generationis carnalis: vbi filius procedit à patre ei similis in natura. In processione vero spiritussancti, propter similitudinem inclinationis amorosæ innuitur perpetua & infinita ac immutabilis suauitas & gaudiosa iucunditas diuina. Gaudiosam enim iucunditatē sentit in se, qui sibi aut alteri amorose afficitur & inclinatur. Iucundissime igitur sibi & omni bono deus afficitur, non tamen accidentaliter, sed essentialiter.

¶Hic ergo ex præmissis aliqualiter habetur, quomodo anima rationalis notificat nobis deum, tamquam imago eius: à quo tamen deficit per infinitum. Sicut enim ipsa est vna in essentia dans omne bonū corpori, & trina in potentijs sibi coæuis, qui respectum ordinatum ad seinuicem habent: sic deus est vnus implens vniuersa bonis, & trinus in personis cō sempiternis & consubstantialibus & æqualibus relationem habentibus adinuicem. Ordo enim & prioritas originis in deo est, sed non dignitatis aut temporis. Quæ personæ vt nobis innotescant, appellantur per similitudinem nominibus nobis cognitis. Verbum enim per similitudinem carnalis generationis dicitur filius, quia magis in verbo inuenitur ratio filiationis, quàm in filio carnis ad patrem suum. Quia ergo est filius in diuinis, necessario est etiam pater in diuinis, à quo est filius. Hæc enim relatiue referuntur ad inuicem. Et quoniam ratio mouentis seipsum est spiritus suus, amor in diuinis proce-

Relatio.

dens dicitur ſpiritus, quia amor mouet in amatum: ſicut ſpiritus ſpirat. Quia ergo ſpiritusſanctus eſt in diuinis, neceſſario refertur relatiue ad eos, quorum amor eſt. Eſſe ergo à nullo, patri conuenit: Eſſe à patre ſolo, ſoli filio conuenit: eſſe vero ab vtroque, ſoli ſpirituiſancto conuenit. Et hæc diſtinctio perſonarum eſt realis, quia refertur res perſonalis ad rem perſonalem. Nec poteſt vnum alteri conuenire, ſcilicet quod vel eſſe à nullo conueniret filio, aut ſpiritui ſancto, vel eſſe ab alio conueniret patri, vel eſſe ab vtroque patri vel filio, vel eſſe à patre ſolo conueniret ſpirituiſancto. Hæc tamen diſtinctio perſonarum nullo modo ſimplicitati diuinæ eſſentiæ repugnat, quia in ea vna perſona ab alia non diſcrepat, vnaquæque enim perſona idipſum eſt quod eſt alia. Quia tres perſonæ ſunt, vna eſſentia ſeu natura, & vna ſubſtantia & vnum eſſe, & vnus ſuperintellectualis ſpiritus ſemper in actu. De hac materia inuenies in primo Sententiarum, & in primo ſcripto doctorum late, & in prima parte Summæ ſancti Thomæ, & in poſtilla Nicolai de Lyra ſuper principium Euangelij ſecundum Iohannem, ſcilicet de proceſſu verbi quod erat in principio. Ideo hic nolui clarius & longius declarare, ſed ad eos tranſmittere.

¶Humilitatis ſtudijque inquirendi diuina cõmendatio. Caput XX.

QVI non habet ingenium, ſimpliciori cibo ſit contentus: ne altiora q̃rendo incidat in errorem. Qui tamen ingenio Eccleſi. 3
vtcunque pollet, non negligat humiliter & ſobrie inueſtigare quę de diuinis ſupra tetigimus. Quia teſte philoſopho melius eſt modicum, cum parua etiam certitudine,

de rebus nobilissimis scire, ꝙ multum & cum magna certitudine de rebus vilibus. Et licet Augustinus dicat, ꝙ nusquã periculosius erratur, nihil laboriosius quærit: tamen subdit, ꝙ nihil vtilius inuenitur. Dicit etiam sanctus Thomas in primo scripto: Cognitio trinitatis in vnitate, est fructus & finis totius vitæ nostræ, quippe cum in hoc beatitudo nostra cõsistat. Caue tamen à curiositate, ne opprimaris à gloria: sed pie aggredere, vti tanto ardentius amare valeas. Amor ergo & reuerentia te moueant ad quærendũ, hoc est, ea intentione quęras cognoscere, vt amplius amare & reuereri possis. Nec spernas alios obtusioris ingenij, ne & tibi gratia subtrahatur, & erroribus permittente deo iuste pateas. Parua sunt etiam reputanda quæ hic habemus respectu eorum quæ consequi poterunt obtusi ex gratia gratum faciente, cum post suam humiliationem & despectionem peruenerint ad patriam, de qua tumidi subtiles excludentur. Alios ergo nobis semper præferamus in corde vbi intuetur deus, quia forte alij magis accepti sunt deo in gratia. Et sæpe fallit propria æstimatio, putans se habere quod non habet, vel saltem maius esse quod habet ꝙ est. Hic latet superbiæ laqueus magnus. Hãc etiam pestem abscondere non valent quidam, quin ostentent & verbis innuãt quæ se habere pręsumũt. Et fructus quem circa alios facere poterant, amittitur: quia dum suspecti habentur de elatione, eorum labor & doctrina non suscipitur. Ambulandum ergo est semper in plano & pauimento. In alto casus imminet scandenti. Recole propriam nihileitatem, cõditionem originalis propaginis, iniquitates proprias, corporis vilitatem. Sicut alterius corporis abominaris immunditias: sic crede quia tuæ quoq; abominabiles sunt. Quid sumus putamus in oculis angelorum & dei, quando nos conditionis tam vilissimę existentes vidẽt intumescere? Quinimo inuenimur

Augustin.

& ſordes diligere. Humiliemus ergo animas noſtras (breuiter dixerim, quæ latius alibi ſcribuntur) quia hæc ſcilicet humilitas ſedem parat ſapientiæ, cuius ſermocinatio cum ſimplicibus eſſe perhibetur, nulſlo ſuperbiæ duplicitate complicatis. Hæc exaltat ad gloriam, illa vicæ ſuperbia demergit ad ignominiam. Quanta gloria eſt & cordis gaudium, dum quiſpiam ad hoſpitium aliquod vel certe ad magnum aliquem dominum diuertens aut violenter tractus timet ſe male, pœnoſe, & ignominioſe tractandum: & ſubito ex inſperato experitur ſe cum ſumma gloria & alacritate ſuſcipi & delicioſe refici? Ita econtrario quanta infelicitas & cordis mœſtitia eſt, dum ſe putat recipiendum cum gloria, & experitur contra ſpẽ iuſte ſe confundi & puniri. Itaq; mente iugiter ſeruandum eſt, & ſecundũ id quod dominus dicit viuendum: Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur. Et hæc circa humilitatem (quæ reformato cordi & ſe domino effundenti neceſſaria eſt) dicta ſufficiant.

Prouer.3 · Luc. 14.18

¶Quia autem ſuperius dictum eſt, ꝙ amicus ſentiens amicum præſentem cordialius ſe eidem effundit: conſideratis nunc vtcunq; quæ dei amati eſſentiam & pręſentiam innuunt, ex his ænigma colligendum eſt, per quod deum alloquuturi eiq; cordis amorem atq; ſecreta effuſuri, eius pręſentiam ſentiamus. Oportet enim per ſpeculum in ænigmate contẽplari in hac vita teſte Apoſt. Itaq; omnis de deo creatura negatur, quia non eſt lapis, non eſt arbuſtum, non eſt animal irrationale, non eſt animal rationale, non eſt angelus, &c. Sed bona omnia in creaturis exiſtentia ab vna infinita bonitate diuina per participationem deriuantur. Mala vero earum non à deo, ſed ex nihileitate earum proueniunt. Eſt igitur breue ænigma dei: Intelligentia ſumma eſt infinitæ virtutis, dans omnibus eſſe & ſingulis differenter ſecundum

Aenigma dei. · 1. Cor. 13.

exigentiam pulchritudinis vniuersi, vita ipsa præ-
stans omnibus viuentibus vitam, aliis vegetatiuam,
aliis sensitiuam, aliis intellectiuam, penetrans conser
uando vniuersa, vbiq; & semper totus præsens per
essentiam præsentiam & potentiam, nullius egens,
Sapien. 11 replens omnia bonis, nihil odiens eorum quæ fecit,
sed amans cuncta quæ creauit. Itaq; semper menti oc
currat deus, vt intelligentia viuens & videns, pene-
trans abscondita intellectus & voluntatis & omnia,
existens præ affectus teneritudine pater dulcissimus
amans in infinitum. Omnis vero timor, terror,
terribilitas, & amaritudo recedant à corde effunden
Canti. 5 te se deo. Quia infinita dulcedo non est amara & ter
ribilis: qualem esse deum timidi phantasiantur, cum
sit totus amabilis & desiderabilis. Tamen ꝙ deus ter
ribilis dicitur, non est propter se aut amantem se:
sed propter peccata, quæ tanquam vera mala illa in
finita bonitas, & tanquam vera amara illa infinita
dulcedo propellit & destruit ac punit. Inde tamen
apparet vere amabilis & amplius reuerendus, quãto
omnia prorsus ab eo mala elongantur.

¶Præparatio animi ad effusio nem cordis & diuinæ boni tatis gustum. Cap. XXI.

Igitur veniendo modo ad conclusio
nem & finem, propter quem omnia
præcedentia posita sunt: licet semp̄
nobis deus p̄sens esse debeat p̄ consi
deratione͂, quãtum humana fragi-
litas permittit, & maxime tempo-
Capite. 17 re diuinorum: tamen (prout supra
dictum est) expedit semel in die attentius ipsi cœle-
sti patri nostro pro reformatione imaginis eius ob-
tinenda cor effundere. ¶Collecto ergo spiritu & occu

pationibus omnibus omissis, hoc vel simili modo (cor de non ore) effundat se deo, quem pro consuetudine præsentem in ænigmate videt & in affectu sentit. Hæc enim ex dono dei per crebras exercitationes experietur, & in tali iubilo perfectius cor solet effūdi. Primo ergo quasi fasciculo beneficiorum dei collecto gratias agat. Secundo pro peccatis veniam deprecetur, non inhærendo singulis sed in communi se reum offerat. Tertio gratiam postulet. Et hæc ad deum patrem fiant. ¶ Ad deum filium vero primo admirando & quasi interrogando dicat, quid sibi gratiarum actionis referre possit, pro incarnatione, passione, & charitate eius. Secundo illuminationem postulet. Tertio conformitatē vitæ eius desideret. ¶ A deo spiritu sancto primo viuificationem petat, secū reuerentiam & amorem, tertio extirpationem omnium malorum. Deinde sine retractione cordis cor suū in omne diuinum beneplacitū effundat, deum quoq; suum totaliter veraciter per latriam adoret. Tandē pro omnibus viuis oret & defunctis. ¶ Circa hæc possent plura declarando dici: sed necesse nō est omnia perscrutari. Hoc breuiter dicendum puto, q̄ quāuis tota trinitas sit vnus deus vnus spiritus, &c. & quod vni fit, alteri personæ impenditur: tamen ecclesiæ mos est, q̄ secundum proprietates personales distinctæ personæ adorentur atq; rogentur. Hinc est q̄ primo hic distincte personis singulis supplicatur, (licet non omnia secundum proprietates præcise ponantur) postea simul toti trinitati cor effunditur per plenam resignationem. Ad quam resignationem disponitur cor per præcedentes supplicationes, in quibus culpa non ficte recognoscitur, beneficia non a se sed à deo habere se veraciter profitetur, emendationem per extirpationem vitiorum omnium atque per verarum virtutum adeptionem concupiscit, & à deo dilecto nunquam separari desiderat. Et

hæc ipsa dispositio cordis etiam effusio est, eo quod diuino beneplacito in his veraciter hæc concupiscendo & faciendo se conformat, vicz detestando vitia & concupiscendo virtutes & gratiam. Hæc aũt quia coram deo corde fiunt intuendo deum, quem scit nihil latere, non potest orans ficte orare. In oratione autem vocali potest quis ficte orare: quia non ita efficaciter & clare intuetur eum quem orat. Etiã sæpe falsе orat propter distractionem, ignorans qd dicat. Hic autem attentio est quodammodo vita ipsius orationis, nec potest fieri, nisi attente: alias sisteret eo ꝙ non ducitur consuetudine sicut vocalis oratio sed ducitur per attentionem hæc mentalis oratio, vel istud exercitium effusionis cordis. Hinc Beatus Thomas dicit: melius esse orare mentaliter, quàm vocaliter. Quæ aũt hic petunt, sunt illa quæ à nobis deus præcipit fieri, & q̃ sunt sibi placita. Et hæc conformatio voluntatis nostræ cum voluntate diuina appellatur effusio cordis, eo quod nihil nobis reseruamus, instar aquæ effusæ, quæ non manet in vase & insuper late se spargit & terræ illabitur: sic & cor nostrum late se expandit diuino beneplacito sine vlla eleuatiõe resistentiæ aut duritiæ, cedens liberalissime summo bono, cupiensq; vti ad nihilum reducat in conspectu domini, id est, non reseruans sibi quicquam de vetere homine, sed nec de his quæ deo operante percipit, attribuit sibi, sed deo rependit in laudem & gloriam: hoc solum esse computans bonum suum, ꝙ sapit deo omnia fieri. Sicq; homo se totaliter priuando ditissimus fit, quia in deo plene requiescit à nullo impeditus, eo ꝙ nihil sibi reseruauit: & tali modo omnia quæ dei sunt, efficiuntur sua. O beata requies ex tali certamine mortificationis inuenta, & beatæ diuitiæ tali resignationis & effusionis commertio conquisitę. Experiatur huius requiei hạ; quoq; diuitiarum gustum deuota anima, quando secundis

Oratio mẽtalis.

ferijs legitur in lectione nocturnali ab octauis Pentecostes vsq; ad festum exaltationis sanctę crucis diebus duntaxat ferialibus more Carthusianorum, effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum domini dei tui, &c. Et dum canitur quotidie in Venite, venite adoremus & procidamus & ploremus, &c.

¶ Vbi notandum, quod spiritussanctus hunc Psalmū: Venite exultemus, dictauit: & ad præparationē cordium nostrorum instituit cantandum in initio horarum, scilicet ante matutinas: vt per eius excitationē corda nostra aperiantur ad requiem & diuitias præfatas suscipiendas. Vnde dicitur: Venite exultemus per deuotionem externam in cantando & ceremoniando: iubilemus, scilicet ineffabili gaudio per deuotionem internam: deo, non nobis, vt fidelis sit deuotio, non quærens quæ sua sunt. Præoccupemus faciem eius, ne præoccupemur ab alijs phantasiis, &cę. Imò præ omnibus occupemus nos circa faciem dñi licet in ænigmate, eius præsentiam sempiternam atque dulcissimam contemplando sentiendo & fruendo. Och quid est sentiendo? Libera te anima mea ab omnibus, nihil reserua: vti à stupore liberentur interni sensus, & ad liberum arbitrium ingressum domini dei tui sanis sensibus occurras ei: vt sentias q̃ delitiosus sit in omnibus sensibus dominus. Quia in manu eius sunt omnes fines terræ, imò omnes creaturę, etiam tu, minus enim dicit, & plus innuit. Hoc pro potentia dictum sit, qua regnat vbiq;. Et altitudines montium ipse conspicit, imo omnem creaturam: te quoq;. Hoc pro præsentia domini dictum sit, quem nil latet. Quoniam ipsius est mare & ipse fecit illud &c. ex nihilo: ergo necessario conseruat per præsentiam essentialē. Ergo hunc existentē infinitū bonum & omnia hæc bona effundentem & intimissime videntē & dulcissimum dulcissime nobis benefacientē fidelissime & veracissime adoremus, i. reuerētiam ho Psalm. 94.

norem, & gloriam exhibeamus, tanquam creatori gratificatori, & glorificatori nostro. Hæc est adoratio latriæ, quæ soli vero deo debetur, & potius in corde consistit. Et procidamus, hoc est, totaliter subdamus nos domino secundum omne suum beneplacitum. Et pro isto verbo procidamus, oia ista de hoc Psalmo Venite posui, quia in isto quotidianus gustus erit aïæ deuote, quando potest veraciter procidere, id est, resignare se deo à seipsa cadendo & deficiẽdo. Ploremus (si non possumus adhuc procidere) & continue lachrymis & orationibus instemus: donec duritia nostra per dei gratiã emolliat, & nihil in nobis resideat deo resistens aut displicens: tunc em̃ vel nostra vel certe aliena peccata plorabimus, aut potius præ desiderio æternæ vitæ gememus & plorabimus Cætera transeant pro nunc, quia nõ intendo Psalmũ exponere. ¶Circa hunc modum effundendi cor deo superius positum vnusquisq; in suo sensu abundet, apponendo & demendo pro libitu & deuotione vel necessitate sua: quia non est vnus modus omnibus vel deuotionis vel viuendi, nec æqualis necessitas propter defectus naturæ vel gratiæ vel propter tentationes: imò non est vnus homo inter omnes homines sicut alius per omnem modum. Diuersificantur enim in hac vita ad iudicium supermirandæ sapientiæ dei pro ornatu vniuersi: sicut cæteræ creaturæ. Quia etiam in futura vita vnus erit altero pulchior in gloria, vel miserabilior in pœna. Ponam tamen hic magis specifice quàm superius posui vnũ modum, secundum quem possit quis componere sibi modum & ordinem magis conuenientem. Non verba ponderentur, sed vis verborum, quia os nõ orat nec aperitur, sed affectus in lumine intellectus & fidei. Affectus enim sæpe ordinem ignorat, maxime quando feruet præ amore vel dolore, modo istud modo illud proferendo: sicut experientia probat,

Attamen expedit pro consuetudine aliquem ordinem componere in corde, ne quis obliuiscatur quid petere debeat, & ne interrumpatur feruor vel perdatur si quærere cogatur quid proferat. Idcirco sunt conceptus verborum quasi signa iuuantia affectum, vt habeat quorsum se vertat ne erret. Collecto ergo spiritu (quod assuefacto facillimum erit) & deo sibi præsente per actualem attentionem meditetur, aut corde oret sub hac vel simili forma: prout cuique magis congruere videtur.

¶ Effusio cordis ad diuinam bonitatem. Caput XXII.

OMNIpotens sempiterne deus conditor cœli & terræ, vniuersorum dominus & conseruator moderatorq; omnium infallibilis, quem nulla latet cogitatio, q me ad imaginem & similitudinem tuā creasti, & ad præsens tempus in esse tā nobili conseruas, per vnigenitum filium tuum laboriosissime ex mera charitate liberasti, ad agnitionē benedicti nominis tui, & ad tam sanctam religionem & dignitatem, scilicet sacerdotij, peruenire fecisti, à multis animæ & corporis malis & periculis atq; tribulationibus, ab innumeris quoq; peccatis peccatorumque voraginibus & à damnatione perpetua sæpissime liberasti, & ad æternam beatitudinem elegisti, pro vt me confidere de tua misericordia fecisti. Pro his & innumeris alijs bonis quæ operatus & operaturus es in me & in om̄i creatura, tibi sit honor & gloria, gratiarū actio, cordiale seruitium, castus timor, & syncera dilectio in oīa secula, Amen. Optime dñe fac me tandē esse gratum, & pessimis ingratitudinibus & peccatis meis infinitis tibi (non mihi) pfecte

Ad patrē.

cognitis clementer ignosce. Vince malitiam meam clementia tua. Dona mihi humilem & discretam recognitionem, veram pœnitentiam & emendationē Fac me amplius te nunquam offendere, sed amicitiā tuam prædulcissimam & gratiam tuam preciosissimam affectuosissime diligere, studiosissime requirere statim inuenire, cum perseuerantia per tuam infinitam dignationem & misericordiam. Fortifica me in anima & corpore ad seruiendum tibi. Fac me debite vti creaturis & sobrie tantummodo pro tui nominis gloria. ¶Piissime Iesu tibi & sancto spiritui gratiarum actiones refero æqualiter, sicut ęterno patri. Qui voluisti de eodem spiritu concipi, nasci de purissima virgine Maria & homo fieri. Quid tantę charitati & misericordię rependam? Quid mortali vitæ & pœnitentię, quam pro nobis exhibuisti, & quod te totum nobis impendisti, scilicet teipsum tam gratiosum & virtuosum ac gloriosum exhibendo in familiari conuersatione cum hominibus, maxime pauperibus atque simplicibus, in exemplari vita omnis perfectionis, in dulcissima prędicatione regni dei, & gloriosissimorum miraculorum ostensione. Quid obsecro benignissime Iesu & verissime amator, reddam pro persecutionibus, insidiis, tristitiis, sanguineo sudore, derelictione, captione, iniuriis totius noctis, nudatione, flagellatione, coronatione, crucifixione, tormentis crucis, crudeli morte, & tanta charitate atque dulcissima affectione, necnon & pro tam suaui spirituali corporis & sanguinis tui refectione? Gratias ago quantum valeo optime domine, & rogo fac me participem omnium meritorum & bonorum tuorum, & fac me gratum existere & redamare ac vicem rependere. Et rogo vt circa hoc reuerendissimum eucharistiæ sacramentum indignitati meæ, vilitati, irreuerentiis, & negligentiis meis clementer ignoscas. Et piissime Iesu, tu qui es æterna patris sapientia, do

Ad filium.

ce me sapientiam: vt tu solus mihi sapias & alia omnia desipiant, prudentiã, recta consilia, discretionẽ in consciẽtia mea & sancto seruitio tuo. Fac me strenuum, adiuua me contra pusillanimitatem, errores, phantasias, scrupulositates, aperi mihi intellectũ in sacra scriptura, non pro curiositate sed pro vera sapientia & charitate tua conquirẽdis. Fac me intelligere bñplacitũ tuũ & gaudiose adimplere. Fac me reuerẽter stare in oculis tuis, & sicut oportet. Libera me à cura & sollicitudine aliorum, vt valeã tibi magis placere & ad te securius & citius peruenire. Cõforma me tibi in moribus, dona modestiã, hũilitatẽ, obediẽtiã, patiẽtiã, sobrietatẽ, castitatẽ, pauptatẽ, & quęcunque sunt ad statũ meũ necessaria. ¶ Benignissime dñe, viuifica me, vt odio habeam quæ odis, & diligam quæ dilgis. Fac me fortiter in virtutibus proficere. Cõfirma me in sancta fide catholica debite intellecta, in certa spe vt innitar super te: & ergo fac me bene de te sentire, & dona mihi tui fidutiam. Dona mihi semper te colere pura mente & secura cõscientia, te caste reuereri atque diligere, ardenti affectu ad te anhelare, à te nunquam separari sed citius ad te peruenire. Occide omnes carnales & seculares ac creaturales affectiones in me. Et fac me filium gratiæ & gloriæ tuæ pro tua dignatione & maxima liberalitate. ¶ Te vnice domine deus trinum in personis confitebãt patrem, & filium, & spiritum sanctum, & vnum in essentia. Et tibi domino deo meo, ex cuius bonitate & in cuius potestate omnia subsistunt, quẽ nihil latet, qui præsens es & cor meum nunc & semper intueris, me totum commendo, & te secundum quod in teipso es suppliciter veneror & adoro, subdendo me optabilissimo beneplacito tuo iugiter. Hic debet voluntas plene manere deo subiecta sine vlla cũctatione aut retractione. Paratur tamen hic laqueus indiscretionis, scilicet quod quandoque quis putat necessarium sibi vt in

Ad spiritum san.

Ad sanctissimam trinitatem.

aliquo resignet se, in quo tamen non oportet vel nõ expedit: & istud frustra seu irrationabiliter impedit Cap. 16 animi libertatẽ & gustum diuinũ, prout etiam supra tactum fuit. Quia si repugnauerit animus, quando merito se deberet resignare, scz tenendo in se q̃d nõ valet ita prompte & gaudiose propter deum dimittere, hoc vtiq; tollet omne gaudium spirituale in ista cordis effusione, Debet ergo se homo ponere contra se, auxilium domini implorare, nec desistere donec vincat semetipsum. Ad hanc victoriam obtinẽdã multũ valet assumere vigorẽ animi & etiã ꝓpositũ firmum, scz velle nedũ omnia peccata siue mortalia siue venialia relinquere, & domini pręcepta seruare sed etiã omne beneplacitũ eius adimplere pro posse. Considerare etiam debet dominum deum suum esse præsentem & considerãtem expectantemq; victoriam, quam coronet. Aduersarium etiam suum aduertere debet qualiter conetur vt eum deijcere possit à sancto proposito & digne deridere. Confundi etiam debet animus in se propter teporem suum & vires assumere. Impacabilis sit sibi hæc pugna nec tędio vincatur, si statim victoriam nõ obtinuerit, vel cœlestis consolatio non arriserit: sed cogitet & omnino confidat, quia non erit inanis labor eius. Purgat interim animus, vt cœlestis dulcedinis capax fiat: & exercitatur, vt firmius teneat, quod per laborẽ postea receperit. ¶ In ista effusione exhibita sanctissimę trinitati & in hac adoratione latrię dicit cor potissime effundi & relinqui potius, quàm in p̃cedẽtibus effusionibus exhibitis singulis personis: quia illę fiũt p modũ petitionũ q̃bus quis gratiã vel donũ aliquod impetrare nitit, p q̃d se diuinę valeat volũtati cõformare: ista vero fit per modũ plenariæ iam oblationis suijpsius & perfectę resignationis & quasi iam adeptæ reformationis & conformationis quo ad omnia. Quia tamẽ om̃es iustitię nostrę sunt quasi

pannus menstruatæ, & omnia bona nostra permi xta sunt multis imperfectionibus (nobis etiam sæpe incognitis) ideo facta prædicta effusione eti am quantumcunq; deuote, humiliato corde veniam deprecetur, his vel similibus verbis, corde & nõ ore: Ignosce optime dñe imperfectionibus meis, &c. & dignare mihi donare veram effusionem cordis & re formationem, & doce me colere & diligere te in ve ritate. Tunc in feruore spiritus aliorum etiam me mor sit mentaliter loquendo deo. Miserere optime domine omnibus quos infinitæ tuæ bonitati speciali ter consueui committere, & pro quibus teneor specialiter orare & quos bonorum meorum spiritu alium participes feci. Et viuis & defunctis vniuer sis, qui possunt esse participes gratiæ tuæ. Miserere hæreditati tuæ preciosissimo sanguine redemptę, or dini nostro, domui nostræ, illi causæ atq; afflictis.

¶ De fructibus huius effusio nis. CAP.XXIIII

EX his potest quis formare modum sibi conuenientiorẽ. Hæc effusio vel istud ex ercitium competenter potest expleri ab eleuatione vsq; ad finem missæ ferulen do in priuato: quãuis pro dilatatione cordis in loco secreto temporis spaciũ non exigat determinatum. Potest etiam in spacio v nius miserere vl' breuius cõpleri: & hoc qñdoq; fru ctuosius, dũ ex bona vel necessaria causa animus ad alia festinat. Quia ex quo in corde, & corde hoc exer citiũ gerit, citissime p singula animo discurrit, maxi me assuefactus, quia ex cõsuetudine faciliter totiusne gotij virtutẽ cõpræhẽdit. Et tunc ea quæ superins p modũ petitionũ digesta sunt, dimittit, cũ nec debeãt recenseri oĩa, sed ea dũtaxat q̃ deuotio vel necessi tas suggerit, vt oĩo libertas animi nõ impediat & ne

multitudo petendorum & eorum in quibus debet se animus resignare & diuinæ voluntati se conformare, tædium generent. Antequam fructus huius exercitij gustetur, tædium animo sæpissime ingeritur: cõtra quod oportet diligẽtissime vigilare: sicut & in omni bono studio recẽter inchoato. Perseuerantia enĩ boni operis meretur coronari. Incidet animo sæpius ꝙ potiora his possit agere & ob hoc istud exercitiũ dimittat (hoste antiquo fallente) & etiam illa quę potiora sibi videbantur. Attamen hoc sciat quicunq; hæsitat, ꝙ nihil vtilius est amoris exercitio, quale est istud, cum amor sit tota causa istius exercitij. Nihil est etiam dulcius exercitio amoris, & ideo ob nullã est persuasionem omittendum. Sed tamen verum est, ꝙ diuersorum diuersi sunt modi exercendi. ¶Nõ est etiam putandum, ꝙ hæc effusio sistat aut quiescat animæ fructificare expleto exercitio: sed exinde multiplices gratiæ & consolationes instar effusæ aquę in riuos deductæ locum delitiarum dei (cuius delitiæ sunt esse cum filijs hominum) id est, ipsam deuotam

Prouer.8 animam ingrediuntur & irrigant. Inde oritur sapor psalmodiarum, lectionum propheticarum, atq; totius sacræ paginæ cum expositionibus suis, & attẽtio deuotissima in soluendis horis canonicis, suauitas quoq; canticorum ecclesiæ, abundantia amararum & dulcium lachrymarum, deniq; occursus præsentię diuinæ omni loco & tempore cum sensibus moralibus allegoricis & anagogicis, nedum circa sensum hystoricum sacrarum scripturarum, sed etiam circa omnes creaturas: quæ omnes ducunt deuotam deo effusam & resignatam animam in ipsum dominum omnium creatorem. Sed væ infirmitati carnis & inconstãtiæ cordis nostri: quod statim refluit à tã

Cordis in cõstantia. excelso monte per varia desideria ad cõsolationes & occupationes creaturaꝝ, & nõ sinit tã ꝓciosam dei influẽtiã fore cõtinuã vel ꝓlixã. Sentit se interdũ aĩa

quasi grauissimo pondere oneratam, quod habet ex corruptione: & ideo cito relabitur ad miserias suas.

¶Habet etiam dominus Iesus sterilitatis limam, quam animæ interdum immittit & diem vertit in tenebras. Sed modicum sustine, serua fidem amato pariter & amanti, quia tristitia tua vertetur tibi in gaudium. Huius rei, hoc est, sterilitatis vel subtractionis gratiæ diuersæ sunt causæ: vna est miseria nostra, scilicet vt prædixi, eo ꝙ ad alia solatia se vertit animus, popter quod merito se sponsus ostendit iratum & denegat pacis osculum, eo ꝙ alterius serui vel ribaldi repererit signũ. Et vere mirũ est valde, ꝙ talis sponsus, scilicet dominus Iesus, vnquam reuertitur. Et tamen sua dignatione sæpe reuertitur, imo innumeris vicibus. Væ nobis ingratis. Alia est causa, scilicet probatio veri amoris. Sunt etiam aliæ multæ causæ. Generat insuper prædicta resignatio stabilitatem animi in odium vitiorum amoremque virtutum, intantum, quod propter præsentiam domini (quàm pro consuetudine prompte animus sentit) erubesceret vehementer, si non seruaret propositum & fœdus cum domino suo initum, dando se vilissime victum vitijs. Hic iterum laqueus paratur indiscretionis, quia dum quis cuncta vult euadere nimius efficitur, incipit enim omnia habere suspecta, tanquam quæ displiceant dilecto. Discretio itaqꝫ summe necessaria est volenti se deo effundere. Discretio.

Igitur (vt prosequar quod statim tetigi) dum sentit se animus inter vitium & virtutem positum atqꝫ vrgeri vt vnum eligat, cõfunditur vitio deliberare succũbere: sicqꝫ opitulante deo, qñ veraciter aduertere cœperit, q̃d illud deo displicet, istud vero placet, igne vehemẽtissimæ indignationis accẽdit cõtra vitiũ illud, execrãdo & ꝑsequendo ortiterqꝫ virtutẽ amplexãdo. Sicqꝫ fit, vt iã nõ timeat ne vicat apto vel manifesto pct̃õ, sed de occultis ĩsidijs solũmdo ne

decipiatur animus, ſolicitus ſit. Hinc oriuntur ſcrupuli conſcientiæ, dum incidentes cogitationes vitiorum pati cogitur inuitus: timet em̃ ſentiendo huiuſmodi incidẽtias, ne forte paſſus ſit, hoc eſt, receperit ſeu admiſerit cogitationes, vel delectatus ſit, vel cõſenſerit. Itaq; defacili animus ſibi ſuſpectus ſit, ne forte erraueriit circa iuditium rationis, dicendo bonum malum vel econtra, quia incertæ ſunt prouidẽtiæ noſtræ & cogitationes mortalium timidæ. Et q̃a ſæpe quod ſecundum verum iuditium rationis & cõſenſum agi putatur vel ſentiri, pro ſola paſſionum inclinatione fieri contingit, fit, vt homo timoratus ſemper ſit pauidus & omnia ſua opera vereatur. Et quamuis huiuſmodi homo ſecundum ſcripturas beatus appelletur: ſummo tamen ſtudio agendum eſt vt timor talis maneat diſcretus, quia nimietas eius periculoſa eſt valde & effuſionem cordis confundit vehementer. Sicut autem ſupra, Capi. 17. tactum eſt & modo in hoc capitulo latius expoſitum, prælibata effuſio & reſignatio cordis fructum gignit ſaluberrimum, qui facit hominem ſanum, in proſperis humilem & cautum, in aduerſis patientem & ſecurum. Sic renouatur interior noſter homo de die in diem, donec transfiguratus in eãdem imaginem qua conditus eſt & ſimilitudinem occurrat illi qui imago dei patris eſt, in amplexus eius ruens tanquam ſponſa ſponſo: à cuius felici vnione iam in perpetuũ non auelletur. Quod nobis præſtare dignetur ipſe ſponſus Ieſus Chriſtus dominus noſter, qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

Sapient. 9

Prouer. 28

¶ Quanta dignatio ſit q diuina bonitas dignatur animam ſuſcipere in ſpõſam, & de Chriſti paſſione. Cap. XXIIII.

Euera cum omnes iustitiæ nostræ sint quasi pannus menstruatæ mulieris, & permixtæ sint multis malis & imperfectionibus: valde mirandum est, si perfecte cõsideretur, quomodo audeamus ad tm̃ honorem aspirare, vt aĩa nostra sponsa dei dici debeat & fieri. Pauper & immundus mendicus, cæcutiens, claudus & obsitus vulneribus fœtentibus, nulla insuper moꝝ honestate ornatus, si amicitias quæreret facere cũ regis vnica & nobilissima filia: nunqd non tota indignabunda efficeretur talis regina, ꝙ à tali tam turpi impeteret, imò ꝙ saltẽ de ea cogitare talis præsumeret, maxime si in sponsam peteret. Vel si paupercula quælibet & corrupta regis filium in suum hospitium fœtulentũ & ad con trahendũ secum inuitaret: nunqd non à sapiente & castissimo iuuene tanq̃ meretrix & fatua & ꝓ̨sumptuosa cũ indignatione repelleretur? Et quid sumus nos aut quid est aĩa nostra ad filium dei? Et tñ quamuis sit pauper, corrupta, & immunda, fit sponsa Christi. Nouit sapientissimus sponsus filius dei & castissimus iuuenis virginis filius sine detrimento suæ gloriæ, imò in augmentum gloriæ suæ, per suam artem aĩam ignobilẽ vitijs (quanq̃ origine nobilem) renobilitare, pauperẽ ditare, turpem pulchrã facere & talem reddere q̃ ad memoriam tantæ artis nulli digni us quàm sibi copuletur. Quæ quanto fuit miserabilior, tanto beneficiorum memor & summæ gloriæ q̃ adepta est in coniunctione filij dei, ardentius atq; syncerius diligat diligentem se sponsum etiam de seipso summe amabilem, atq; in semetipsam reuertens priorisq; infelicitatis non immemor humilima & gratissima perseueret. Quia ergo ex sua infinita dignatione placuit deo (qui errare non potest, sed ad suam gloriam omnia operatur) vt sibi anima intantũ coniungatur, sicut felicissima est aĩa quæ hanc gratiã

Isaiæ.64

Ezechie.7

gratis oblatã ꝑcipere potuit: ita infelicissima & ingratissima est atq; (quatũ in se est) priuatrix gloriæ dei inuenitur, quę talem gratiã neglexerit. De dñi dei nostri itaq; dignatione exultemus cum reuerentia & iubilemus de tanta gratia, atq; eidem pro qualicunq; vicissitudine ad bonum vtiq; nostrum liberalissime cor effundamus. De nobisipsis vero semper humiliemur summe, nec vnquam proprię vilitatis & nihileitatis obliuiscamur: hoc enim generat syncerã dilectionem ad deum, & prouocat eum vt gratiam suã nobis largiatur vberiorem.

¶O quantum gauderet mendicus, si à diuite aliq̃ vestem acciperet & centum florenos. Quãtum laudaret benefactorem suum, quantum diligeret, quàm gratus esset. Vix se contineret. Et quid aut quantum est quod mortalis accipere valet à mortali? Ecce quãtum ex mera dilectione quotidie præstat nobis deus esse, viuere, intelligere, & cætera naturalia. In spiritualibus præstat diuersa gratuita dona & gratiam gratum facientem, præstantiorem cunctis naturalibus. Insuper infinita bona in æterna beatitudine repromittit. Et reuera si is qui benefacit diligit, & qui melius amplius diligit, & qui summe benefacit summe diligit, maxime nos deus diligere comprobatur: vtpote, qui maxime imò solus nobis benefacit: & tamẽ manemus ingrati & negligimus talem gratiam & tantam eius charitatem, inuoluti amoribus immundis. O nostra cæcitas, ò tarditas, & ingratitudo pessima. Resipiscamus tandem & lætemur in deo liberalissimo, iugiter laudemus eum & redamemus atque nosmetipsos cordialissime eidem effundamus. Nihil ex hoc amittemus, sed meliora obtinebimus in melius commutati.

¶Pro obtinenda perfectius effusione & resignatione cordis (quæ est reparatio similitudinis & imaginis dei in nobis) plurimum confert deuota recorda-

tio dominicæ passionis: ex qua omnibus reparationis gratia venit, pręcipue his qui eius deuote recordantur. Quia ipsa est perfecta forma, cui nos deformati &indurati ꝑhabita mollificatione ꝑ ignem charitatis de nouo imprimi debemus, vt imago dei patris in nobis valeat resplendere. Hoc exercitium fieri quotidie conuenit in missa conuentuali. ¶Tria vero circa vitam & passionem domini cōsideranda sunt. Primo opus, vt habeas compassionem cum domino tuo in sua paupertate, miseria, frigore, æstu, persecutione, tistitia, iniuria, flagellatione, coronatione, illusione, condemnatione, crucifixione & morte atq; similibus. Secundo modus viuendi atq; patiendi videndus est pro exemplo imitationis, scilicet quā humilis fuerit, quàm obediens, quā patiens, quàm peuper, quàm castus, quàm charitatiuus, &c. Tertio causa pensanda est, quare scilicet venerit, sic egerit, & talia passus sit: quæ non inuenitur alia, nisi charitas qua nos dilexit, & vt teipsum redamare non pigeret. Vnde Augustinus libro de catechizandis rudibus. Quæ autem maior causa est aduentus domini, nisi vt ostenderet Deus dilectionem suam in nobis, cōmendans eā vehementer: quia cū inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est. Hoc autem ideo, quia finis pręcepti & plenitudo legis charitas est, vt & nos inuicem diligamus, &ipsum deum, qm̄ prior dilexit nos, & filio suo vnico nō pepcit, sed ꝑ nobis omnib⁹ tradidit eū: si amare pigebat, saltē redamare nō pigeat, Nulla est enim maior ad amorē inuitatio, quā ꝑuenire amādo. Et nimis durus est anim⁹, qui dilectionē si nolebat impendere nolit & rependere. Igitur colligēdus est ex euangelio fasciculus vitæ Iesu & corde (non ore) orandum circa singulas virtutes, vt istam virtutem assequi valeas vel gratiam, aut vt te Iesus illius meriti participem efficiat, Verbi gratia; Pauper erat Iesus natus,

Christi passio

1.Timo 1.
1.Iohan 4.

si scrupulum habet si consueta non fecerit. Obiectū autem huius exercitij est deus & homo in vna persona, & hic crucifixus. De diuinitate Christi dictum est supra. De humilitate eius hoc hic breuiter tetigisse sufficiat, quod omnes puras creaturas excedit, in gratia, in sapientia, in virtutibus, & in omnibus perfectionibus, ab instanti suæ conceptionis inseperabiliter deo in vnitate psonali coniunctus nullis præcedentibus meritis, filius nobilissimę & perpetuæ virginis ex regali prosapia, formatus a spiritu sancto (& prorsus quicquid laudis aut amoris esse poterit, totum in eo plenissime ac perfectissime reperitur) existens totus laudabilis & gloriosus & desiderabilis. Ex his & alijs multis quæ possent adduci, dilisgentissime perspectis consurgit admiratio & augetur compassio. Piger animus excitatur ad imitandum talem ducem, dominum suum, deum suum, & redemptorem suum. Confunditur si ipse pœnitere, lugere, virtutibus studere, vsq; ad mortem charitati inhærere omnibus spretis non satagat: cum dominū suum his seriosissime videat ex puro amore vacare nostram salutem quęrendo. Et hæc est vtiq; effusio cordis. O dignatio diuini amoris, qd laudis, quid admirationis, habes, quid amoris & famulatus iustissime a nobis exigis? Singulas horas canonicas congrua & breuis per modum iaculationis debet præcedere meditatio passionis dominicæ. Vt ad tertiam Recordare domine Iesu nudationis, flagellationis, coronationis, pijssimæ matris tuæ, & illius sancti, & cæte.

Christi dignitas.

¶ Præscriptorum exercitiorum sparsim positorum continuus textus. Cap. XXV.

DOMine deus meus, qui es ipſa bonitas infinita, ſecūdum oēs perfectiones quas de te cogitare poſſum, incommutabilis & incontaminabilis, ſemper idipſum quod es perſeuerans. Tu condidiſti vniuerſam creaturam in laudem & gloriam tuam, cōſeruas & moderaris in tanta multitudine magnitudine & varietate, nec aliqd ſubtrahit ſe regimini tuo, neq; erras, neq; laboras, ſed ſemp manet tua feliciſſima quies.

[ſemper intellectus & amor ſuæ actioni inſiſtant]

Tu me creaſti ad imaginem & ſimilitudinem tuam, & in eſſe conſeruas.

[conſidera quàm magna ſunt hæc beneficia & quā nobilia: ſicq; ad ſingula fac]

Per dilectum filium tuum me redemiſti ex puriſſima charitate, & hoc pœnoſiſſime & laborioſiſſime, vt oſtenderes diuitias grāæ, miſericordiæ, & amoris tui mihi.

[Poterat leuius redemiſſe, ſed magnitudo amoris prælegit pœnoſiorem viam, vt ad redamandum efficacius nos attraheret]

Ad agnitionem ſanctiſſimi nominis tui me peruenire feciſti, etiam nobiliter.

[Hic agnoſcat ſe illa nobilitate indignum, comparādo donum nobile ſibi indigno: & non ſeipſum alteri: quaſi illū ex dono pcelleret cuius dona ignorat.]

Ad tam ſanctam religionem & dignitatē me peruenire feciſti.

[Indignum ſe agnoſcat. Per dignitatem ſignificatur ſacerdotium & officium, ſi habuerit.]

Direxiſti me in præſentia tua, & ſpecialē ad me reſpectum habuiſti, & gratiam in oculis ſeruorum tuorum inuenire me feciſti, vt ſolicititudinem mei gererent, pro mea ſalute.

[Intelligit parentes & omnes qui ſolicitudinem eius geſſerunt, & ſeruiunt ei vſq; adhuc & in futurū.]

A multis animæ & corporis periculis & tribulatiõibus me eripuiſti, ab infirmitatibus & ægritudinibus, à mendicitate, à præcipitijs, à caſibus, à malis hominibus, à ſubmerſionibus, & alijs innumeris malis, quæ mihi accidere potuiſſent, ſicut aliquibus hominibus, niſi pietas tua me liberaſſet. Etiam à tentationibus, à peccatis, à voraginibus peccatorum, à dominatione perpetua ſæpiſſime me liberaſti.

[Exceptio ab his malis, eſt magnum donum dei.]

Inſuper fidutiam præſtas quod ad æternam beatitudinem me elegiſti, in qua teipſum mihi manifeſtabis. Vt tunc cognoſcam clare te dominum deum meū, perfecte atq; puriſſime diligam, fruendo in te

ſolo requieſcam,& perpetuo cum omni-bus ſanctis ſynceriſſime te laudem & glo rificem. O piiſſime deus, hoc confirma & citius perfice.

¶Pro omnibus bonis tuis quæ opera-tus es & operaberis in me,& in omni cre-atura tua, tibi ſit dñe deus meus honor, gloria,gratiarumactio, cordiale ſeruitiū, caſtus timor,& ſyncera dilectio,per omīa ſecula ſeculorum, Amen.

¶Pie deus,fac me gratum:peſſimis ve ro ingratitudinibus & peccatis meis innumerabilibus(ſi communicauit) per virtutem ſumpti ſacarmēti, & propter te-metipſum clementer ignoſce. Vince mali tiam meam:da mihi humilem,diſcretam neceſſariam peccatorum meorum reco-gnitionem,gemitum,auerſionem,deteſta tionem,pœnitentiam in hac vita, emēda-tionem perfectam:concede vt te amplius non offendam.

[Quamuis ſine peccatis venialibus viuere nequea-mus,debet tamen eſſe in nobis deſiderium nunquam peccandi venialiter. Velle peccare venialiter, valde impedit profectū vitæ contēplatiuæ & perfe ctiōis.]

ſed ſuauiſſimam amicitiam tuā,& precio

ſiſſimam gratiam fac me ſummo affectu diligere, ſtudioſiſſime requirere, & ſtatim inuenire cum perſeuerātia, pro tua infinita dignatione & miſericordia. O pie deus, fac vt hanc dignationem tuam non negligam.

[Maxima dignatio eſt, quod deus optimus maximꝰ nos viles homines & ingratos peccatores dignatur in ſui amicitiam & gratiam recipere.]

Fortifica me in anima & corpore ad ſeruitium tuum, & dona mihi vt ſobrie vtar creaturis tuis, in gloriam & laudem nominis tui.

[Vtimur creaturis pro ſuſtentatione corporis, in victu, & amictu, & recreationibus. Temperantia eſt neceſſaria in hoc negotio.]

¶ Gratias ago tibi domine Ieſu, & ſpiritui ſancto æqualibus æterno patri, qui ꝓ ſalute mea voluiſti de eodem ſpiritu concipi, & naſci ex puriſſima virgine Maria, & quod homo factus ſis. Quid & quantum debeo domine Ieſu, deus homo, homo deus, Meſſia, Chriſte domini, Emanuel, nobiſcum deus, domine maieſtatis, maxime & fortiſſime amator, quod factus es mortalis, mortali vitæ effuſionibus. Ad filium.

[quia totaliter in noſtram ſalutem ſe effudit]

persequutionibus, tristitijs, pœnis, præcipue tormẽtis crucis, quando factus es miser & miserabilis atq; vilissimus in oculis hominum.

[Hic occurrat quantis pœnis afficiebatur dominus Iesus illis horis, quando pependit in cruce, satisfaciens pro peccatis omibus oim hoim, ab omnibus derelictus, quod vere fuit miserabile in tali persona. Hic condoleat intantum dolenti.]

Quid reddam amatori tanto pro amarissima morte, & ineffabili exhibita charitate? ¶Obsecro te domine Iesu per incarnationem tuam, per habitationem in virgineo vtero, per gaudium animæ ad gratiam vnionis, per natiuitatem hyemis tẽpore, per dolorem circuncisionis, per venerationem magorum, oblationem in tẽplo, fugam, exilium, per formidolosum reditum, per subiectionem, obedientiam, per pœnitẽtiam pro nobis, per baptismũ ieiunium, tentationem in deserto, per penuriam, paupertatem, necessitatem, huius mortalis vitę, per effusiões, gratiosissimã, virtuosissimam & gloriosissimam vitam, per ingratitudinem Iudæorum, quam sustinuisti, quum vellent te præcipitare, insidiose capere in verbis & in factis, violen

ta manu intentantes lapidare, per modestiam, humilitatem, patiẽtiam, mansuetudinem & cæteras virtutes tuas. Per lassitudinem in discurrendo, prædicando, vigilias, famem, sitim, dulcedinem ad peccatores, miraculorũ operationem, lachrymationem, gemitus & suspiria ad patrem. Per venditionem à proprio discipulo, quem nouisti & sustinuisti, per cœnam tuã vltimam ac dignissimam, per humiliatiõem ad pedes discipulorum, per sacramenti suauissimi institutionem, per suauitatis eius gustationem, per tristitiam, agoniam, sudorem sanguineum, derelictionem, traditionem, ligationem, contumelias, iniurias colaphas, alapas, sputa, blasphemias: per falsam accusationem, iniustam damnationẽ, per dolorem super Petrum, Iudam, & alios discipulos, per deductionem ad diuersos iudices pro sententia mortis, per illusionem, nudationem, flagellationem, coronationem, anxietatem innocentis animæ tuę: per reiectionem præ Barraba, per iniquam sentẽtiam iudicis, per ductionem cum latronibus, per crucis baiu

lationem, gesticulationem aduersariorum, & ignominiam crucis, per piorum gemitus & maxime matris, per fatigationē, amaram potationem, vestium extractionē, extensionem in cruce, conclauationem tormenta crucis, per lachrymationem, iniuriarum illationem, piissimam orationem latronis miserationem (iam in regno tuo memor esto me) matris compassionem, per derelictionem aceti & fellis potationē consummationem, amarissimam mortem, per tātam charitatem, per lateris perfossionem inspectante matre, per sepulturam, mœstitiam amicorum, per resurrectionem, apparitiōem, ascensionē, spiritus sancti missionem, per institutionem ecclesiæ assumptionem matris, beatificationē sanctorum, per extremū iuditium, æternam saluationē animarum & corporum. Resurrexisti gloriosus à mortuis, apparuisti tuis, lætificasti eos, ascendisti coram eis in cœlos, misisti spiritū sanctū, ædificas ecclesiam, colligis tuos, assumpsisti piam matrē, venturus es iudicare viuos & mortuos, regnaturus cū omib9 tuis in ppetuū, & ego tecū

pie Iesu. Quid reddam amatori pro amarissima morte & ineffabili exhibita charitate? Bone Iesu, fac me obsecro participē omniū meritorum & bonorū tuorum
[cogita ꝙ hoc libentissime facit]
fac me gratū reddentem vicem, redamantem, & etiam pro amore tuo morientem.
¶Ignosce indignitati, vilitati, irreuerētijs, & negligentijs meis, doce me sapientiam, vt tu mihi solus sapias, & omnia desipiant. Dona vt nunquam vrar aliqua concupiscentia. Dona prudentiam recta consilia, discretionem in conscientia mea, & in sancto seruitio tuo. Fac me strennuum, & in oculis summæ maiestatis tuæ me talem exhibere sicut decet. Anima me contra pusillanimitatē errores, scrupolositates, phantasias & similia. Aperi mihi intellectū in scripturis, & in beneplacito tuo, vt sciā quid acceptum sit corā te, & dona vt illud diligā & agam A cura & solicitudine aliorum hominum libera me, vt possim tibi amplius placeere, & ad te perfectior, & securior, & citius puenire. Quod si placuerit tuę excellētissimę maiestati, vt aliqd fiat in me, fiat volū

tas tua,& adiuua me vt possim esse vtilis in officijs & nihil negligere. Conforma me tibi in vita & in moribus, dona mihi modestiam, humilitatem, obedientiam, patientiam, & quæcunq; ad statum meũ mihi sunt necessaria. ¶Beneuolentissi me domine, viuifica me per gratiam tuã. Auerte me totaliter ab omni malo, con uerte me totaliter ad teipsum, & dona vt odio habeam quæ odis, & diligam quæ diligis. Fac me fortiter in virtutibus pro ficere. In fide catholica sane intellecta, perseuerare. Adauge in me fidem. Corro bora me in spem certam, concede mihi bene de te sentire, & super te inniti: dona mihi tui fidutiam, & præsta mihi, semper mundo ac simplici corde, quieta & secura conscientia te colere, castissime te reuere ri & diligere. Tu vnice placeas, tu vnice sis desideratus & dilectus, vnice occupãs, vni ce possidens, & ego tibi soli placere deside rem. Fac me à te nunquam separari, ad te anhelare, in te solo quiescere, & ad te citi us peruenire. Pereat omnis inordinatus amor, & quicquid impedimento mihi es

Ad spiritũ sanctum.

se potest perueniendi ad te vnicum & totum desiderabilem & amabilem.

[Nihil aliud petat contemplatiuus : nec sensibilem deuotionē, animi dulcedinem, vel intellectus illuminationem: sed hæc & omnia necessaria committat dilecto, qui vtique curam eius geret, neque negliget eum. Caueat ne in vlla creatura quantūcunq; nobili, vt est gratia & dona dei, quiescat: sed in solo & vnico dilecto deo. Propter q̄d obtinendum aptet intellectum, vt illuminet: & affectum, vt incendatur: quia finis contēplationis est amor contēplati in contemplante: ergo in solo[dilecto deo] quiescendum[est: & hoc est vnice quęrendum, & alia omnia propter hoc. Istud innuit præceptum domini: Diliges dominum deum tuum ex toto, &c. Finaliter illuminato intellectu, & incenso affectu, quantum dominus dederit, dicat dilecto:]

¶Te domine deus trinum in personis confiteor patrem & filium & spiritū sanctum, & vnum verum deum sicut in temetipso es, veneror & adoro, inclinando & subdendo me totum & irreuocabiliter sanctissimę tuæ maiestati, prout vniuersa creatura secundum omnem modū promptissime, perfectissime & verissime debet subesse.

¶Ignosce pie deus, amor meus, quod minus egi, doce me colere reuereri & diligere te in veritate. Amen.

¶Pro intellectu clariori præscri ptorum additio. Ca.XXVI.

OSTensa est hic effusio cordis, qua si
quotidie contemplatiua anima perfu-
sa fuerit, germinare eam faciet, & pro-
ducet fructum spiritus in tempore suo
videlicet quando in lectulo contem-
platiuus expergiscitur (qui fructus cõ-
sueuit esse suauissimus, vtputa nulla tunc occurren
te aliena forma vel ænigmate nisi dilecti & præle-
cti.) Item tempore psallendi & legendi horas Cano-
nicas: etiam tempore orationis cuiusuis: ac tempore
lectionis diuinorum voluminum: necnon tempo-
re prosperitatis & aduersitatis: item tempore
tractandi consilia & respectus in vniuersas creaturas
item omni tempore. Quia cor semel incensum di-
uino amore, semper inquirit id vnde gaudere solet,
in quo solo quiescere prælegit, & sine quo, & ex-
tra quod omnino quiescere non potest. Ad quod vt
facilius perueniatur, tradam hic atque describam
ænigmata, & specula & media quædam per quæ de-
1.Cor.13 us (teste Apostolo) videtur in hac vita: sed non po-
test tradi, quid sit illud videre scilicet & affici. Dabo
Apocal.2 ei, inquit dominus in Apocalypsi, calculum candi-
dum (id est intellectum purificatum à phantasmati-
bus, & affectum ab immundis amoribus) & in calcu-
lo nomen nouum scriptum (hoc est notitiam diuinã
& affectionem insuetam hominibus) quod nemo scit
1.Cor.2 nisi qui accipit. Et Paulus: Quis enim scit hominum
quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso
est? Ergo id quod agitur inter deum & spiritum ho-
minis, nemo cognoscit: potest tamen scire si idipsum
acceperit. Sicut homo habens sanum gustum bibẽs
bonum vinum, potest cognoscere quid alius sentit,
qui bibit idem vinum: si tamen habuerit similem sa-

num gustum. Similem dico, quia sani gustus inter se differunt, ita quod vnus laudat quod alius vituperat. Et quis est hominum, qui verbis potest exprimere quid gustando sentit? Potest laudare, potest vituperare, potest signis ostendere quod alteratione accepeit in sensu, magnam vel paruam, potest idipsum fallaciter agere: alius vero non potest quid ille in gustu patitur, agnoscere (si nunquam gustauerit) nisi ipsemet gustet. Nec cæcus potest scire quid est videre, vel quid sit dolor (etiam si multum de coloribus nouerit docte differere aut disputare) nisi viderit Sed deus qui intimior est spiritui & omni creaturæ quàm illæ sibiipsis, scit quid agatur in eis, & ipse est qui docet mysticam Theologiam omnes dociles dei. 1.Cor.2 Ille ergo orandus est, vt dare dignetur quod petitur qui dat omnibus affluenter: & inuenire concedat quod propter ipsum quæritur. Manuductiones vero aliquæ ab hominibus dari possunt, quales conscripserunt D. Iohannes Ruysbroch, & venerabilis pater Henricus Herp. cuius mortificationes sunt vtilissimę Dionysius noster Carthusiensis, & alii plures. Non enim quod hic traditur, proprie est oratio (vt quidam opinari possunt) sed ascensus mentis in deum, per ænigma, & fasciculum beneficiorum, & oblationem suiipsius in diuinum beneplacitum, vt illuminationem in intellectu, & amorem diuinum recipere mereatur contemplatiuus in affectu. Ad quod tamen diuino indiget auxilio. Et pro tanto etiam oratio dici non absurde potest, cum & ipsa oratio spectet ad habilitatem contemplatiui, vt effectum contemplationis percipere valeat, hoc est, amorem contemplati in contemplante. Qui hæc non intelligit, totum contemnet & fructum non recipiet: Hinc est, quod talia in particulari tradi non solent. Ego multis annis, modum, ordinem, & verba in-

pręscripta seruaui, addendo ac minuendo, et vsum contraxi mihi conuenientem. Alius potest meliorem modum & ordinem sibi statuere, prout experientia docebit, quid eum magis iuuat in hoc sancto negotio. Libertas tamen spiritus conseruari debet, vt propter varia occurrentia, quædam relinquere vel immutare, sine animi perturbatione valeat: vel in affluentia diuinæ gratiæ tractum spiritus sequi in dilate possit. Perseuerantia in incepto opere necessaria est. Pauci perseuerant tædio victi, eo quod non statim percipiunt sensibilem deuotionem. Pro ænigmate itaq; habeat contemplans, deum præsentem, tanquam interiora spiritus, intellectum, voluntatē & affectũ amorose visu intellectiuo intuentem. Amorose dico, quia deus semper diligit, cum ipse sit charitas. Et talis consideratio fiduciam præstat accedendi ad deum. Felix qui hũc dei intuitum sentit. Quod non percipitur, spectat ad miseriam nostram, cũ ipse dominus continuo communicat omnibus creaturis bonitatem suam, præstando & conseruãdo: nihil em̃ odit eorum quæ fecit. Sed species creaturarum (quibus interiora nostra plena sunt, tam in intellectu, q̃ in voluntate, & plerunq; etiam in affectu) impediũt
Sapi. 11 huius intuitus perceptionem. Ipse tamen deus non desinit nos intueri, quia intelligere dei, est essentia diuina: non enim potest non intueri. In quo intuitu seu visu, manifestat trinitas vnitatem, & vnitas trinitatem. Quia à vi intellectiua diuina procedit verbum in actu intelligendi, & ab vtroq; amor in amoroso intuitu, & hic est vnicus actus diuinæ essentiæ qui nunq̃ alteratur, nec commutatur, nec renouatur ideoq; nõ multiplicatur, sed est simplicissimus & vnicus semper manens idipsum incommutabiliter, ęternaliter in trinitate persistẽs personarũ prædictarũ vis verbi & amoris, quæ aliis nominibus in sacris codicibus patris & filii & spiritussancti exprimuntur. Et

ſicut eſt actus incommutabilis deus, ita eſt etiamin= contaminabilis. Quia propter peccata hominum vel defectus creaturarum, non afficitur aliter & aliter, neque in minimo alteratur, quod præſtat magnam fi dutiam tendenti poſt peccata in deum, tantummo= do ſit pœnitens. Et eſt vis ipſa intellectualis diuina ſimpliciter infinita, & verbum æque infinitum, & a= mor infinitus. Et ſunt tres iſtæ ſubſiſtentiæ ſine cō poſitione vna infinita ſubſtantia, & vnum infinitū bonum ſubſtantiale. Accidens enim non poteſt eſſe in deo, nec aliquid imperfectum, vel gradus perfecti onum, vel differentia dignitatis, vel multiplicitas, vel numerus, præter nobiliſſimas & perfectiſſimas ſingularum perſonarum prædictarum proprietates: quæ vnitatem ſubſtantiæ atque eſſentiæ indiuiduæ non diſſoluunt, ſed ſtabiliunt: hoc facit incōmutabili tas ſubſtātialis. Idcirco q in ſpū loquitur vni pſonæ, omnibus tribus inſeparabilibus loquitur: quamuis humano modo propter attributa videatur vni plus loqui perſonæ, quàm alteri, Exempli gratia. Qui pe tit veniam patri, qui ſapientiam filio, qui miſericor= diam ſpirituiſancto videtur proprie loqui. Omnia 1. Timo.2
tamen impetrare conamur per mediatorem dei & Heb.8.9.12
hominum Chiſtum Ieſum, deum & hominem, huma no generi in fiduciam datum. Sancti nihilominus eti am ſuffragantur, quos tali honore diuina pietas di= gnos fecit, in ſolatium imperfectorum in ſpiritu, q interdum ſentiunt maiorem deuotionem ad ſanctū aliquem, quem amicum dei eſſe non dubitant, quàm ad ipſum deum, propter parilitatem naturę & vſum humanum in conuerſando, dei vero cum hominibus non eſt conuerſatio. Homines etiam adhuc morta= les proinuicem orant, quia ſunt inuicem membra, in vno corpore ſpirituali cum omibus ſanctis, ſub vno Roma.12
capite Chriſto Ieſu. Idcirco communicant inuicem ex largitate & bonitate diuina, quæ dedit hominibus

potestatem impetrandi alijs bona. Nunc prosequamur q̊d supra inchoauimus de ænigmate. Quia contemplatio fit propter amorē contēplati, nec aliquid amatur nisi speciē habeat boni, idcirco ænigma dei contemplati debet exprimere & præsentare bonitatē eius. Expedit ergo ꝙ contemplatiuus inquirat perfectiones diuinas, puta potentiam diuinam, & consideret quantæ sit potestatis cui nulla impotentia sit permixta, sed est om̄ipotēs. Sic sapiētia dei nō habet admixtam vllam ignorantiam, sed est ipsa cognitio. Amor non habet admixtam inuidentiam, sed est ipsa charitas. Sic cætera omnia quæ possunt digne de deo cogitari, non habent admixtam vllam malitiam vt sunt iustitia, misericordia, benignitas, largitas, pietas & similia, quæ in omnibus creaturis relucent. Infirmitas nostra adiuuatur, si bonitatem dei in creaturis consideremus: & augetur admiratio, si magnitudinem, multitudinem, diuersitatem, & numerum attendamus. Ecce cœlum & terra & omnis ornatus eorum, nobilitas & multitudo angelorum & hoīm. multitudo conceptuū, & cogitationum, verboꝝ operum, & certum iudicium dei super ea, multitudo oīm viuentium, multitudo guttarum oīm pluuiaꝝ, multitudo graminum, folioꝝ, arenaꝝ, &c̄. Numerus vero in infinitum crescit. Omnia vero nuda & aperta

Heb.4

sunt deo, nec est vlla creatura inuisibilis ei, & om̄ia numerata manent ei: qui moderatur oīa iustissime & misericordissime in gloriam suam, sine errore, sine labore, sine fastidio, nec impeditur intuitus amorosus eius in vno hominis spiritu se totum eidē dulciter exhibendo, per vniuersalem creaturarum om̄ium gubernationem. Quia sic sufficit omnibus sicut singulis. Et ita intendit plenissime singulis sicut om̄ibus, etiam si in infinitum multiplicarentur. Non oportet tamen singulis diebus omnia diuinam bonitatem præsentātia reuoluere (ad quod neq; tempus

sufficeret) sed ex consideratione talium, diuersis temporibus inuentarum conficit ænigma nobile, quo in accessu ad deum considerato, mens ad dei reuerentiam & amorem incitatur. Sicut in recordatione alicuius sancti vel amici benefactoris, vel probi alicuius viri vel personæ, statim audito nomine eius, incitamur in gaudium & amorem & laudem ipsius, ex ænigmate collecto ex gestis eius, quod mente de eodem gestamus. Notum est hoc omni homini. Pariformiter ex ænigmate digno deo considerato, amoris ignis accenditur, vt perficiatur actus contemplationis dulcissimus: hoc est amor contemplati in contemplante. Ad idipsum adipiscendum multum valet beneficiorum dei recordatio. Recolligendus est igitur fasciculus beneficiorum dei, tam in naturalibus quàm in gratuitis, & specialiter amoris, quem Christus dominus secundum humanitatem vel diuinitatem nobis ostendit, ad inflammandum scilicet cordis igniculum, id est, amorem, & præcipue recolendo dominicam passionem, considerando ipsam diuinitatē tanquam internum motorem, illam passionem pro amore generis humani perficientem. Videmus enī in ædificijs arcuatis prius supponi ligna, vt sic muri firmitas superædificentur. Cumq; fuerit superædificata, tunc subtrahuntur ligna supposita. Sic etiam postq̄ ex consideratione ænigmatis & beneficiorum dei ignis amoris fuerit accensus, tunc tādem sine præmissa, p̄meditatioue, quotiescunq; voluerit contemplatiuus, in ipso primo reflexu mentis & affectus in deum, immediate inflammabitur, nisi influxum gratiæ talis deus subtraxerit, propter probationem vel profectum contemplatiui & amantis, vel propter peccatum & indispositionem eius, ita q; talis gratiæ capax iam non est. Quapropter aliud quasi arcuatum ædificium erigendū est ad habilitandum contēplatiuum, sci; desiderium purgationis oīm peccatorū

& imperfectionum, & desiderium omnium gratiarũ, virtutum & perfectionũ: vt assimilari possit domino Iesu & sanctis eius. Quibus in veritate adeptis, reddetur contemplatiuus dispositus ad opus contemplationis, quod fit propter amorem contemplati. Hęc est vera sapientia, quæ non habitat in corpore
Sapi. 1 subdito peccato. Vocantur vero ista prædicta instrumenta arcus, vel pontes. Arcus, quia super ea ædificatur opus contemplationis: quo vigente, iam non consideratur ænigma, nec vllum beneficium, nec desiderium assimilationis vel conformitatis: sed solus amatus in iubilo deus. Pontes dicuntur, quia per ea a regione dissimilitudinis trãsitus fit ad regionẽ similitudinis dei, in quãtũ intellect⁹, volũtas, & affect⁹ similitudines creaturarum reliquunt, quæ ea abalienant ab actuali occupatione cum deo, & se occupant cum solo deo, eidem se conformando, per actuale studium, & diligentiam obtinendi actũ contemplationis. Transitus etiam fit per pontes hos, inquantum fluuius prætereũtis vitę calcatur, & ad æternã vitã festinatur. Sic tamen discens festinet ne offendat: per partes experiatur & modeste procedat. Nemo repente fit summus. Iam ponamus arcus in hoc opere arcuato. Exclusis formis omnium rerum (quod consuetudo & habitus efficere faciliter possunt) quod si inciderint, non turbetur, sed quasi lente & quieto animo abigat (nec sit nimis solicitus nec timidus, quia ex hoc multiplicarentur & violentiores redderentur) oculos mentis dirigat contemplatiuus ad deum, ipsum amorose intuentem, & in intimis animæ (vbi sedes dei est) loquatur ei verbis intellectualibus, non oris, & in singulis intellectũ applicet, vt illustretur: & affectũ, vt inflammetur. Quando sic fit, non fit mentis distractio: quando aliter fit, nihil fit. Dicatq; ad patrem, Domine deus meus, qui es ipsa bonitas infinita, &c.

vt supra,psequēdo in ipso feruore totam orationem

¶Diuina bonitas in gratia diuinæ eucharistiæ quomodo digne degustetur. Cap.XXVII.

SVauissimum erga nos dilectionis beneficiorumq; exhibitorum memoriale Christus deus noster nobis reliquit, semetipsum scilicet in sacramento sub specie panis & vini. Neque enim satis illi erat quòd alia nobis dedisset omnia, nisi daret etiam nobis seipsum in cibum & potum, vt illa recipientes, nō tam ea habeamus, quàm in nos illa transficiendo conuertamus. Ipsum quoque in sacramento dum contemplamur, dū tractamus, dū offerimus, dum sumimus quoq;, omnia hæc voluit in sui faceremus memoriam. Quod ipsius quoq; Canonis missæ verba illa: Hæc quotienscunq; feceritis, in mei memoriam facietis, manifestant. Recolamus itaq; quanta nos dilectione dignatus sit, quanta misericordia peccatis nostris pepercerit, damnationem æternam millies commeritam quanta clementia suspenderit, quàm longanimiter nos diuq; portauerit, qua charitate vigilauerit super nos, atq; rebelles sapientissima sua benignitate cœperit, nobis semper benefecerit (licet ingratis) propter nos deniq; incarnatus, cōtemptus, afflictus, fatigatus, persequutus, passus, vulneratus totus, atq; cunctis viribus & sanguine exhaustus, tandem pro nobis mortuus sit. Lucæ.22

¶Quicumque igitur deuotè ac fructuose corpus domini tractare vel sumere voluerit, & dño deo suo gratus existere, imprimis seruet memoriam vitę passionis, & glorificationis, domini nostri Iesu Christi, sicut ipse dominus iussit. Præterea exerceat se in diuina præsentia, luminosa fide, certissime credens quod deus non tantum omnia exteriora sua, verūeti

am interiora clarissime prospiciat, vsque ad mini-
Hebræ.4 mum cogitatum, nec vnquàm obliuiscitur. Et in hac exercitatione perseueret, quousq; sentiat se à deo videri. Caueat quoq; omni studio, ne aliquæ cogitationes, aut imagines vanæ, turpes, aut peruersæ hæreant memoriæ, quæ deo cuncta videnti displicere possent; & ne intellectus occupetur ad scrutandũ discendũ, sentiendum, aut intelligendum quicquam quod deo displiceat, aut ad eius amorem non cõducat, & in voluntate, nihil velit, desideret aut affectet extra, vel contra deum, sed voluntatem suam teneat vnitam & conformem diuinę voluntati, affectũq; mundum & ab omni amore creaturarum, q̃ non sunt cũ deo, vel in deo amandæ, repurgatum. Quod si ex humana fragilitate circa præmissa se deliquisse dep̃henderit, purget & lauet se coram deo in sanguine eius, amara dolorosaq; contritione, & pura confessione, firmissimoq; emendandi proposito. Mundicia em̃ cordis summe necessaria est cõmunicaturo. Quia ita debemus accedere ad sancta sanctorum, quasi ibidem mox morituri. Et quamuis omnia venialia peccata fugere nequeamus, ea tamen non debemus diligere, sed odio habere, & semper deflere, vt deus delectetur in anima nostra quiescere, & habitare.

¶Porrò cum in sequenti exercitio ponantur aliqui termini vehementer inflammatiui, necessarium putaui eorum vim & sensum paucis exponere, qa feruidus amator non debet in illis hærere, sed velociter pertransire. Fufficit enim illorum vim mente tangere, sicut homo loquens cum amico suo pertrãsit verba nec moratur in eis, nisi illorum ignorantia eum remoretur. Ignorantia vero talis inter deum & hominem exercitantem esse non debet, nisi à deo notitiam alicuius rei ignotæ vel scripturæ postularet ad suam salutem, sed hoc requireret aliam exercitationem, & alium modum loquendi cum deo. Non vti-

mur autem terminis istis propter deum imbuendum cui nota sunt omnia, sed vt in accessu ad deum in hac exercitaone actualiter humiliemus nosipsos coram eo, in veritate cognoscentes propriam vilitatẽ & indigentiam diuini auxilij. Benignitas est virtus quæ opitulatur & succurrit ac benefacit. Misericordia vero ex compassione succurrit miseris. Deus autem metaphorice dicitur compassiuus. In eo em̃ nulla est passio: sed proprium est ei releuare miseros. Pietas est virtus qua creatura suo creatori, filij parẽtibus, serui dominis, discipuli magistris seruiunt. Est vero maxima pietas quando conuertitur seruitus, ita vt deus homini in sua necessitate seruiat, pater filio, dominus seruo, & magister discipulo. Clementia pœnas debitas minuit. Et hæc maxime deo conuenit, qui non solum minuit, sed etiam plenarie remittit interdum pœnas. Charitas fundatur super cõmunicatione æternæ beatitudinis. Et est communis deo & omnibus angelis & hominibus saluandis. Ob quã charitatem & beatitudinem hominibus conseruãdam dominus Iesus mortuus est. His terminis amorosis possent plures addi, vel etiam omnes omitti, iuxta exercentis affectum. Itaq; memoratæ virtutes secundum vim suam in mente existentes debent exercitantem leuare in dominum Iesum, eique ad illum præstare fiduciam. Item cum dicitur hic (per effusiones tuas) intelligere debemus omnia in quibus dominus Iesus seipsum effudit & dedit, vt nos saluos faceret. Quæ autem sint illa: deuota mens cogitet, videlicet: Assumpsit humanam naturam, quam plene effudit, nil sibi retinuit, sed se totum in nostram salutem expendit, animam, carnem, aquam, & omnem sanguinem suum effudit pro nobis. ¶Ex consuetudine venit assistente diuina gratia, q̃d exercens statim quando se ad dominum Iesum humiliter & amorose cõuertit, eius præsentiam in anima sua sentit, in

Hebræ. 4

intellectu & affectu. Quo facto exercens loquatur domiuo Iesu corde ad cor, sicut humilis seruus confidens de misericordissimo & amorosissimo domino suo. Loquatur autem ei tota mente, mentem inspicienti, & ipse ibidem eundem inspiciat, dicatq; corde non ore, spiritu volans, nec aliud cogitans quàm id q̄d loquit, & cui loquitur: quod gratia & vsus dabit

O DOmine Iesu pfectus deus & homo, qui venisti pereūtes & peccatores saluos facere, quorū primus ego sum. Domine Iesu quæris tales? Ecce habes hic vnum insignem. O benignissime saluator, habes hic cui opituleris. O misericodissime domine, habes hic vere miserum. O pijssime, habes impium. O clementissime, habes multipliciter reum. O charitatiuissime habes periclitantem circa æternā beatitudinem, pro qua mortuus es. O domine Iesu saluator mundi fili Dei, fili Marię in tanta necessitate succurre, & artem tuā saluandi erga istum miserabilem ostēde & exerce peccatorem. O desiderabilissime amabilissime & verissime amator Iesu, obsecro te per viscera misericordiæ tuę per virtutes tuas & merita, per gratias & dona, per illam excellentissimam gratiā

vnionis,qua humanitas tua vnita est san‑ctissimæ deitati, per gaudium & dulcedi‑nẽ ex eadẽ in cor tuũ amorosissimũ fluẽ‑tem,p charitatẽ tuã ad patrẽ,ad humanũ genus,& ad me miserũ,q̃ voluisti in te su‑scipe causam nostrã nimis malã,&annu ente pijssimo patre suscepisti eã cũ maxi‑mo gaudio, & executus es fidelissime,vt patri gloriam,& nobis dares salutem. Ita dilexisti patrem & nos. (Hic anima lique fieri debet ex amore) Per hanc charitatẽ, per opus nostrę redemptionis,per morta‑lem vitam tuam, per effusiones tuas,per p secutiones,tristitias, iniurias, pœnas, tor‑menta crucis, & amarissimam mortem, (O quid in his sensisti domine Iesu) obse cro te,da mihi gratiam consecrandi ac sumendi venerabilissimum corporis tui sacramentum, sine tui offensa, in memo‑riam omnium prædictorum mirabili‑um. Ad laudem & gloriam tuam sub honore intemeratæ matris tuę Mariæ, & illius vel illorum sanctorum, & omni‑um patronorum & patronarum mearum & omnium sanctorum, quorum hodie

festiuitas est, & omnium electorum tuorum pro salute animæ meæ & totius ecclesiæ profectu, pro redemptione animarũ in purgatorio detentarũ, & specialiter illorum. N. Adiuua ergo me, & defende ab offensa tua, à periculis, & ab omni confusione, & fac me participem huius sanctissimi mysterij. Amen.

¶ Eiaculationes exercitij præmissi, præter id quod animum efficaciter ad celebrandum & communicandum præparant, gratiam facile quoque præstabunt ex vsu compunctionis & lachrymarum, si attente fiant. In exercitio insuper præmisso vti debemus (vt dictum est) verbis spiratiuis & amorosis.

Iaculi partes duæ.

¶ O mi dilectissime dñe, vel pater, vel saluator, vel amator, vel sponse & similibus. Iaculum habet duas partes. Anterior vulnerat penetrat & obtinet vulneratum. Et posterior habet pennas dirigentes iaculũ. Ita etiam iaculatoria oratio habet duas partes. Anterior est amor penetrans vulnerans & obtinens amatum. Posterior est intellectus pennatus & volans per contemplationem veritatis rei amabilis, & dirigens affectum ne erret. Oportet quoque hoc exercitium, vt prædictum est, fieri mentaliter & iaculatorie, alias esset sterile, sicut aliæ vocales orationes communiter sunt, nisi iaculatio & spiritus viuacitas accesserit, quæ contemplatiuis inter cantandum & legendum psalmos & orationes frequẽtissime contingere solet.

¶Circa præmissa expedit aliqua notificare de ascensu mentis ad deum per media, de aspiratione prout hic sumitur, de oratione iaculatoria, & quid deuotæ personæ sentiant in lectulo expergefactæ & plene vigilantes. Sciendum ergo quod in quotidianis & assuetis exercitijs, qui habitum habet & vsum sine medijs statim accedere potest ad deum, & eum in se præsentem sentire, non tamen sine ænigmate. Mens autem non habituata in vnitiui amoris exercitijs tarda est, nec potest subito accedere ad deum, nisi per quædam media iuuetur, quibus necesse habet seipsam prius excitare, refricare, & in eius amorem accendere, meditando stupenda eius erga nos beneficia, & amoris insignia, & laudum præconia, quæ infinitam diuinæ intelligentiæ claritatem, & immensam suæ syncerissimę charitatis & amoris dulcedinē, suæque maiestatis cuncta penetrantem præsentiam & cętera huiusmodi diuinæ perfectionis gloriam redolentia, annuncient, vt sic apta reddatur ad suscipiendum in se diuinas illuminationes & inflammationes amorosas.

¶Postquam autem mens habituata fuerit, statim in momento erigere se potest in deum sine illis medijs, quoties & vbicumque voluerit, videreque in ænigmate & sentire eum prę sentem, nisi per culpam vel per scrupulum impediatur, aut dispensatione diuina tam felici libertate eundi ad deum priuetur.

¶Stante autem hac felici libertate fiunt aspirationes & orationes iaculatorię ad deum valde efficaces & fructuosæ. Aspiratio deo nihil aliud rep̄sentat quàm flāmā igniti amoris. Oratio iaculatoria, aliqd certi idicat seu postulat à deo, Interdū simul fiūt hęc duo: sȝ tūc aspiratio ꝑualet, Aspiratio (vt hic sumit)

quando tibi totus conformabor, qñ te perfecte diligam? & cætera similia. Nolo præ verecundia exprimere omnia verba quibus talis iaculator vtitur, sed ea vnusquisq; per se cogitet.

¶Sed qui libero corde vult volare ad deum, & sagittare cor dei ne eius iacula impediatur, necesse est vt omni inordinato amori curæ & delectationi quæ haberi potest sub deo, penitus abrenunciet, memor illius. Rennuit consolari anima mea, memor fui dei & delectatus sum, & exercitatus sum & defecit spiritus meus. Anticipauerũt vigilias oculi mei, &c. Caueatur tamen nimietas in hoc negotio, ne ex carentia somni & labore exercitij caput lędatur. Largus est dominus in præstando gratias & dona, sed requirit à nobis quod eius donis discrete vtamur. Reuertatur dominus Iesus alia hora, nisi spiritussanctus iam in eo operari voluerit, quod ipse bene innuet puræ & fideli animæ. Nec licet resistere inspirationi diuinæ, Puto quod in prædicto articulo, anima apta sit recipere veras reuelationes à deo vel ab angelo. Sic prophetis angeli in somnis locuti sunt. Nemo tamen reuelatiões desideret, nec si fiant ei, veras credat: nisi spiritus omino eũ certificauerit adeo firmiter, sicut intellectus naturaliter certificatur de primis principijs, intellectis terminis. Hic multi decepti sunt. Psalm.76

¶Hæc quantum ex modica experientia exprimere potui, obiter scripta: aliorum correctioni libenter submitto. Qui de his aut similibus dei donis aliquid potuerit obtinere: non magnifice glorietur, sed se in seipso vilem agnoscat & ingratum. In timore domini se iugiter exerceat. Quia cum crescunt dona, rationes etiam crescunt donorum. Nemo etiam per torporem dei dona negligat recipere, dicendo: Quis potest hæc capere? Ipse enim dominus omnipotens semper paratus est effundere dona sua in eos q Gregor.

dispositi sunt & apti atq; volnetes ad recipiendum.

¶Diuina bonitas in beatissima virgine Maria cæterisq; sanctis dei quomodo elucescat, atq; illi ipsi quibus à nobis sint modis honorãdi. Cap. XXVIII.

PRo obtinẽdis supradictis, perutilis quoque est deuota inuocatio beatæ Mariæ & sanctorum: quorum exemplis prouocamur, & orationibus adiuuamur. Quorum vitã dum aspicimus, nostram confusi erubescimus. Quorum amori dum inhæremus, ipsos ad nostrum fauorem inclinamus. Nec timemus, ne propter amorem quẽ ad ipsos gerimus, amor Christi in nobis minoretur (qa constat, ꝙ eos quos nunq̃ vidimus, non nisi propter Christum & in Christo, propter virtutes eorum diligimus: & sic eos amando, Christũ potius q̃ ipsos diligimus) sed magis speramus, ꝙ eoꝝ interuẽtu quos digne deus exaudit, gratiã effundẽdi cor & adipiscẽdi æternã gloriã, ꝓmerebimur. Deus etiã sanctos suos honorare accidentaliter in nobis disposuit & in eis vult ipse laudari, iuxta illud Psalm. Laudate dñm in sanctis eius. Ergo diligere & honorare sanctos, est dominum diligere & honorare & laudare. Cæteꝝ quẽadmodum in superioribus exercitijs cordis semper præsentia dñi attendenda est: sic ꝙ certissime credamus dñm deũ nostrum sanctissimã. s. indiuiduã trinitatem intiũme attendere nostram meditationem, nec posse eum non agnoscere oĩa, qa non potest non esse deus: & impossibile est aliquid perfectionis sibi subtrahi: quod vtiq; fieret, si posset eũ aliqd latere: & istud sit dictũ circa primũ exercitiũ. Circa secundũ vero, id est, circa exercitium dominicæ passionis, cer

Psa. 150
Præsentia dei.

tiſſime credendũ, ꝙ aĩa Chriſti oẽs meditationes noſtras intuetur in verbo cui vnita eſt, & à quo pleniſſime illuſtratur etiam vltra om̃em puram creaturam: ita etiam de ſanctis credendum eſt, quod in verbo, id eſt, deo filio: cui licet non perſonaliter vt Chriſtus, tamen per gratiam, amicitiam, beatificam viſionem perfectam charitatem & feliciſſimã fruitionem coniuncti ſunt, omnia eis ad honorem impenſa, vel ab eis per nos petita perfectiſſime intuentur: alias gratis oraremus nos eos, ſi non agnoſcerent petitiones noſtras. Vocalem vero orationem exiſtentes in cœlo non magis audiunt quàm mentalẽ, niſi in verbo intueantur: quanquam ſpiritus angelici intelligere vocalem valeant, ſemper quando nobiſcum ſunt & ſanctis deferre: nõ aũt cordium ſecreta q̃ ſolus deus nouit ſcriptura dicente: Tu ſolus noſti corda oĩm filiorum hoĩm. Fides ergo, qua credimus deum om̃ia intueri, & ſanctis ſuis ea quæ à nobis ipſis impẽduntur reuelare, neceſſaria eſt in iſto exercitio. Ipſi vero ſancti, quantum putandum eſt, nobis compatiuntur & de noſtro profectu gratulantur. Quàm libenter impẽdunt quicquid poſſunt, cũ perfecta in ipſis ſit charitas dei & proximi. Nec timendum eſt, ne propter hoc laborent, aut à ſua felicitate impediantur, vt merito eos fatigare indignis noſtris precibus formidare debeamus: nec etiam timendum ne ipſis quietẽ habere deſiderantibus, quaſi moleſti ſimus: quin potius credendum eſt ipſos in hoc beatitudinis ſuæ opus exercere, cum & ipſe dominus non minus ſibi in noſtris bonis ſtudijs, deſiderijs, orationibus, exercitijs, &c. complaceat, q̃ in his cõplaceat ſanctis. Cõmunicare enim bonum alijs, proprium eſt deo & etiam ſanctis. Quapropter quærunt quodammodo vt quærantur & vt tales inueniamur exoptat, quibus bonum impendere poſſint. Etiam non volunt aut expectant multas vocales preces nec multam

Anima Chriſti.

Sancti nos intuẽtur.

2. Parali. 6

Gregor.

cti, cui ex singulari deuotione illius diei veneratione deferatur. Omnes tamen patroni electi cõmuni deuotione quotidie sunt venerãdi, saltẽ mẽtaliter per sanctum desiderium & amorem. Pro quo amore obtinẽdo legendæ sunt passiones & historiæ sanctorum & mẽti imprimendæ, vti ex amore virtutũ noster animus ad ipsorũ dilectionem inflãmetur. Quod cũ semel factum fuerit & p aliq̃s iteratos act9 habitus generatus: tũc ꝓmptissime & leuissime atq; repẽtissime animus noster plene & pfecte & sine labore in ipsos sanctos erigetur. Sicut experimur de hoie nobis optime cognito, ꝙ statim audito nomine eius, quasi tota vita eius nobis ante oculos posita esset: cõsurgim9 vel in amorẽ & laudẽ eius, si virtuosus est: vel in detestationẽ, si iniquus est. Sic etiã si fiat recordatio de aliquo sancto, statim in charitatiuũ affectũ & mẽtalem orationẽ deuotã cõsurgimus, ꝑ consuetudine. Et (vt puto) hoc ipsis sanctis gratius & acceptius est, quàm longa aliqua vocalis & tepida atq; distracta oratio. Nõ eni indigẽt. Hic tamẽ est notandũ, q̃d vnusquisq; debet cui9 auxiliũ implorat sancti vitę vestigia ꝓponere velle imitari pro posse, & secundũ cõditionem status sui & exigẽtiam saltẽ in genere, puta, fidem, charitatem, odiũ vitiorum, studium virtutũ, desideriũ deo placẽdi & huiusmodi. Confundi etiam debet in corde suo corã deo & sancto illo, si se ad resignationẽ vel effusionẽ cordis inuenerit durũ, & debet etiã iuuamẽ postulare, &c. Exercitium istud ad sanctos valde breue est, quia est solũ eleuatus dulcis affectus ad sanctos pro quotidiana necessitate. In festo tamen alicuius potest vitã illius summati recordari pro veneratiõe & pro speciali deuotione obtinẽda cũ speciali etiã imploratione gratiarum, vt infra patebit. Similiter fieri debet, quando alicuius ꝓprij patroni singularis cõmemoratio seruatur, de qua cõmemoratiõe faciẽda iam supra dictũ est. Quod si ꝓpria vita Simile

Generale quiddam.

ſancti, cuius feſtum occurrit, ignoratur, tunc recurrendum eſt ad generalia, ſine quibus gloriam ſuam non eſt adeptus: vt ſunt fides, ſpes charitas, humilitas, obedientia, obſeruantia mandatorum dei, &cæ. Poteſt hoc exercitium fieri ſeruiendo ad miſſam vel partim in miſſa conuentualiante canonem. Memoria ſanctorum valde dulcis eſt & fidutiam confert præſentis auxilij & futuri, q̊d in mortis hora præſtabunt. ¶Ad glorioſam dei genitricē Mariā tā in feſtis eius q̄ etiā q̊tidie fieri poteſt hoc modo. Cōcipiatur mēte q; in deo p̄ſentialiter videat exercitiū q̊d ſibi deuote impendit, & tūc eā cū om̄i veneratiōe & verecūdia deuotus affectus alloquatur verbis cordis.

O Pijſſima & glorioſa dei genetrix ſemper virgo Maria, tu cōcepta es ſine originali culpa & plena ſpūſancto es genita, ſine vllo peccato hāc mortalē vitā egiſti, vñ nunq̄ dñm deū tuū offendiſti, nec eidem vnq̄ diſplicuiſti, imo ſemper eidem cōplacuiſti, & ſummam gratiam in oculis eius inueniſti.

[O ſingularis innocētia. Hic debet animus cōgaudere pijſſimę virgini intimo & vero affectu & propriā miſeriam deflere & peccata deteſtari.]

A ſanctiſſimis parētibus tuis dño acceptiſſimum munus in templo oblata fuiſti. Ibi aptata fuiſti & exercitata & omni ſpūali ornatu decorata, vt mater dei effici digne mereretis. O virgo caſtiſſima, hūilima, in

charitate perfectissima, virtuosissi. sancti spūs charismatib9 repleta, ab āgelo es offi ciosiss. salutata,&cōcipiēdo de spū sancto filiū dei mater dei es effecta: quē virgineo vtero portasti tāto tpe sub virgineo & in- nocētissimo corde tuo, quē castis visceri- bus genuisti &pria oīm deū &hoīem ado rasti, locasti, portasti, nutriuisti, & guber- nasti eius curā gerēdo q nutrit & guber- nat vniuersa. Cū ipo sine q̄rela couersata es, eius pña atq3 dulcissimis ꝟbis fruebaris Ad diuinā q̊q3 cōtēplādā essentiā admis- sa es. Ipsum deniq3 pfectissime es imitata Eius pſecutiōes, tristitias, iniurias, passio- nes, crucē & mortē vltra martyriū cōpassi uissi. virgineo atq3 matꝛno corde sustinu- isti, vt pote talis matꝛ talis filij, &in tali ne cessitate. Qui sua gloriosiss. resurrectiōe ti bi apparēdo prīo recreauit, & ascensiōe & spiritus sancti missiōe atq3 sanctę primitti uę ecclesię ędificatiōe lętificauit. Relicta ta mē es dolorosa in hoc seculo lōgo tpe, ꝓ pſecutiōe ecclesię afflicta, & q̊tidie filij tui ardētissimo desiderio cruciata. Tādē ve- ro sup oēs angelorū choros cum corpore & anima felicissime exaltata. O pijssima

præſentem in deo & pia deuotione alloquatur eum, non verbis oris ſed mentis. Exemplum de ſancto Io hanne baptiſta. ¶ O beatiſſime omniumq; innocentiſſime ſancte Iohannes, qui in vtero ſanctificatus Chriſtum dominum agnouiſti plenus ſpirituſancto genitus fuiſti, atq; in eremo à pueritia domino in rigida vita deſeruiuiſti, dominũ Ieſum baptiſaſti, carcerem propter veritatem ſubiſti, mortem propter deum ſuſtinuiſti, caſtiſſimus atq; humilimus extitiſti, à Chriſto etiã inter natos mulierũ maior prędicari meruiſti. Obſecro te, vt illa quæ pro me & alijs conſueui à dño petere, mihi digneris impetrare. Et in omi periculo mortalis peccati & in tremenda hora mortis adeſſe digneris, vt tuis meritis in dño ſemper me rear eſſe ſecurus. Ora pro eccleſia dei, &c. Sub hac vel conſimili forma poteſt beatiſſimus Iohannes corde inuocari, quando eſt feſtum eius vel commemoratio, præter quotidianum exercitium, quod eſt breuiſſimum, qa (vt ſupra tactum eſt) illud eſt ſolum deuotus affectus directus in ſanctum ex cõſideratione ſanctitatis eius per modum iaculationis. Et iſta exercitia fiunt ſine diſtractione, qa corde fiũt, vt ſupra etiam dictũ eſt. Et ſicut iã exemplificatum eſt de ſancto Iohanne: ſic poteſt practicari de alijs patronis & ſanctis, de quibus non eſt ſcribendum per ſingula.

Ad S. Ioh Baptiſtã.

¶ Hoc etiam obſeruãdum videtur, vt poſtq̃ deuotus affectus ad patronos & ſanctos emiſſus fuerit, ſemper etiam omnes ſancti eiuſdem conditionis aut ordinis ſimilẽ deuotum & attentum affectum accipiant. Exempli gratia: Inuocato ſancto Michaele & proprio angelo (quæ inuocatio fit cũ vel in ipſo emiſſo deuoto affectu) ſtatim cordialiter inuocentur oẽs angeli cum ardenti deſiderio: Oẽs ſancti beatorum ſpirituũ ordines orate pro nobis. Similiter poſt prophetas: Oẽs ſancti patriarchæ & prophetę orate pro nobis. Similiter poſt apoſtolos & euangeliſtas; Oẽs

Ad alios Sanctos.

ſancti apoſtoli & euangeliſtæ, diſcipuli domini, & ſancti innocentes orate pro nobis. Sic de martyrib⁹ confeſſoribus, virginibus & viduis. Et tunc cum magno affectu in præſentia dei omnia intuentis & omnium ſanctorum, eſt ſubiungendum: Omnes ſancti cœlici ciues orate pro nobis. Sequit̃ oratio vocalis quotidiana poſt has mentales commendationes.

Heb. 11 Antiph. ¶ Sancti per fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt promiſſiones. [Cogitãdũ eſt hanc antiphonam legenti quod ſancti vicerũt peccata, & impleuerunt virtutes, & ſic venerunt ad cœlum, ſecundum illud: Declina à malo & fac bonũ,

Sap. 5 inquire pacem, &c.] Verſus: Iuſti autem imperpetuum viuent & apud dominum eſt merces eorum. [Viuunt ſancti in cordibus noſtris per quotidianã recordationem & in deo in æterna beatitudine.] Oremus. ¶ Maieſtatem tuã dñe ſppuliciter exoro, vt ſicut me iugiter ſanctorum tuorum atq; ſanctarũ commemoratione lætificas: ita ſemper ſupplicatione defendas, imitatione conformes, tua gratia perſeueranter nutrias & inæterna beatitudine de eorũ ſocietate ſtatim poſt mortem gaudere concedas, Per dominum. ¶ Poſt completorium corde vel etiam ore poteſt ſic orari.

SVſcipe domina mea regina cœli, ò pijſſima dei genetrix ſemper virgo Maria, obſequium ſeruitutis meæ: & ſi quid in his laudibus digne egi propitia reſpice, & quod negligenter actum eſt, clementiſſima mater ignoſce, per eũdem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui cum deo patre & ſpiritusancto viuis & regnas vnus glorioſus deus per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

¶ Suſcipe domine deus meus obſequium ſeruitutis meæ precibus & meritis beatę Mariæ ſemper virginis, beati Iohannis baptiſtæ & omnium patronorũ

& patronarum mearum, & eorum sanctorum quorum hodie festiuitas est, & omnium electorum tuorum: & si quid digne egi, propitius respice, & quod negligenter actum est, clementissime pater ignosce. Qui viuis & regnas vnus gloriosus deus per omnia secula seculorum, Amen.

¶Eundo dormitum & surgendo debet se vnusquisque deuote deo & gloriosæ virgini & proprio angelo atque omnibus sanctis commendare: & præcipue proprijs patronis & sanctis, quorum festiuitas agitur, & cor suum breuiter, sed tamen veraciter effundere.

¶Consulendum esset vnicuiq;, quod rosarium beatæ Mariæ cum articulis passionis Christi quotidie attente legeret.

¶Expediret p̄terea, q̄ quilibet martyrologium legeret post nonam, vt scire posset circa quod festum vel de quo sancto se occupare vellet ad vesperas & die sequēti. Quod si nullum festum occurreret, q̄ tūc ordinare posset, cuius patroni memoriam agere vellet. Quocirca antiphonæ & versiculi cum collectis colligenda essent de festis de patronis & aliquibus sanctis specialiter dilectis & de apostolis & martyribus, &c̄. in communi quibus in profestis & festis honorandi essent etiam vocali oratione, vt per hanc mens de interiori veneratōe & etiam effusione cordis admoneret. Cōsuetudo est altera natura. Quāuis ergo insuetis præscripta longa & tædiosa ac difficilia videbuntur: tū̄ scire certissime debent, q̄ assuetis sunt valde breuia, iucundissima atque leuissima. Verum spiritus sanctus docet suos alumnos: &, vt videmus, differenter atque diuersis modis omnes ad vitam æternam exercet. Ad quam nos misericorditer dignetur perducere per sanctorum suorum & gloriosæ virginis Mariæ preces & merita necnon per boni

tatem, passiones, mortem & amorem Iesu Christi domini nostri, pater & idem filius eius Iesus Christus & spiritussanctus vnus deus benedictus ab omni creatura per infinita secula seculorum, Amen.

LIBRI PRIMI DE BONITATE DIVINA FINIS.

DE BONITATE DIVINA, Liber secundus.

ARGVMENTVM.

QVAndoquidem libro primo, qui triũ sequentium est quasi Epitome quædam, dictum est diuinam bonitatem esse contemplandam potissimum in personarum trinitate, verbiq; incarnatione: in virginis item beatissimæ Mariæ perfectione: postremo in natura tam humana quam angelica. Quæ omnia quamuis in primo libro tractata sint, quantum contemplatiuis perfectisq; sufficeret, ne tamen imperfectis ac ingenio tardioribus desit q̃ diuinam intelligant bonitatem, eandem materiam author non multum dispari argumento per exhortationes resumpsit, vt quibus speculatio minus congruit, conferat vel aliquid exhortatio moralis. Eam obrem tres posteriores priori coniunxit libros, quorum quiuis per Titulos, Tituli vero per exhortationes partirentur. Secundus itaq; de bonitate diuina liber immediate subsequens potissimũ agẽs de personarum trinitate, Christiq; humanitate, continet Titulos semptem. Primus: De Incarnatione verbi, & annuntiatione beatæ Mariæ. Secundus: De natiuitate Christi. Tertius: De appparitione & trium Magorum adoratione. Quartus: De Christi passione & resurrectione. Quintus: De eiusdem ascensione in cœlum. Sextus: De spiritus sancti missione. Septimus: De corporis & sanguinis Christi communione. Et quilibet horum titulorum per certas (vt patebit) Exhortationes partitus tractabitur.

DE INCARNATIONE verbi, titulus primus

¶De redemptiõe humani generis per incarnationem & passionem filij dei impetrata, opere videlicet maximo diuinæ bonitatis.

Exhortatio I.

ECCE virgo concipiet & pariet filium,
& vocabit nomen eius Emmanuel. Isa
Mat. 6 iæ 7. Hodierna die pater noster qui
Lucæ. 11 est in cœlis, imò qui replet terram &
cœlos, & vniuersa potentia maiestatis
Ierem. 23 suę, illustratione sapientiæ suę, suauita
te bonitatis & charitatis suæ, pro nobis (in filios cõ
sortij beatitudinis suæ adoptandis) fecit mirabilia
magna valde. Ipse siquidem deus creator omni-
Roman. 8 um, manens incommutabiliter quod erat, factus est
veraciter creatura & homo, vt nos participes diui
nitatis suæ efficeret. Venit in nostra assumendo pas-
sibilitatem, mortalitatem, & seculi huius ærumnas,
quæ sibi sunt aliena: vt sua nobis largiretur, puta gra
tiam & dona spiritualia, & reduceret ad ea quæ quon
dam erant nostra, sc; ad statum rectitudinis, impas
sibilitatis ac immortalitatis. Hac eadem die idem ipse
pijssimus dominus saluator noster Iesus Christus,
post pœnitentiã (quam pro nobis fecit omnibus die
bus vitæ suæ) post pœnitentiam, in quam, quia nota
bile est & iugi gratitudinis memoriæ dignum, postq̃
etiam conuersatus est cum hominibus virtuosissime
& gratiosissime, & in miraculis gloriosissime, post p-
Baruch. 3 sequutiões & ingratitudines pessimas, post maximas
tristitias & iniurias, suscepit omnium hominum pœ-

nas excedentia grauissima crucis torměta, ac crude lissimã ac confusissimã mortẽ, vt nos à gehennæ incendijs ac tormẽtis, sempiterna quoq; cõfusione libe raret, & ppetua nobis gaudia daret, Habebat eñ sup se mensurã peccator ꝝ oim hoim, q̃ intẽsiue grauabãt sup oia tormenta. Sic hodie redempti sumus fratres mei, nõ ꝙ facilioris redẽptionis modi deo defuerint sed vt diuitias dulcissimi amoris sui, & misericordia rũ ac gratiarꝝ abundantiã nobis aptius demõstraret, & efficacius nobilẽ hoïs mentẽ ad reamandũ ꝓuocaret. O infelicia corda, & omni duritia duriora, q̃ ad talẽ amoris ignẽ nõ liquescũt, q tanta ac talia ꝓualuit operari in deũ. Quia ꝟo ad redẽptionẽ nostrã necessario assumenda erat eadẽ natura q̃ in Adã ceciderat ne obsequium quasi ex necessitate esset, & cũ iniuria (est eñ homo dñs suorꝝ actuũ) requirendus erat cõ sensus vnius fœminæ de filiabus Adæ, q̃ substãtiã hu manæ carnis subministraret, cõceptũ in vtero portaret & aleret, post partũ vestiret, nutriret, atq; gestaret. Quã ergo elegerat deus, aptauerat sibi, vt talis esset q̃ diuinã deceret maiestatem, q̃ nõ erat carnalis, nec secularis, nec turpis, nec vilis: sed diuinis duntaxat apta & digna vsibus. Talis q̃ nunq̃ diuinã maiestatem offenderat, nunq̃ displicuerat, sed semp placu erat, q̃d singularissimũ ẽ, nec inueniť in vllo puro homine, nisi in ea sola. Talis deniq; q̃ esset omni spũali decore exornata, & omnibus diuinis charismatibus referta: nec similẽ in terris haberet, inter hoïes, nec inter angelos in cœlis. Vnde ab angelo officiosissime salutata, appellať gratia plena. Igiť electa & reqsita verecũda & humilis ꝟgo, tãdẽ cõsensum fideliter & obediẽter ꝓbens, hodierna die à deo impregnať, quẽ aluit emmanuel, q̃a nobiscũ de⁹. Expta aũt erga se tã tã diuini muneris charitatẽ, atq; dulcedinis largitatẽ totã se diuino ministerio deuotissime mãcipauit, sine q̃rela in prefecta Christi imitatione seruiendo &,

Lucæ.1

Lucæ.1

hodierna die reuolutis annis 34. in compassione vltra martyrium vtputa talis mater, tali filio, in tali necessitate condolendo, gladium doloris sustinendo. Est vero deuoto eius ac fideli seruitio, necnō & dolorosæ compassioni digna & gaudiosissima tam in terris quàm etiam in cœlis subsequuta retributio. Ecce in quot & quantis mirabilibus hodie per virginem (quæ in hebræo ahalma dicitur) nobiscum est deus. Per eam enim omnē salutem nobis dare voluit, quā etiam hodierna die nobis sub cruce typice matrē dedit, dicendo ei in quo est gratia, id est, Iohanni: Ecce mater tua: Dicitur vero beata virgo Maria ahalma, quia puella abscondita cæteris eminentior & notior (hæc est enim interpretatio eius vocis) Eminentior gratia, & gloria notior, in veteri & nouo lege vniuersis. Et nos dilectissimi fratres vt participes esse valeamus tantæ salutis, studeamus esse in veritate coram oculis iudicis cuncta cernentis & discernentis, quod esse tenemur secundum professionem nostram. Nos enim debemus esse virgo iuxta Apostolū vni viro Christo desponsata, non multis viris, nec alijs quàm Christo. Nos ahalma abscondita sumus, quia in ecclesia dei Carthusienses magis abscōditi, & eminentiores & notiores præ cæteris religiosis, id est, deo seruientibus (cum non sit aliud religio nisi dei seruitus) habentur in austeritate vitæ, in abstinentijs, in cilicijs, in ieiunijs, in vigilijs magnis, in silentio & solitudine, in vitæ puritate, in plena abstractione à secularibus negotijs, & continua occupatione diuinorum, quasi cum angelis iugiter astātes diuino conspectui, & delicijs atq; amplexibus spōsi Iesu iugiter perfruentes, & in cæteris quæ ad perfectionem pertinere noscuntur. Vnde & mellifluus doctor S. Bernardus gaudens Christianæ deuotiōis & religionis preciosissimam portionem, quæ cœlos tangere videbatur, & mortua erat, in Carthusiensi

Isaiæ. 7

2. Cor. 11

Bernard.

bus fratribus reuixisse, scribendo ad fratres Carthu siēses mōtis dei, ait: Altissima est professio vestra, cœ los transit, par angelis est, angelicę similis puritati. Non enim vouistis omnem sanctitatē, sed omnis san Psalm. 118
ctitatis perfectionē, & oīs cōsummationis finē. Nō enim vestrū est lāguere circa coīa pcepta, neq; hoc solū attēdere qd pcipiat de⁹, sed qd velit. Probātes q̄ sit volūtas dei bona, & beneplacens & pfecta. Alioꝝ est deo seruire, vestrū est adhęrere. Alioꝝ est deo cre dere, scire, amare & reuereri, vestrū est sapere, intelli gere, cognoscere, frui. Ecce dilectissimi fratres, quàm apte dici possum⁹ nos Carthusiēses ahalma, id est, pu ella abscōdita singularis pminētię & notitię. O vtinā quales habemur in oculis hominū & gloriamur nos es se, tales in oculis domini in veritate essemus. Igitur mecū charitatē vestrā moneo, vt toto conamine vo luptates carnales & inutiles, atq; nociuas ad homines seculares, & adinuicē dulces venenatas affectiones & familiaritates mortificare studeamus, supflua oīa re ijciam⁹, cibū & potū sine desiderijs sūmam⁹, nō cogi tātes qd ministrabitur, qualē saporē habebit, & vtinā hoc vel illud daret, &c. quę omnia carnalē animū o stēdūt. Sed hęc & oīa necessaria, p sola naturę sustēta tiōe parce sumam⁹, oēs inferiores aię vires quietātes sicut decet sanctos, vt supiores vires libere in deū flu ere valeant. Sic nobis nō adulterantibus cum concu piscentijs nostris, neq; cum vlla creatura, sed vt libe ratis à diabolo, nunciabitur plena gratia, id est, vita pfecta, & à spiritu sancto fœcūdabimur in oib⁹ bonis cōcipiētes & gustantes bonū dei verbū, vnde illumi nati & cognoscētes tāta diuina beneficia, haud dubiū ad religsioitatē, id est cultū diuinū, accēdemur prō pta volūtate, quę est vera deuotio. Vnde & sanctus Thomas dicit: Deuotio nihil aliud esse videtur, quā voluntas quædam prompte tradendi se ad ea quæ pertinent ad dei famulatum; quæ secundum eundē

maxime excitatur p ea quę ad Christi humanitatē p
Bernar, tinere noscūtur, sicut incarnatio & passio, quę hodier
na die recolim⁹. Vnde Bernar. sup cantica dicit, Sup
oia reddit te mhi amabilē bone Iesu calix quē bibisti
op9 nostrę redēptionis, hoc omnino amorē nostrū fa
cile totū vēdicat sibi: Hoc inquā est q̊d nostrā deuo
tionē & blādius allicit & iusti⁹ exigit, & arctius strin
git, & afficit vehemēti⁹. Igitur in his dilectissimi fra-
tres imitatores dei genitricis facti, cū ea ad gaudia re
surrectionis Iesu in p̄senti vita per nouitatē vitę,
& infuturo ad æternā beatitudinē citius pueniem9
p̄stante eodem domino nostro Iesu Christo.

¶De humilitate quam Christus in sua exhibuit incarnatione & passione, & matris eius humilitas quomodo imitanda Exhortatio. II

REspexit humilitatē ancillę suę. Lucę pri
mo. Dies humiliationis dies humilitatis
dies ista, in qua sup excellentiss. natura
infimę naturę coniūgit, scilicet deus li
mo terræ in vnitate p̄sonæ in qua crea-
tor factus est creatura, incōp̄hensibilis
Sapi. 8 & infinitæ magnitudinis existens, clausus est in vte-
ro virginali, verbū dei incōmutabile, q̊d attingit à fi
ne in finem fortiter, & disponit omnia suauiter, fa-
ctus est infans breuissimus, primo conceptus. Idem
in se vita existens, & omnibus esse & vitam tribuēs
atq; conseruans, per curricula amorum, isto die paſ
sus, crucifixus & mortuus est. Dies ergo humilia-
tionis dies ista, & dies humilitatis, in qua respexit
deus humilitatē ancillæ suæ. Quæ dies tāto cæteris
dieb9 p̄clarior est, & singulari deuotiōe excolēda q̄to

maiora ac mirabiliora in ea ꝓ nostra æterna salute deus operatus est. In ea qppe deus homo factus est. In ea deus passus & mortuus est. Et quis hæc excellẽtissima diuina bñficia toto humano generi impẽsa digne ppẽdere & ęstimare potest? Quis ea digne laudare, qs ꝓ eis dignas gratiarum actiões & vicissitudines deo reddere valebit? Vincit hæc dies sui magnitudine seipsã, neq; eñ seipsã capere potest. Quaꝓpter quasi radix virgorosiss. & fœcũdissima ramos duos expãdit fortiss. in qbus fruct9 vberrimos ad nostrã salutẽ capiam9. operaq; diuina ppẽsi9 laudem9 & cumulatius p cultũ latriæ, p charitatẽ, p humilitatẽ p plenariã nostri resignationẽ vl' moritficationẽ nec nõ & cęteraꝝ virtutũ exercitationẽ tãtę diuinę humiliationis & charitatis qualẽcũq; vicissitudinẽ exhibeam9. Primus ramus est aduẽt9 & natiuitas dñi q̃ tpe diffusius recolitur incarnatio ỽbi. Secũdus ram9 est tẽpus quadragesimale, in q̃ latius dominica passio recẽset Horũ vero bñficiorũ radix & initiũ est dies hæc in qua deus ꝓpter nimiã charitatẽ suam qua dilexit nos misit filiũ suũ qui semetipsum exinaniuit formã serui accipiẽs & humiliauit semetipsũ, factus patri obediẽs vsq; ad mortẽ mortẽ autẽ crucis, dilexitq; nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo & recõciliauit nos deo. Charissimi fratres mei aduertite ex his dictis, quã plen9 charitate venit ad nos humilis Iesus. De humili matre nasci voluit, humiles hoĩes charitate formatos colligere intẽdebat vt cœlos implerent, vnde angeli ceciderãt superbi. Ideo dicebat Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Et alibi: In hoc cognoscent omnes quod mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinuicem. Signũ ergo discipulatus Christi est mitis humilitas chariitatate informata Humilitatem ergo in schola humilis magistri solius discere debemus exemplo sui. Noluit enim (Augustino teste) docere quod

Phil.2

Apo.1.

Matt.11.

Iohan.13.

ipse non esset, noluit iubere quod ipse non faceret. Erubescat ergo homo esse superbus, quia humilis factus est deus. Vere erubescendum & dolendum, praecipue de religiosis superbis. Vnde ait sanctus mellifluus doctor Bernardus: Video & non parum doleo post spretam seculi pompam, nonnullos in schola humilitatis superbiam magis addiscere, ac sub alis mitis humilisq; magistri grauius insolescere, & impatiẽtes amplius fieri in claustro, quàm fuissent in seculo. Humilitatem ergo discamus charissimi fratres à pio magistro Iesu, vt secundum promissum suum postmodum exaltari mereamur. Ad humiles enim descẽdit, & modo dat gratiam & postea dat gloriam. Augustinus: Si te humilias, deus descendit ad te. Vnde & respexit humilitatem ancillae suę, & elegit eam in suã matrem, & descendit ad eam, & repleuit eam omni gratia & superexcellentissima gloria. Cum autem sit multiplex humilitas, forte ambiguum apud nonnullos esse posset, de qua potissimum humilitate verbũ hoc beatissimae virginis & matris Mariae intelligendũ sit. Omissis igitur alijs, de tribus modis humilitatis solummodo tangetur. Aliquando aliquis dicitur humilis, hoc est afflictus, sicut illud est de domino Iesu dictum apud Isaiam: Nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à deo, & humiliatum. Et in sacra scriptura similia habentur quasi innumeris vicibus. Beata vero virgo Maria in conceptione filij dei non fuit humiliata, id est, afflicta, sed valde laetificata, & maximo gaudio repleta. Sed post 34. annos quando filius eius Iesus pependit in cruce, fuit verè afflicta. Vnde Bernardus: Stabat mater dolorosa, iuxta crucem lachrymosa, dum penderet filius. Cuius animam gementem, contristatam & dolentem pertransiuit gladius. O quàm tristis & afflicta fuit illa benedicta mater vnigeniti, &c. Vnde poterat dicere non incongrue illud Ruth: Ne vocetis me Noemi,

Bernard. | ugu st. | Isai. 53 | Ruth. 1

id est, pulchram, sed vocate me mara, id est, amaram quia valde amaritudine repleuit me omnipotēs. Cur enim vocetis Noemi, quam dominus humiliauit & afflixit omnipotens? Aliquando dicitur aliquis humilis, hoc est, infimæ conditionis, vilis, despicabilis, parui meriti, &c. Et veré hoc debet omnis homo de seipso agnoscere, quia ex se nihil est. Etiam omnis homo potest se veraciter æstimare omnibus viliorē, comparando se ex eo quod est ex se, ad alios in eo quod habent à deo. Vnde dicit Apostolus: In humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes. Et credibile est valde, sicut à quodam solenni doctore audiui, quod beata & humilis virgo Maria sic intelligi voluit hoc dictū suum: Respexit humilitatem ancillæ suę: quia iustus in principio accusator est sui. Et valde ædificatiuū & conpunctiuum est quod beata mater Iesu de se humiliter senserit. Hoc putat venerabilis Beda dicens: Ecce quàm vilia de se sentit, & totum gratiæ attribuit suo iudicio se humilem sentit. Aliquando aliquis dicitur humilis quia habet preciosam humilitatis virtutem, quæ est quædam qualitas animi, qua reprimit se ipsum, ne feratur in ea quæ sunt supra se. Ad hoc aūt necessarium est, vt aliquis cognoscat id in quo deficit à proportiōe eius, quod suam virtutem excedit. Et ideo cognitio proprij defectus pertinet ad humilitatem, sicut regula quædam directiua appetitus, sed in ipso appetitu consistit humilitas essentialiter. Cū igitur simus ex nihilo, & miseri, & peccatores, nec vnquam valemus nosipsos veraciter & plene agnoscere, hinc est quod sancti patres diuersas diffinitiōes humilitatis tradiderunt, propriam vilitatem innuentes, sicut est illa Bernardi imitantis sanctum Augustinum: Humilitas est virtus, qua homo verissima sui agnitione sibijpsi vilescit. Hæc virtus excellentissime fuit in Maria, quia secundum eundem Bernardū nisi super omnes se humiliasset, super omnes cœlos

[Margin: Philip. 2 / Tho. 2. 2. q. 161. ar. 3. / Prouer. 8 / Beda. / Genesi. 3 / Bernard. / August.]

exaltata non fuisset. De hac virtute intelligẽdum pu-
Lucæ.1 tant sancti quod ait Maria: Respexit humilitatẽ an-
cillæ suæ. Vnde idem: Missus est ait. Sine humilitate
Isaiæ, 62 (audeo dicere) nec virginitas placuisset. Super quẽ
requiescet inquit, spiritus meus, nisi super humilem
& quietum? Super humilem dixit, non super virginẽ
Si igitur Maria humilis non esset, super eam spũs san
ctus non requieuisset. Patet itaq; quia vt de sancto
spiritu conciperet, respexit humilitatem ancillæ suæ
potius de⁹ quàm virginitatẽ. Et si placuit ex virgini
tate, tamen ex humilitate concepit. Vnde constat, qa
etiam vt placeret virginitas, humilitas proculdubio
fecit. Hæc ille. Et beatus Hieronymus in sermone de
assumptione. Prima inquit, virtus eius est humilitas
de qua gloriatur, &c. Nec hoc humilis virgo ex iactã
tia fecit, sed in laudem dei, & aliorum ædificationẽ,
à spũsancto mota: quia inter prophetandum hæc ver
ba protulit. Potest enim laudabiliter quis bona de se-
ipso dicere, certis circunstantijs obseruatis, maxime
Numer.12 qñ à spũsancto incitatur, sicut fecit Moses, & sanctus
Iob. 27 Iob, & Paulus Apostolus, & alij plures. Sed vere hoc
1.Cor.9 ipsum periculosum est imperfectis. Igitur fratres cha
2.Cor.11 rissimi, cum ex prædictis pateat dñm Iesum patrem
2.Timo.1 nostrum, de quo scriptum est, quod est pater futuri
Isaiæ,9 seculi, humilem fuisse & dominã Mariam matrẽ no-
Iohan.19 stram, cui tanq̃ filij commissi sumus, cum diceret ei
dñs. Ecce filius tuus, & ipsa nobis, dũ dictum est Io-
hanni vice omnium nostrorũ. Ecce mater tua, humi
lẽ fuisse: non decet nos filios ipsorũ expectantes hæ
reditatem cœlestem esse superbos. Humiliemus ergo
nos scdm prædictos tres modos, vt dignetur dñs spũs
sanctus respicere humilitatem nostrã, & super nos
requiescere. Sim⁹ humiles, id est, afflicti propter pec-
cata nostra, semper pœnitentes, in obseruantijs sacri
ordinis nostri nos iugiter exercentes, in silentio, in
solitudine, in ieiunijs, in abstinẽtijs, in sacris vigilijs,

in obsequijs & laboribus humilibus & vilibus, exẽplo sanctorum Hugonis nostri, & Seuerini, & alioꝝ multoꝝ, qui consueuerunt in huiusmodi vilibus laboribus alios præuenire. Studeamus propriam vilitatem, deformitatem, & miseriã veraciter agnoscere, nobis ipsis vilescere & ab alijs viles velle putari, correptiones humiliter tolerare. Discamus nos vltra virtutem nostram non extollere, sed superioribus et maioribus nos subdere, ipsos diligere & reuereri, & æqualibus nos non ꝓferre. Beatus q hunc gradũ adeptꝰ fuerit: sed beatior q se nouerit ęqlibꝰ subdere, nec se ꝓferre minori: multo beatior, q poterit se minoribꝰ subdere. Dicamus q̃tidię suspirijs in orationibus nostris. O desiderantissime & charissime pater dñe Iesu, dona nobis veram humilitatem. O pijssima & dulcissima mater dña Maria, impetra nobis hanc virtutem, vt post humiliationem nostrã obtinere hęreditatem cœlestem mereamur.

¶ Quãta dignitate creatura oĩs in filij dei incarnatione cõiuncta sit deo, & q̃ suauiter filiũ beata Maria contemplata sit, & q̃uo vtriq; benedicamus. Exhortatio III.

NOn auferet sceptrꝝ de Iuda & dux de fœmore eius, donec veniat q mittẽdꝰ est, & ipse erit expectatio gentiũ. Genes. 94. Satis est notũ quãtę lętitię et laudis est hodiernæ diei solẽnitas. Hodie nãq; offensus dñs seruulis suis, irã suã in mãsuetudinẽ ꝟtit, & cõtinere noluit diutiꝰ misericordias suas sed miserationes suas effudit super omnia opera sua. Creator quippe omnium, factus est hodie (quod olim promissum fuerat) creatura, vnde eadem abundantiore dignitate & vicinitate coniuncta est suo creatori, quàm in creatione prima Psal. 144

fuerat. Et ex hoc nunc nouo seruitio seruit omnis creatura creatori. Insuper agit in creatorem creatura & influit, regit etiam eum, & quod est amplius, dominatur eidem, præcipit & affligit. Angeli quippe obsequuntur & custodiunt, homines nutriunt, regunt, imperant, ligant, flagellant, & occidunt. Sol, luna, stellæ & cœlestia influunt: venti, æstus, frigus, & pluuia affligunt: cibus & potus reficiunt : diabolus tentat. Igitur benedicite omnia opera domini domino hodie. Inter omnes enim supra nominatas creaturas, creatura humana specialiter est honorata, ex qua sola deus factus est homo, non solum vt illam honoraret præ cæteris, sed vt lapsam, imò deperditam saluaret ac recuperaret. Excedit istud omnem miserationem, & omnia opera dei. Nec est factum simile opus

3. Reg. 10 in omnibus regnis creatoris. Hodie deus homo fact⁹ etiam passus & mortuus est. Completis enim 34. annis vitæ mortalis, opus redemptionis nostrę eodem die compleuit in cruce. Istud haud dubium ab exordio incarnatinois suę p̃sciuit, quia ab instanti conceptiōis suę (tametsi in modico corpusculo) fuerat pfectus homo intelligens & sentiens, sicut qñ erat in 34 anno. Hi anni numerati videntur in Psalmo illo deuotissimo: Deus deus meus respice in me, & cæ. qui manifeste vitam de ventre matris, & passionem crucis in 34 versibus exequitur. Igiť plenissimo affectu & mentis iubilo, laudare, magnificare, & glorificare dignum est hodierna die deum & creatorem omniū

Psal. 117 nostrum vero saluatorem: Hæc est dies quam fecit

Isaiæ. 49 dominus, exultemus & lætemur in ea. Laudate cœli & exultet terra, iubilate montes laudem quia consolatus est dominus populum suum, & pauperum suorum misertus est. Dic tu natura humana prę cæteris

Isaiæ. 63 illud Isaiæ: Miserationum domini recordabor, laudē domini annuntiabo, super omnia quæ reddidit nobis dominus, & super multitudinem bonorꝝ quę lar

gitus est, secundum indulgentiam suam, & secundũ multitudinem miserationum suarum. Ergo hodie laudate dominum omnes gentes laudate eum omnes populi, quoniam confirmata est super nos misericordia eius. Dic ecclesia: Gaudens gaudebo in domino, & exultabit anima mea in deo meo. Sũt huiuscemodi gaudiorum & laudum praeconia in sacris scripturis innumera. Horum materiam lucidissime videns, & viuacissime sentiens virgo perpetua mater dei Maria, cum gaudio in laudes dei erupit, canens: Magnificat anima mea dominum, & exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Dixi lucidissime videns, & viuacissime sentiens: quia delectatio siue sensibilis, siue intelligibilis (quae proprie dicitur gaudiũ) prouenit ex coniunctione conueniẽtes, cum sentitur & cognoscitur. Itaq; omissa delectatione sensibili si debet esse delectatio spiritiualis, seu gaudium cum laude, oportet vt id q̊d cõiungitur delectanti seu gaudenti, sit bonum conueniens & cognitum: quia nihil amatur nisi cognitum. Oportet etiam vt ipsum cui debet fieri cõiunctio sit amans id quod sibi cõiũgitur. Oportet etiam coniunctionem psam fieri actualiter. Quae quanto fuerit perfectior & firmior, tãto erit gaudium vel delectatio maior. Nunc applicando haec ad propositum nostrum, clarissimum est oĩni credenti, ꝙ beata Maria mater dei gauisa est de deo sibi coniũcto, qui vtiq; est summum bonum simpliciter & infinitum. Cuius etiam cognitionem ipsa beata virgo accepit super omnes puras creaturas, super apostolos & prophetas, & ceteros prout potest deus in vita hac agnosci. Hoc testatur venerabilis Albertus magnus in libro de laudibus Mariae, coniunctionem eius & speculatiõem excessisse puri hominis contemplationẽ. Et hoc late probans, in fine concludit dicens: Concedimus ꝙ beatissima virgo habuit statum medium inter statum simplicis viatoris, & statum simplicis cõ

Psal. 116
Isaiae. 61
Lucae.
Albertus.

prehenſoris. Sed & Alexander Papa ſuper Cantica aliquid altius ſibi in hac vita aſſcribit, dicens. Mater Ieſu pluries admiſſa eſt contemplari intuitiue diuinitatem Chriſti. Quis pius homo fidelis non facile hoc admittet? Nonne credibile eſt, quod materna fiducia, & ſecura innocentia, deuotiſſima quoque charitate permota interdum deſiderijs ardentiſſimis filium pulſauerit: Oſtende mihi fili mi faciem

Tob.3 tuam, faciem enim tuam requiro? Et quomodo cre

Pſalm.26 dibile eſt, filium Moſi precem exaudiſſe, & matris ne

Exod.33 gaſſe? Credibile omnino eſt, quod ſicut filius matris cor intime luſtrando omnia intrauerit (quod ſuſtinendo & percipiendo, ac cognoſcendo puro cordi, teſte beato Bernardo, eſt gaudioſiſſimum) ita ipſa quaſi viſitando cor filij in ipſum reintrauerit. Cognouit ergo ſibi coniunctum bonum. Amauit eum, imo ſuper omnes: Vnde Albertus dicit, quod charitas

In libr. de Mariæ fuit maior adhuc in via, quàm charitas oīs

laudi. Ma. creaturæ quo ad ſubſtantiam, ſed non quoad actum. Modo vero in patria eſt maior, etiam quo ad actū. Coniunctio vero amati cum amāte realiter in ea facta eſt perfectiſſime & firmiſſime, nedum per gratiam, ſicut in omnibus diligentibus deum, ſed etiam p aſſumptam humanitatem. In qua ei deus coniunctus eſt vt filius, & ipſa ei coniuncta eſt vt mater: quæ cōiunctio eſt firmiſſima, nec vnquam rumpetur. Non eſt ergo vlla creatura coniuncta deo vt Maria: quia ipſius filij eſt mater, cuius eſt deus pater. Coniunctio etiam per gratiam in hac adhuc mortali vita firmiſſima fuit, quia fuit confirmata in gratia, fuit etiam vt iam dictum eſt, perfectiſſima. Idcirco gaudium ſeu delectatio ſpiritualis ipſius matris dei Mariæ fuit nobiliſſima & puriſſima: & laus inde exurgens deo gratiſſima. O fratres ſi liceret iam cum matre Ieſu fabulari, & familiariter conferre de gaudio hoc per mundi cordis acceſſum, & ipſi intime

congaudere super gratijs sibi (in bonum omnium nostrum) concessis & ardenter desiderare aliquando videre gaudium eius, quando perpetue sibi gratulabimur, & in his sentire quasi pium respectum eius maternum & familiarem ad nos. O hoc deberet esse studium nostrum. O quàm iucunde morietur, qui fidutiam puram habere meruerit Mariæ. Hinc benedicimus ei assidue, dicētes cōgaudēdo (vt reciprocam benedictionē accipiamus). Benedicta tu in mulieribus. Sed lumen & gaudium maximum his suboritur. Aperite fratres charissimi intellectum & videte hoc lumen, expandite affectum, & impleamini gaudio magno valde. Cum matrem benedicimus pro donis quæ accepit, ipsi congratulando, statim sequitur filius benedicendus, qui in seipso est deꝰ benedictus in secula. Hunc benedicimus qui excedit omnem intellectum, & vincit omnem affectum & maior est omni laude. Sed quia idem benedictus deus dei filius est etiam virginis filius, cogitemus quidnam sibi inquantum homo, boni acciderit, vt ipsi quoque congratulemur. Ille homo hodierno die creatus parua corporis mole, statim vtique agnouit se sine meritis vllis accepisse dei gratiam in excellentissimo gradu & coniunctum se verbo dei deo in vnitate personæ, & alia multa quæ sileo, quæ coniunctio nobilior & excellentior, amor suauior, & illuminatio clarior extitit quàm in matre. Quid ergo putamus gaudij in illo purissimo corde Iesu fuisse, & qd laudis & gratiaꝝ actionis eum dedisse? Excedunt ista longe ea quæ in matre fuerunt. Studeamus charissimi familiaritatem, sicut cum matre, ita & maxime cum filio, matre nos auxiliante, contrahere, ipsi intime congaudere, & optare vt aliquando ad illum perueniamus statū hoc est, in cœlū, vbi copiose filij & matris dulcedine

perfruemur, & ipsis intime congratulabimur. Qui desiderat experiri congaudia prædicta, occidat necesse est omnes immundos amores, & solum deum pure diligat.

Quàm congrue incarnatio diuina per angeli annunciationē facta sit, & ad sacerdotes commonitio.

Exhortatio III.

MIssus est angelus Gabriel à deo, in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomē erat Ioseph de domo Dauid, & nomen virginis Maria. Lucę 1. Quòd hic ponuntur tot propria nomina, factum est ad ostēdendum certitudinem historiæ. Hodierna dies humanæ saluti dedicata est. In ea quippe deus homo factus est. In ea homo deus passus est, in ea idem annunciatus est. Primum in aduentu & natiuitate domini festiue agitur. Secūdum circa paschalia festa recolitur. Tertium præsenti solennitate peragitur. De ipsa igitur annuntiatione inter nos fratres tractaturi, dico q̀ ipsa annuntiatio valde congrue facta est. Primo quidem, vt seruaretur congruus ordo coniunctionis filij dei ad virginem, vt scilicet prius mens eius de ipso filio instrueretur, quàm carne eum conciperet. Vnde Augustinus dicit in libro de virginitate: (August.) Beatior fuit Maria percipiendo fidem Christi quàm concipiendo carnem Christi: Et postea subdit, Materna propinquitas nihil Mariæ præfuisset, nisi felicius Christū corde quàm carne gestasset. Sic charissimi fratres quotidie satagate, primo pura mente Christum dominum recipere, quàm ore eius sacramētum accipere. Secundo, vt ad insolitos virgo non pa

uesceret effectus, vt inquit sanctus Leo papa. Si enim impregnata fuisset ignara mysterij, merito vehementissime fuisset perturbata. Nunc vero edocta per angelum certior testis huius sacramẽti efficitur. Et voluntaria sui obsequij munera deo offerẽs, maxima sibi gratiarum merita cumulauit. Sic nos fratres promptissimam in dei seruitio volũtatem offeramus. Tertio vt ostẽderetur esse quoddam spirituale matrimonium inter filium dei & humanam naturam, & ideo per annuntiationem expectabatur consensus virginis, loco totius humanæ naturæ. In hoc matrimonium consentiamus & nos: quia deus dignatus est esse sponsus animarum nostrarum. Et singulæ animæ concipiunt Christum, vt inquit Ambrosius, quam spiritualem conceptionem præcedit etiam annuntiatio, scilicet prædicatio fidei. Præfata etiam annuntiatio cõgruè facta est per angelum. Primo quidem, vt in hoc seruaretur etiam diuina ordinatio, secundum quam mediantibus angelis diuina quæque ad homines peruenerũt. Quapropter angeli qui intellectum nostrum illuminant, semper in cœlis vident faciem patris. Et angelus Mosen, angelus Iosue, angelus Iohannem perdocuit. Dicit etiam diuinus Dionysius capit. 4. cœlestis hierar. quòd diuinum Iesu benignitatis mysteriũ, angeli primi docti sunt, postea per ipsos ad nos cognitionis gratia transijt. Secundo hoc fuit conueniens reparationi humanæ, vt angelus (inquit Beda) à deo mitteretur ad virginem partu consecrandam diuino: quia prima perditionis humanæ fuit causa, cum serpens à diabolo mittebatur ad mulierem spiritu superbiæ decipiendam. Caueamus fratres serpentinum diaboli sibulum, reparationi nostræ salutis contrarium, attendamus pium angelicũ instinctum ad perpetuam salutem directiuum. Tertio hoc congruebat virginitati matris dei. Vnde Hieronymus in sermone de assumptione beatæ Ma-

Leo papa.
Ambrosi.
Matt. 18
Exod. 14. 32
Iosue. 5
Apoc. 2. 7
Dionysi.
Beda.
Hierony.

riæ. Bene inquit angelus ad virginem mittitur, quia semp est angelis cognata virginitas. Et nos fratres fortissime custodiamus castitatem, ne amor carnalis ad alterum in mente, ne pullurio voluntaria vel con placens lateat in carne, vt digni angelico habeamur colloquio, & si non in sensu vel corporeo visu, saltē in intellectu. Præfata etiam annuntiatio congruen

Lucæ. 1

ter facta est ab angelo in specie visibili, quæ species tangitur in eo quod dicit Euangelista: Et ingressus angelus ad eam, id est, Mariam, quam Augustinus in

August.

ducit in quodam sermone ita dixisse. Venit ad me Gabriel archangelus, facie rutilans, veste coruscans, in incessu mirabilis, & cæter. Hæc vero non pos sunt pertinere nisi ad corpoream visionem. Hæc corporea apparitio fuit conueniens quātum ad tria Primo quantum ad id quod annuntiabatur. Venerat enim angelus annuntiare incarnationem inuisibilis dei. Quapropter conueniens fuit, vt ad huius rei declarationem inuisibilis creatura nuntius archange lus visibilem formam assumeret in qua appareret. Secūdo congruum fuit dignitati matris dei, quæ nō solum in mente, sed in corporeo ventre erat dei filium receptura, & ideo non solum mens eius, sed etiā sensus corporei erant visione angelica refouendi. Tertio congruebat certitudini eius quod annuntiabatur. Ea enim quæ sunt oculis subiecta, certius ap

Chrysost.

prehēdimus, quam ea quę imaginamur. Vnde Chrysostomus dicit super Matthæum, quod angelus non in somnis, imò visibiliter virgini astitit. Nam quia magnam valde relationem accipiebat ab angelo, egebat ante tantæ rei euentum visione solenni. Et nos charissimi fratres, quando dominum deum & redemptorem nostrum Iesum nedum mente, sed etiam cor pore vel ore sumus sumpturi, non solum mente, sed etiam corpore & ore, incessu, moribus, visu & verbis debemus esse ornati, vt annuntiemus omnibus

quod regem gloriæ expectamus. Cum enim apparitiones fiunt angelicæ, hoc in modo apparendi denuntiant, propter quod fiunt. Et in vsu humano tristia in veste lugubri, læta vero in fulgente & læta denũtiantur. Sic etiam decet communicaturum talẽ foris apparere, vt aduentum magni dei se indicet ad suum hospitium expectare. Præfata etiam annuntiatio congruo ordine per angelum est pfecta. Tria eñ angelus intendebat circa virginem. Primo quidẽ reddere mentem eius attentam ad tantæ rei confiderationem. Quod quidem fecit eam salutando quadã noua & insolita salutatione. Vnde Origenes super Lucã. Si sciuisset Maria ad aliũ quempiã similem esse factum sermonẽ, vtpote q̃ habebat legis scientiam, nunq̃ eam quasi peregrina talis salutatio terruisset. In hac quidem salutatione præmisit idoneitatẽ eius ad conceptũ in hoc quod dixit, gratia plena. Expressit conceptum in hoc quod dixit, dñs tecum. Et prænuntiauit honorem consequentem, cum dixit benedicta tu in mulieribus. Secũdo intendebat angelus virginem instruere de mysterio incarnationis, quod in ea erat implendum. Quod quidem fecit prænuntiando conceptũ & partũ dicens: Ecce cõcipies in vtero, & paries filium. Et ostendendo dignitatẽ prolis cõceptæ, cũ dixit: hic erit magnus, & filius altissimi vocabit. Et etiam demonstrando modũ cõcipiendi, cũ dixit: Spũs sanctus supueniet in te, & virtus altissimi obũbrabit tibi. Tertio intendebat angelus animũ virginis inducere ad consensum, q̃d quidem fecit exemplo Elizabet sterilis fœcundatæ, non quasi sufficiente argumẽto sed quasi quodam figurali signo. Vnde Ambrosius dicit in Hexameron. Ob hoc multæ steriles pueneRũt, vt partus credat ꝟginis. Angel⁹ ꝟo volẽs efficacius virginẽ mouere ad cõsensum, efficax argumentũ de omnipotẽtia diuina apposuit, dicẽs, qa non erit impossibile apud deum omne verbũ.

Origenes.

Lucæ. 1

Ambrosi.

Et quia nos fratres dilectissimi quotidie sumimus id quod virgo concepit, simus exemplo eius attenti ad id quod gerimus, & ad tanti sacramenti considerationem. Cognoscamus etiam mysterium. Ex vi consecrationis sub specie panis est corpus Christi verum, & sub specie vini est sanguis Christi verus. Sed quia nunc in gloria, corpus Christi non est sine sanguine & sanguis Christi non est extra corpus, sed in corpore eius, & humanitas assumpta à verbo & filio dei, non est sine verbo aut filio dei, & filius non est sine patre, neque sine spiritusancto, sequitur ꝙ ex concomitãtia sub vtraqꝫ specie panis & vini est totus Christus & tota trinitas implens cœlum & terram. Nec hæsitemus de transsubstantiatione: quia omnipotẽs deus est, qui hoc mysterium instituit, apud quem nõ est impossibile omne verbum. Et prima & incommutabilis, & infallibilis veritas est (cui fide innitimur) quæ dixit: Hoc est corpus meum. Et rursum: Hic est sanguis meus, ergo de necessitate ita est. Vltimo & hoc moueamus, cum scriptum sit: Ante mortem ne ludes hominem quenquam, cur angelus ad virginem veniens, & eam humilem inuenire & relinquere quærens, ab eius laude inchoauit, dicens: Aue gratia plena, &c. Hic respõdet sanctus Thomas quod animo humili nihil est mirabiliꝰ, quam auditus suæ excellentiæ. Admiratio autem maxime attentionem animi facit. Et ideo angelus volens mentem virginis attentam reddere ad auditum tanti mysterij, ab eius laude incepit. Notemus hoc fratres, animo humili nihil esse mirabilius, quàm auditꝰ suę excellentiæ. Econtrario animo superbo, nihil esse iucũdius, quàm auditus proprię excellentiæ. Vnde Lyra: Cogitans Aman in corde suo, & reputans, quod nullũ rex nisi se vellet honorare, declarat satis ꝙ modus supbi est æstimare ꝙ nullꝰ nisi ipse debeat honorari. Amã ꝟo in pręfato libro nominaẽ superbissimus. Ec

Eucharistiæ veritas.

Iohann. 1

Matth. 26

Ecclesi. 11

3. part. q. 30. ar. vlt.

Hester. 6

ce fratres habemus vnde vnusquisq; se qualis sit pro
bet. Et quia testantibus apostolis Petro & Iacobo, de Iacob. 4
us superbis resistit, Amã i conatibus suis restitit deus 2.Petri.4
& à gloria ad ignominiam crucis perduxit. Mariæ
vero humili (quia deus humilibus dat gratiam) dedit
plenitudinem gratiæ & gloriæ. Simus ergo humiles
vt laudes non concupiscamus. Tamen exemplo hu
milis Iesu domini dei nostri, & humilis matris eius
Mariæ, ea quæ digna sunt laude, feruentissime aga-
mus. Hoc quippe spectat ad magnanimum, vt quæq;
digna laude perficiat; sed laudem non attendit, nec p
mercede habere desiderat, sed soli deo placere concu-
piscit. Hanc virtutem meritis piissimę matris suæ Ma
riæ perpetuæ virginis, nobis concedere & dare digne
tur Iesus Christus, isto die annuntiatus, conceptus,
& passus, vt sibi interno mentis gaudio semper pla-
cere, & in æterna felicitate in eo æternaliter gaudere
valeamus.

¶ Incarnationis diuinæ beneficia, exercitiumque mentaliter colloquendi deo, sacrificaturis idoneum.

Exhortatio IIII.

HAEC est dies quam fecit dominus, ex-
ultemus & lætemur in ea. Psalm. 117.
O felicissima dies, in qua perpetuæ te-
nebræ cum tormentis suis, tenebrę in-
quã exteriores pariter & interiores dif
fugierunt à nobis, in qua sedentibus
in tenebris & vmbra mortis, veritas vitæ apparuit. Lucæ.1
In qua populus qui ambulabat in tenebris, vidit lu- Isaiæ.9
cem magnã. In qua habitantibus in regione vmbræ Iohann.1
mortis, lux orta est. In qua venit q illuminat omnẽ Iohann.8
hoiem venientem in hũc mundum. In qua venit lux

mundi. In qua mors nostra mortua est, & vita re-
uixit. O homo credens euangelio, perpende diligē-
ter, quæ tibi à deo tuo donata sunt hodie. Aperi inte-
3 Reg.8 riores oculos tuos, vide cernentem omnia, qui solus
Hebr.4 nouit corda omnium filorum hominū, cui omnia nu
da & aperta sunt, & occupet te sola. In hac cōsidera-
tione intuēs eius ita pñtia occupet, vt pter illū aliud
nihil sentias solus ipse te totū habeat. Loquere ei fi
ducialiter qa exorabilis est, & bñ ac libens audiens.
Custodi tamē vt humilis, tibiipsi vilis, ipsi vero inni
tens, loquaris. Ad nulla alia aduertas, solus sis cum
solo dilecto diligenti. Dic: O superamabilis & super
Psal.30 amate pater & domine, quid fecisti mihi sic hodie?
Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine.
Præ multitudine amoris tui oblitus es propriæ ex
cellentiæ & dignitatis tuæ, & maiestatis tuæ: &
magnitudo amoris te mecum vilem fecit. Tu im
mortalis deus, hodie factus es homo passibilis. Cre-
ator meus, factus es redemptor meus. Et vt bre-
uibus vtar, factus es piissimus meus saluator, mi-
sericordissimus, clementissimus, benignissimus, &
charitatiuissimus. Antequam procedamus, vim
harum dictionum intelligamus. Pietas est cultus
quem inferior impendit superiori, vel seruitus,
vt filij parentibus, serui dominis, discipuli magi-
stris, creatura deo. Quando vero econtrario su
perior impendit seruitium inferiori, est magna pie
tas. Sic dominus Iesus, pater noster, dominus
noster, magister noster, deus noster, fecit maxi-
mam pietatem, nobis seruitium impendendo. De
Esa.40 qua pietate habetur apud Esaiam: In brachio suo
congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas
ipse portabit. O pietas: hodie Iesus extendit brachia
sua in cruce, vt omne genus hominum ad se trahe-
ret. Attractos, & per fidem atq; charitatem agnos
factos, in sinu suo leuauit, sicut res charas eos diligē

ter custodiens. Et fœtas, id est, fœcundos, portans id est, conseruans donec fructus producant: Venit enim quærere & saluum facere quod perierat, peccatores non iustos. Omnes enim peccauerunt. In his ostendit pietatem suam, Sequitur secundum, scilicz misericordia. Illa necessaria est miseris. Omnis homo veraciter est miser. Domini vero Iesu proprium est misereri & parcere. Sequitur tertium, scilicet clementia, ad quam spectat diminuere pœnam Omnis homo peccatis suis pœnam commeruit. Dominus Iesus accepit in se pœnas nostras. Sequitur quartum, scilicet benignitas, ad quam spectat aliis opitulari & benefacere quos diligit. Omnis enim homo est inops & indigens auxilio, & multis. Dominus Iesus accepit dona in hominibus distribuenda. Sequitur quintum, scilicet charitas quæ fundatur super communicatione æternæ beatitudinis, communis deo, angelis & hominibus Omnis homo circa beatitudinem hanc periclitatur Dominus Iesus æternam beatitudinē hodie nobis commeruit. Nunc procedamus. Quando homo dei in secreto loquitur domino Iesu saluatori suo piissimo, tunc debet ei seipsum offerre peccatorem indignissimum, indigentem pietate sua, corde domino Iesu saluatori piissimo loquens & ostendens Ecce habes peccatorem cui pietatem tuam impendas Sic appellando eum saluatorem misericordissimum ostēdere debet se ipsum veraciter miserū. Appellando vero clementissimum, ostendere debet seipsum debitorem multarum magnarumq; pœnarum. Appellando benignissimum, ostendere debet se ipsum indigentem. Apellando charitatiuissimum ostendere debet se ipsum circa æternam beatitudinem periclitantem. Omnia cum quodam gemitu, & sine distractione ad alia, quia loqtur solus cū solo sup oīa p̄dilecto, à q̄ nullo pacto in tali colloqo est

Roma. 3

Psal. 67

Ephe. 4

recedendum. Procede homo dei, & dic domino Iesu deo & homini saluatori tuo cum magna fiducia. O fili Mariæ virginis, plenus omnibus gratijs, virtutibus donis & meritis melior omnibus, superamabilis, sanctior sanctis vniuersis. O verissime amator, amor meus superdulcissimus, obsecro te, dulcis meus per gratiam vnionis, id est, illam per quam tua humanitas, scilicet anima & corpus, coniuncta est deitati in verbo incommutabili, in vnitate personali non essentiali. Hæc omnia & plura valde deuota habentur prolixe in primo libro.

DE NATIVITATE Christi.

Titulus secundus.

¶ Quomodo de Christi Incarnatione Natiuitateq; creaturæ omnes gaudeant, Hymni angelici (Gloria in excelsis) explicatio, inuidiæ odijq; detestatio.

Exhortatio. I.

GLoria in excelsis deo Lucæ 2. Carmē hoc letitiæ, gratiarumq; actionis oēs angeli cecinerunt deo, adorantes puerum Iesum per natiuitatem mundum
Psalmo.96 ingressum. Vnde impleta est prophetia, quæ dicit. Adorate eum omnes
Hebræ.1. angeli eius. Quod idem apostolus ad hebræos innuit vbi ait. Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit, Et adorent eum omnes angeli

dei. Introducendum dicit quasi hæredem in possessionem, propter aduentum Chisti, qui iuxta propositũ bipartiri potest. Primus hodie impletus est, quo acquisiuit sibi in fide & charitate adhærẽtes, sicut vero domino & in æternum secum regnaturos. Secundus aduentus implebitur in fine seculi, quando pfecte omnia subĳcientur ei, etiam hostes. Iuxta illud Psalmi: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Sanctus Ambrosius in homilia præsentis solemnitatis dicit prophetiam impletam, scilicet illam: Laudate dominũ de cœlis laudate eũ in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius Prosequitur vero laudẽ Psal. dic. Laudate eũ oẽs virtutes eius. Virtutes dei in plurali numeo ponũtur, ꝓpter pluralitatẽ creaturarum, quibus virtutem suam communicauit per participationẽ ipse deus omnipotens. Non est enim vlla creatura, quæ non habeat aliquam a deo donatam sibi virtutem propriam & singularem. Quod est valde mirabile considerata tanta rerum multitudine. Vnumquodq; enim ens creatum habet propriam essentiam siue naturam, & propriam secundum eam operandi virtutem, quanquã multam habeat cum sibi simililibus conformitatem sicut vnum gramen, cum omnibus graminibus: arena vna, cum omnibus arenis, gutta pluuiæ, cum omnibus guttis & sic de alĳs. Hinc est (vt testantur philosophi) quod singulis rebus coniungitur inseparabiliter cum transcendentibus transcendens, quod dicitur vnum, non quidem principium numeri, sed q̊d innuit & facit vnum ens, discretum ab omni alio ente. Habet ergo vnumquodq; ens suam propriam virtutem. Hæ virtutes citantur hodie ad laudandum deum. Non enim per virtutes intelligere debemus vnum de nouem choris angelorum, cum iam ille chorus in communi, cum cæteris choris, nomine angelorum expressus sit, Intendit enim psalmist. oẽs

creaturas inuitare ad laudem dei. Et quia nimia proli-xitas hoc impediret, voluit aliquas principales nominare, in quibus alię cōcluderētur sicut etiam in hy-
Danie. 3
mno triū puerorū q̄dā principalia creata posita sunt ad benedicendū, in qbus alia ōnia subintelligūt. In q̄ etiā hymno post angelos & cœlos & aquas, quæ super cœlos sunt (quę singulariter exprimunt, ꝓpter aquas existētes sub cœlis, & postea spēalit nomināt) virtutes dñi collocātur in dei bñdictiōes, de quibus virtutibus iam disseruimus. In eodē, versu quinto canitur Bñdicite imber & ros dño, bñdicite ois, id est oēs, spiritus dei dño, id est, vēti. Nō enim loquūtur pueri hoc in loco de spiritibus angelicis qui primo positi sunt, neq; de humanis q postea in fine ponūt, vbi dicitur: Bñdicite spūs & animæ iustorū dño. Sed loquūtur de elemētaribus spiritibus, id est, vētis, sicut sunt cætera inter q̄ locati sunt vt sunt imber, ros, ignis, & cætera q̄ sequunt. Nec mirabile alicui videri debet cur ꝑter cæteras creaturas sola hūana natura sub diuersis noibus in vtroq; carmine inducat ad laudādū ac bñdicēdū deū qa illi soli vtq; hymnus dictatus est, vt in diuersis statibus in vita ꝑsenti pariterq; futura creatorē suū atq; redēptorē laudet, bñdicatq; in secula. Sicut aūt ꝟtutes omnium creaturarū, & int eas spēalit virtutes naturales hūanitatis Christi citatæ sunt ad laudādū deū cū sanctis angelis: ita etiā oēs creaturę citāt. Vñ nōnullę exprimūt cū psallit: Lau-
Psal. 148
date eū sol & luna, &c. q̄ sequūt. Et hoc dignū & iustū erit, qa in incarnatiōe, & natiuitate, & cōsequēt in vita dei hūanitati oēs creaturę exaltatę sūt & a suo creatore honoratę honore magno. Ex hoc em̄ die āgelorū ruina reparat, āgeli Chrō dño obsequūt & eidē custodiā impēdūt sicut cęteris puris hōibus q̄d est eis causa singularis & magni gaudij. Angeloꝝ insup natura exaltata & nobilitata est qa in Christo deus naturā intellectualē assūpsit. Solis & lune, stellaꝝ cœloꝝq;

influentiæ in corpe dei hũanati opatæ sunt, dic nocturq; lumẽ pbuerũt & suis latiõibus, sicut aliorũ corpora naturalit rexerũt, de q magnifice gloriari possunt. Elemẽta iucũdãt, qa ex eis corp9 Christi cõstat. Iumenta lætãt qa habẽt vnũ de suis. s. asinũ, q regem Chrm̃ vexit. Oĩa ex qbus cibi & potus hũani cõficiunt delectant, qa dñm Iesum deum & hoiem nutrierũt. Et sic eũdũ est p singulas creaturas. Homo em̃ (teste Greg.) est om̃is creatura, s. participatiue. Qñ ergo deus fact9 est hõ & creatura, honorata est om̃is creatura. Lætẽt igit cœli & exultet terra, cõmoueat mare & plenitudo eius, gaudeãt cãpi & oĩa q̃ in eis sunt Exultẽt oĩa ligna syluarũ, iubilẽt mõtes, parit'q; oẽs creaturæ dei laudẽ, qa creator fact9 est creatura. Creaturæ q̃ nõ sunt capaces cognitiõis vł amoris dicũt laudare vł bñdicere deũ qa itellectuales creaturas laudare faciũt. Sũt em̃ creaturæ intellectu carẽtes, vestigia dei. Sicut em̃ in vestigio cõsiderat qs ibidẽ fuerit siue bestia, siue homo, vir, siue mulier, vł puer (vt patet in Dan. de vestigijs pedũ) sic in oibus creaturis pspicit p intellectũ q̃d affuerit ipsis virt9 infinita, sapientia quoq; & bonitas vt ex nihilo in esse prodirent Et hæc prouocant intelligentes in admirationem & laudem. Homo super hæc habet vsum rationis, per quam peruenit ad rerum intelligentiam. Est enim homo creatus in vmbram vltimi angeli, (secundum Augustinum) cui assimilatur in vltimo gradu intelligentię. Hinc est quod dicitur creatus ad imaginem dei. Angelica vero natura vicinior est deo creata in vmbra dei, hinc est quod dicitur: signaculum similitudinis. quia in ea similitudo dei perfectius est expressa, vel impressa. Hæ duæ naturæ per intellectũ et amorem tendũt in deũ vltra omnia creata. Inde est q̃d angeli cognita diuina dignatione, & ad oẽm creaturam & specialit hũanã naturã exaltãdã, ardentissimo amore in laudẽ dei hoi cõgaudẽdo, pruperũt cãtãtes; Gl'ia in altissimis. i. excelsis deo. Tãta est in spi

Daniel. 14

Augusti.

Ezech. 28

ritibus angelicis perfectio charitatis vt nesciant homini inuidere super impenso ei a deo benificio maximo atque honore, sed magis velint ipsi congaudere.

Hebræ.1 O quarũ, charissimi frẽs, humana hũilitas teneť deo sup pſtito bñficio &angelicis spiritibus sup exhibito cõgaudio. Dicit aposto. Nusquam angelos appræhendit, sed semen Abrahæ, de hac sui derelictione angeli non contristantur, sed homini honorato congaudent & deo gratias iubilant: nosq; debemus in prosperis inuicem congaudere, & non de bono alterius tristari. Vnde dicit apostolus: Gaudendum cum gaudentibus. Tenemur itaq; proximo cõgaudere, quia tenemur sicut nosipsos ipm diligere. Miserrimũ infernale peccatũ est inuidia rodens & comedens cor inuidentis, producitq; filiam infernalem odium nomine quod gaudet de malo alterius. Nos vero docti sum9 ab apostolo, flere cũ flentibus. Ego vidi quendã virũ valde cõtristatum, quem percunctabar cur tam tristem vultum prę se ferret, Respondit: Affligit me

Inuidia. profectus vnius boni viri. Ecce inuidia: Quidam duorum aduersarius dixit quibusdam: Vellem me stare vno pede super scapulam illius aduersarij mei &alio

Odium. pede super scapulam alterius, & sic nos pariter descendere viuentes in infernum. Ecce odium, fratres mei præueniatis domini faciem, orantes vt non permittat vos tangi veneno illo infernali. Quod si tetigerit, humilima & maxima instantia agatis apud deum, vt tollat a vobis antequam in opus procedat. Vt vero deus citius exaudiat: studeatis illi contra quem mouemini esse affabiles, ciuiles, & illius ex animo promotores, eundem semper apud alios cõmendantes, & eundem in suis defectibus supportantes. Quod si hoc venenũ in opus processerit, difficillime abstergetur. Sæpe durat vsq; ad sepulchrum, imo inæternum cum dęmonibus in sempiternis supplicijs Et quod valde cauendm est, palliat se non rarọ in

hac vita venenum hoc infernale inuidiæ & odíj sub zelo iusticiæ. Dicũt enim se bene moueri cõtra proximum, qui hoc veneno infecti sunt excęcati a malitia sua. Signũ verũ odíj vel inuidię est q̃d displicẽt oĩa quæ agit ille q odio habetur, etiã si bona sint. Quidã Franciscanorũ pater, p̃dicator & cõfessor veniẽs ex terra vbi vigebat peccatũ ptialitatis (hoc est, inuidia & odiũ) dicebat se nullũ repperisse ptialem, quia omnes dicebant se bene & secũdũ deũ moueri ad persequendum partẽ aduersam. O venenum mortiferum q̊d diffusum est p mũdũ & oẽs status ecclesiæ. Hoc venenũ longe est a sanctis angelis qui nobis ex perfecta charitate congaudẽtes deo gratias egerũt & glorificauerunt cantantes & dicentes: Gloria in altissimis deo & in terra pax hominibus bonæ volũtatis. Hos imitemur, vt pacem cũ deo habere mereamur. Sed qa fratres dilectissimi hoc carmen angelicũ Gloria in excelsis frequantatis, cupitis scire & informari, quõ attẽte & deuote cũ iubilo hoc perficere valeatis. Breuiter hoc expediã: vos singula dicenda bene intelligatis & discernatis. Reqritur imprimis ꝙ bene de deo sentiatis q̊d fit in intellectu per fidem de veritate vel qddĩtate dei illustrato, Bene sentire de deo, facit eum nobis amabilem. Est autem donũ dei ab eo petendũ & impetrãdum. Secundo reqritur vt sitis ĩ deo bene affecti q̃d fit in volũtate cõformi diuino beneplacito per amorẽ & verã charitatẽ. Tertio reqritur vt dictiones huius carminis bene intelligatis & discernatis. Bene sentire de deo, est credere eum esse superintellectualẽ spiritũ, dicit enĩ dominus: Spiritus est de9. Est etiã supintellectualis, qa a nullo intellectu potest cõp̃hẽdi, sed excedit omnẽ intelligẽtiã, Ipse vero solus cognoscit & cõp̃hẽdit oĩa, & pleniss. penetrat. Idcirco omnia nuda & apta sunt ei. Est ergo intellectus diuinus pfectiss. immẽsus, infinitus, cui null9 est termin9 cui nihil deest nec habet aliqd de inscitia pmixtũ Iohan.4 Hebræ.4

exclufo in infinitũ omĩ errore. Similiter potẽtia eius eſt infinita, nihil habens de impotentia ꝑmixtum. Sic eſt etiam ſentiendũ de amore, benignitate, miſericordia, gratioſitate, dulcedine, largitate, & cæteris omnibus q̃ digne poſſunt de deo cogitari, vel ei aſſcribi, qa oĩa talia ſunt infinita, imò vnũ bonũ ſupamabile infinitũ incõtaminatũ nihil habens de cõtrario pmixtũ, igiť eſt optimus. Hic eſt deus ſolus incõmutabilis. i. ſemp manens idipſum q̊d eſt, vnic⁹ impmutabilis actus, hoc eſt dictũ (ſcd̃m modũ loquẽdi noſtrꝝ) quod deus ſimul & ſemel intelligit vel cognoſcit ſe & omĩa ab æterno in æternũ incõmutabiliter. Semel dicitur qa hoc ipſum nunq̃ perit, nunq̃ renouať, neqꝫ eſt accidẽs, ſicut eſt in nobis, ſed eſt ſubſtãtia diuina. In hoc ipſo intelligere etiã naturaliter & incõmutabiliter ſunt potẽtia, vel vis notionaliť accepta, q̃ eſt pater, & cõceptus intellectus, hoc eſt, verbũ, ſiue filius, & actus voluntatis tẽdẽtis in verꝝ agnitũ, in intellectu tãq̃ in bonũ. i. ſpũs ſanctus. Si em̃ deus ſeipm̃ a ſeipſo intellectũ nõ diligeret, quũ ſit ſummũ bonũ & amabile, deus non eſſet bonus, q̊d eſt maximũ inconueniens & impoſſibile. Quare hoc ipſum incõmutabile intelligere ſupra dictũ, eſt vnũ & trinũ, vnũ in eſſentia, qa vnus ſpũs ſupintellectualis, ſemp actu intelligens ſubſtãtialiter: trinũ, qa tres ſunt in illo actu hypoſtaſes. i. pſonæ differentes, nõ in eſſentia, ſed in ſubſiſtẽdo. Quia potentia vel vis intellectiua, vt producens, q̃ eſt pater, non eſt cõceptus intellectus diuini, vel ỽbũ q̊d ab eo procedit in actu intelligẽdi. i. filius, neqꝫ ab aliq̊ gigniť, neqꝫ pcedit. Verbum etiã. i. filius per generationẽ procedens, nõ eſt potẽtia vel vis intellectiua, vt intelligens & pducens eſt, q̃ eſt pater, ſed ab ea potẽtia, i. patre, gigniť. Similiter amor per modũ ſpũs tẽdẽs in bonũ intellectũ, nõ eſt potentia vel vis intellectiua in ſimilitudinẽ ſui pducẽs. i. pater neqꝫ eſt ỽbũ vel conceptus diuini intellectus. i. filius

sed ambo℞ patris.s.& filij spūs,& ab eis p modū spiratiōis,pcedēs. Vna ergo psona nō ē alia sed differūt in,pprietatib⁹, vtiā dictū ē. Sūt tñ simul in vno actu itellectuali ꝑpetuo &incōmutabilif subsistētes, nō variabiles,nec accidētia. Necessario itaq; sunt tres subsistētię, q̄s psonas appellam⁹ in deo,qa accidēs, mutatio, mot9,actio finita, vł renouatio act⁹ itelligēdi,& similia,esse nō possunt in deo.Est em̄ deus ens immobile,oia mouēs:Ois em̄ creatura est in cōtinuo motu nihil ꝟo mouef á semetipso,sed p mouens,cū motus sit actus mobilis:& qa nō fit,pcessus in infinitū,oportet deuenire ad vnū ens perfectū, & immobile,& impermutabile q̄d omia moueat,& hoc ens est deus,iuxta philosopho℞ sententiā. Si tale ens inueniri non posset,deus nunq̄ fuisset,neq; vlla creatura. Est ergo deus vnus in essentia,& trinus in subsistētijs.i. psonis,q̄ scd̄m modū loquendi nostr℞ dicunf paf & fili⁹ et spūs sanct9. Vis em̄ intellectualis,qa gñat,dicif pater:procedit em̄ ab ea viuēte vita intellectuali viuēs intellectualis, scd̄m rationē sł'itudinis in idētitate naturę.s.ꝟbū vel cōcept9 mētis diuinę.Vis ꝟo viuēstali mō i naturæ similitudinē,pcedēs,apđ nos dicif fili9 amor aūt dei dicif spūs. Sic em̄ nos motū noiamus, qn̄ ab occulto principio,pcedit. Vn̄ cōuenietēr, scd̄m q̄d diuina humanis ꝟbis significari possunt, ipse diuinus amor,pcedēs spūs nomē accepit.Etiā sctūs spūs dicif,qa in deo amor imundus locū nō habet. Et qa nō possum9 amare intelligibili amore, nisi q̄d actu p intellectū cōcipim⁹ cōceptio aūt intellectus est ꝟbū, vł fili9 mētis,necessario amor ex ꝟbo orif.Ex qbus oibus colligif,q̄d spūsctūs á patre &filio,pcedit.Hęc aūt noia sunt iposita scd̄m modūloquēdi nostr℞: differētia aūt psona℞ est,ppf incōmunicabilitatē.Esse em̄ incōmunicabilē,psonā distinctā efficit in natura intellectuali.Propriū est patri gñare,propriū est filio generari,propriū est spūisancto ab vtroq;,pcedere, Et

nullum horum est alteri communicabile. Sunt ergo três personæ in diuinitate, manente vna essentia atque substantia. Vis enim vel potentia intellectiua diuina, vt intelligens ac dicens, quæ est pater, communicat omnem naturam, id est, essentiã & esse diuinum verbo intellectuali, sc3 filio, & pater & filius simul spiritui sancto, in actu intellectuali incommutabili. Vnde dicit dominus filius de patre: sicut habet pater vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in se

Iohann.5 metipso. Et illud: Oĩa quæ habet pater mea sunt. De

Iohann.16 spiritusancto dicit idem filius: De meo accipiet, quem

Iohann.15 dixerat à patre procedere. Hoc spiritus sanctus à filio accepit, quod filius habuit scilicet naturam & essentiam diuinam. Quam etiam à patre idem spiritus

1.Iohan.2 accepit, quando ab eo processit. Vnde Iohannes in

12.6.8 sua Canonica: Si quis dilexerit mundum, non est spiritus patris in illo. Et Paulus Apostol9: Quisquis aũt spiritum Christi non habet, hic non est eius. Ergo est vtriusq; spiritus. Hic deus omnis boni author, quamuis in seipso existens maior sit omni laude, cultu & amore, tamen propter beneficia impensa omni creaturæ in creatione, & incarnatione, dignus est superlaudari, & superglorificari, & singulariter ab homine vel natura humana cultu deuotissimo, amore quoq; ardentissimo. Igitur fratres dilectissimi, ex his atq; similibus frabricate vobis ænigma dei veri & optimi nobilissimum, quod occurrat vobis oĩ tempore in momento, quando conuertere vos vultis ad deum & specialiter quando in oratione dominica dicitis. Sãctificetur nomen tuum, vel gloria in excelsis deo quod habenti consuetudinem leuissimum est, & pre

Matth.6 sentato (per illud ænigma) deo occurrite cum voluntate ipsi plenianissime conformata, quãtum potestis & cum pleno & amorosissimo, quo valetis affectu sentiatisq; quantum ipse dederit, eum intellectum vestrum, & fidem, voluntatem quoq;, atq; affectum ve

ſtrum, totum etiam hominem abſq; ambiguitate inſpicere. Proprium eñ eſt diuinæ naturæ, q̊d omnia cognoſcat pleniſſime, & incommutabiliter. Aſpicit ergo omnia, & nos ſingulos oculo ſupintellectuali, miſericordiſſimo, benigniſſimo & amoroſiſſimo, &c. excluſo omni amaro & terribili: Nihil eñ odit eoꝝ q̃ fecit. In hoc actu concurrunt vis intellectiua, conceptus mentis vel verbum, & amor. i. pater & filius, & ſpũſſanctus vnus deus. Sic pie ſentientes de deo, tũc quaſi iaculum mittatis deſiderium veſtrum in deũ dicentes: [Gloria in excelſis deo.] Gloria dicitur quaſi claria. i. clara cum laude notitia, vel communis laus cum clara notitia. In vulgari, eyn gemeyne prys. Deſiderat ergo laudans, q̊d ab omnibus dei bonitas cognoſcatᷓ & laudetᷓ: & congaudet deo, cui nihil pręſtare poteſt, q̊d in ſeipſo bonus & laudabilis eſt. Hęc gloria eſt cõmunis laus, qñ tamen ab vno fit, ille agit vice omniũ, hæc laus vel gloria eſt charitatis actus, hominis diligentis deũ ſuper omnia. Idẽ fit qñ in veritate dicitur in oratione dñica: Sanctificetur nomen tuũ, quod puriſſimo affectu & iaculatorie debet dici. Quia hmõi affectio vel deſiderium vel oratio ad modum iaculi dei cor vulnerat. [Et in terra pax hominibus bonæ volũtatis.] Hæc eſt pax dei, quæ exuperat oẽm ſenſum, dat eñ gaudiũ mũdo cordi (idẽ homini bonæ volũtatis) inexplicabile, facit filios & hæredes dei, cohæredes aũt Chriſti. Hæc eſt maxima dignatio, & diuina miſeratio, poſt infinitas offenſas & peccata talẽ offerre pacẽ hoibus, Idcirco eccleſia addit cãtico huic angelico [Laudamus te.] Laudare eſt bona alicuius facta enarrare. Hoc facimus deo, qñ pſalmos & alias ſcripturas, in quibus diuina opa cõtinentur, pſallimus & cãtamus, vt patet in ſolẽnitatibus domini, & in feſtis ſanctoꝝ. In qbus erga nos, vel ſingulariter ad ſanctos diuinã gratiã, charitatẽ & miſericordiã annunciamus. Aduerte ꝙ ſicut gloria eſt com

Sapien. 11
Pſal. 15
Deut. 6
Matt. 22
Matth. 6
Philip. 4
Roma. 8

munis laus ita laus est particularis laudatio, q̃ cũ ab omnibus fit, vice singulorũ fit [Benedicimus te]. Benedicere est vel alteri, vel sibiipsi bonũ fauere verbis hoc ꝓtestãdo, sicut cũ dicimus, dñs vobiscũ, bona dies, &c. Ecõtrario maledicere est malũ fauere verbis. Potest tñ fieri solo corde, & tũc fit verbis cordis. Ita dicit in Psalm. Labia dolosa in corde, & corde locuti
Psalm. 11 sunt. Et alibi: Ore suo bñdicebãt, & corde suo male-
Psalm. 61 dicebãt. Proprie tñ & ꝑfecte vtrunq; fit corde & ore. Benedicimus ergo dñm, qñ loquimur de deo bonũ cũ fauore, sic dicendo: O q̃ bonus dñs, viuat in ęternum Amando em̃ gratulamur ei idipsum bonũ q̊d est, et fauentes corde & ore, laudẽ quoq; & gloriã ei debitã. In quo actu totũ interiorem hoĩem cũ feruore cõuertere vel dirigere debet homo in deũ, diligentẽ ac dilectum & inspectantem, & ei corde dicere: Ex toto, vel in toto corde meo faueo vel opto deo meo laudẽ & gloriã suã, &c. Non est articulus ardẽtior in toto gloria in excelsis isto, in q̃ nihil sibi de suo reseruat, sed se totũ & omnia in dei gloriã ardẽtissimo affectu offert, & ibidem clarius dei præsentiã sentit homo. Ad hunc actũ prouocant nos omnia opa dei. Vnde dicit in Daniele: Bñdicite oĩa opera dñi dño, bñdicite ange
Daniel, 3 li dñi dño, bñdicite filii hoĩm dño. Bñdicere est laudare cũ fauore [Adoramus te] Adorare est reuerẽtiã vel honorẽ (scd̃m q̊d est capax) alicui exhibere. Alia reuerẽtia debet Papæ, alia episcopo, &c. alia imperatori, alia regi, alia duci, & sic de cæteris, vnicuiq; scd̃m excellentiã & dñium ipsorũ. Deo v̊o reuerentiã exhibemus, tanq̃ authori & creatori vniuersæ creaturæ, datori gratiæ, & collatori gloriæ, q̊d nulli creaturæ conuenit. Ideo bene & congruẽter seqtur [Glorificamus te]. i. cõmunem clarã laudẽ impẽdimus, te talẽ (vt ꝑscribitur) ꝑdicando, vel pro singulis beneficiis omnibus in cõmuni, vel aliqbus sanctis specialiter ꝑstitis, te laudãdo apte & manifeste [Gratias agimus

tibi,ppter gloriã tuã magnã] q̃ scз manifestasti nobis q̃ et ã sanctis tuis & nobis,pmisisti te daturꝫ: q̃ & beati iã in cœlis receperũt [Dñe deus rex cœlestis, deus pater omnipotẽs,dñe fili vnigenite Iesu Christe] Et aliqui addũt in ecclesia dei [Spũs & alme orphanoꝝ paraclete] Supius gloria & laus,&c̃,directa sunt vnitati trinitatis, hic ỽo diriguñ trinitati vnitatis vt pariñ nobis vnitas insinueñ,&trinitas: q̃ trinitas nũq̃ aduerteretñ,si semper vniformiter sub verbis vnitatẽ ꝑferentibus,deus nobis exprimeretur. Fixe tñ tenẽdum est & credendũ, ꝙ vni personæ in diuinis sine aliis duabus,quasi ab ea separatis, nunq̃ impẽditur adoratio.i.reuerentia vel honor,nec dirigiñ oratio, nec duabus psonis sine tertia aliqd exhibeñ,qa ã tota trinitate recediñ si in ea vnitas non serueñ, Similiter ã tota vnitate recediñ si in ea trinitas nõ serueñ,trinitas non seruaũ vel qñ tres psonæ creduñ tres dii,vl qñ esse creduñ mutabiles,vel accidentia. Et sic solueretñ tota deitas,nec esset deus. Sunt eñ tres psonæ inseparabiles,& vnus simplicissimus supintellectualis spũs & vnicus actus supintellectualis substãtialis. Hoc,qa ad imaginẽ dei creati sumus,in nobis vtcũqꝫ experimur per aliqualẽ similitudinem intellectu existẽte in actu,qa cõceptus mẽtis nostræ, vel verbũ,nõ est sine vi intellectiua, &amore boni intellecti cui intẽdit intellectus,sicut ỽo. Qñ ergo rogamus patrem per filiũ, rogamus filiũ æqualiter sicut patrẽ,& cum vtroqꝫ spiritũ sanctũ. Dicendo vero per dñm nostꝝ Iesum Chrm̃,&c.illũ significamus, q pro nobis crucifixus est. Sicut aũt pater & spũssanctus sunt idẽ q̃d filius,&eo inseparabiles,non sunt tamen propter hoc incarnati,nec pro peccatis nostris sat sfecerunt, nec crucifixi sunt: sic filius licet crucifixus sit, & interpellet pro nobis,non tamen propter hoc destitit sedere cũ patre,&spũsancto in sede maiestatis, & exaudire ꝑces nostras,sicut pater & spiritussanctus, & adora

Leo papa.

Genesi. 1

Roman. 8

pultus, qui in tumulo mortuus iacuerat, qui postea resurrexit, Est ergo ei potestas data, sed nõ plene, vt in futuro. Ideo dicit Apostolus: Nunc autem necdũ videmus omnia subiecta ei, scilicz executiue & plene sicut fiet in extremo iudicio, de quo loquitur propheta Dani. quãquã omnia plene ei sunt subiecta, sed nõ illo modo sicut tũc. Hæc dicta sunt, vt tollaẽ falsum ænigma de persona patris. Quandoquidem similia habentur in alijs locis scripturæ sacræ, filius vel verbum assumpsit quidem totũ hominem in vnitate personali: naturam tamen diuinam non mutat, nec deseruit, in qua est omnino inuisibilis. Spiritus sãctus apparuit vna vice in colũbæ specie alia vice in linguis igneis: sed eisdẽ creaturis nõ fuit incorporatus, sed mãsit amor patris & filij. Tota ergo trinitas est inuisibilis, iuxta illud Apo. Regi aũt seculorum immortali inuisibili, soli deo honor & gloria. Et ei soli debeẽ latriæ adoratio, q̃ est excellentiss. q̃ soli creatori, gratificatori, & glorificatori impẽdiẽ. Et q̃ vni psonæ simul õnibus trib⁹ psonis exhibeẽ sine separatiõe vnius ab altera. In nullo em̃ psonæ differũt, nisi in ꝓprietatibus suis quas pfecte exprimit sãctus Athan. dicẽs: Pater à nullo est factus nec creatus, nec genitus. Addamus nos, nec ꝓcedens, filius à solo patre est nõ factus, nec creatus, sed genitus. Spiritus sanctus à patre & filio nõ factus, nec creatus, nec genitus, sed ꝓcedens. Duæ sunt ꝓcessiones in diuinis, vna p generationẽ secũdũ rationem similitudinis, & hæc filio: alia per spirationem & hæc spiritui sancto conuenit. Prima est secundum modum intellectus. Secunda secundum modum voluntatis & amorosæ inclinationis. Hæ sunt veræ & solæ trium personarum differentiæ: quanquam personaliter sumpta potestas & quæ ad eam spectant patri, sapientia & quæ ad eam spectant filio, amor & quæ ad illum spectant spiritui sancto adscribuntur. Quando vero eadem essentialiter su

Hebr. 2.

Matth. 4.
Ioha. 1.
Act. 2.

1. Timo. 1

Proprietates diuinæ

muntur, æqualiter tribus personis attribuũtur. Præfectæ differẽtiæ sunt in actu vel actione intellectuali substantiali. Idcirco necesse est, quod omnes corporales & locales pariter & accidentales imaginatiões diffugiant, & nullo modo in contemplatione diuinarum personarum vel essentiæ diuinæ assumantur. [Domine deus, agnus dei, filius patris.] Ecclesia in laudem matris Iesu addit: [Primogenitus Marię virginis matris] O canticum suauissimum plenum iubilatiõe, id est, gaudio inexplicabili, dulcissimo affectu semper ruminandum. O emmanuel, nobiscum deus. Verus deus, quia filius dei patris naturalis consubstãtialis, non adoptiuus. Verus homo, quia filius hominis virginecę matris Mariæ naturalis non cõsubstantialis. Vnicus filius dei patris, & hois matris, pariter vnicus agnus pro nobis immolatus. Vn⁹ cũ patre & spiritu sancto in substantia, in essentia, in indiuiduo sed alius in psonali proprietate. Vnus cum matre in natura humana, sed alius in substantia, in essentia, in indiuiduo, & in proprietate psonali. [Qui tollis peccata mundi, miserere nobis.] Peccata mũdi tulit iste agnus, qñ conuersabatur in mũdo, pœnitentiã agẽs & lugens pro peccatis nostris, ea expians, pendens et moriens in cruce [Miserere nostri] peccata remittẽdo [Qui tollis peccata mũdi, suscipe deprecationem

Hebræ. 5. nostrã] Quasi diceremus: Sicut depcans in cruce cũ clamore valido, & lachrymis exauditus es, pro tua reuerentia: ita exaudi nos pro tua clementia. Clemẽtia est diminutiua pœnaꝝ. Oramus ergo, vt remittat etiã peccatoꝝ pœnas. s. tormenta dęmonũ ignis ęterni, & tenebraꝝ infernaliũ. Addit ecclesia [Ad Mariæ gloriã] Clementia filij est matris gloria. Mos est iudicum misericordium, atq; clemẽtium, cum voluerint reis & pereuntibus mereri, vt suscitent mulieres precaturas pro illis: quaꝝ exauditio est eaꝝ gloria & gloriatio. Talis mulier est Maria apud clementissi-

mum, iustissimum, & misericordissimum iudicem Iesũ. [Qui sedes ad dextrã patris miserere nobis] Scribit beatus Iohannes Apostolus: Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Hanc propitiationem recipimus quando remissis peccatis ad æternã gloriam introducimur. Et hoc postulamus dicendo, miserere nobis, ex hac miseria & mortali vita nos ducendo, scilicet, ad felicitatem & æternam vitam. Ad quod consequendum, multum iuuat Mariæ matris Iesu meritum, sicut adiungens cantat ecclesia. [Per Mariæ meritum. Quoniam tu solus sanctus] scilicet, in essentia & natura tua, solus nos valens sanctificare, id est, mundare & per gratiam aptos & dignos efficere æternæ gloriæ. Ideo addit ecclesia: [Mariam sanctificans] quia nec ipsa qdem sine operatione & merito ac sanctificatione filij sui sancta esse potuit, nec digna regno dei. Est autem duplex sanctificatio: vna quæ peccata contracta & facta mundat. Alia quæ munit ne contrahantur aut fiant. Prima est omnium hominum. Secunda soli asscribitur Mariæ dei matri. [Tu solus dominus] Dominus Iesus est dominus & possessor vniuersæ creaturæ iure creationis, iure conseruationis, iure gubernationis. Vnde addit ecclesia [Mariam gubernans] Gubernator vero tenetur quærere bonum subiectorum suorum & eos virtuosos reddere, felices atque beatos, teste Philosopho. In quo gubernator Iesus patiebatur impedimẽtum maximũ ex parte gubernandorum. Diabolus enim prætendebat sibi aliquod habere ius tyrannicũ in subiectis Christi, propter peccata. Igitur bonus Iesus amator subditorum suorum, precium peccatorum (quod illi soluere nequibant) magnifice de proprijs bonis soluit, & suos redemit. Est ergo Iesus dominus solus suæ superbenedictæ matris MARIAE, & omnium hominum vltra communia

1. Iohan. 2

Sanctificatio dupl.

Philosop.

iura prescripta, speciali iure, scilicet iure redēptionis [Tu solus altissimus.] Inter creaturas deus aliquas cæteris præstantiores & eminentiores creauit: sed qd sunt omnes simul ad deum? certe nihil. Deus est immensus & infinitus in bonitate sua. Omnis vero creatura est finita: finiti autem ad infinitum nulla est proportio. Est ergo dominus Iesus solus altissimus, quia ipse est deus. Ad altissimum vero & eminentiorem in communitate spectat præmium dare pro bonis factis, & nobiliores & digniores quosq; honorare & coronare. Eapropter ecclesia adiungit. [Mariam

Quæstio. coronans, Iesu Christe.] Hic quæstio satis perplexa oritur, an scilicet per hoc quod filius dei, deus dominus Iesus dicitur solus sanctus, solus dominus, solus altissimus, pater & spiritus sanct⁹ sint exclusi? Respō

Respōsio. detur, quòd aliter sentiendum est in ijs personis, quę inter se differūt, tam personaliter, quàm etiam essentialiter, quia in illis dictio exclusiua adiuncta alicui personæ, excludit cæteras personas: Exempli gratia quando de personis vnius conuentus dicitur, solus Paulus est vociferatus, cæteri fratres habentur non vociferati. Sed quia in diuinis personis est solum differentia in proprietatibus personalibus, & non in essentia, imo sunt omnino maxime vnum in essentia, idcirco dictio exclusiua (scilicet solus) addita vni personæ respectu termini essentialis (sicut est in proposito) scilicet sanctus, dn̄s, & altissimus, qui sunt termini essentiales, non excludit alias personas, sed magis includit, propter vnitatem essentialem. Quando ergo dicitur domino Iesu: Tu solus sanctus, intelligit cum patre & sancto spiritu, à quibus non est separabi

Iohan. 17 lis nec exclusibilis. Simile habetur apud Iohannem: Hæc est (inqt dominus Iesus) vita æterna vt cognoscant te solum deum verum. Intelligendum est enim

Matt. 11 cum filio & spiritu sancto. Et rursus dicit magister & dominus noster Iesus: Nemo nouit filium nisi pa-

ter,nec patrem quis nouit nisi filius. Si enim hæc distio exclusiua nisi addita vni personæ respectu termini essentialis excluderet aliam, sequeret quod pater non cognosceret se,sed tantum filius, nec filius cognosceret se,sed tantum pater: quod est absurdum dicere. Non enim absolute dicimus, ꝙ solus filius sit altissimus: sed ꝙ solus sit altissimus cum spiritu sancto in gloria dei patris. Hæc expositio prolixior facta est,quàm existimaueram. Nec tamen ipsa pusillanimes vos reddat fratres dilectissimi, vt dicatis: Quis hæc potest practicare? quia praxis citissima breuissima & iucundissima est. Hæc enim & similia lecta instruunt intellectum, inflammantq́; affectum, vt sciat quid de deo digne sentiendum est, in quem affectus tendere nititur eum glorificando, laudando, benedicendo, & adorando, Sicut fit quando aliquis ignotus nobis describitur, quàm bonus sit, quàm doctus quã amabilis, &c. Si contingat sermo de eo haberi, nõ curimus ad singula, quæ de eo audiuimus prolixe, sed statim affectu amoris in eum accendimur, subito laudando quem nunq̃ vidimus. Veniat ergo deus ex agnitione in affectum, & peribit omis difficultas, velox erit omnis tarditas, fugiet omnis mora: quia tũc non aduertitur, quod videtur, sed quod diligitur. Amor vero ignorat multitudinẽ & moram, sed subito tendit in vnum amatum, id est deum.

¶ De gaudendi affectu multiplici, & de cõiunctione diuinæ naturæ cum humana. Exhortatio II.

EVangelizo vobis gaudium magnum. Lucæ. 2. Non sterili animo hæc sancti Euangelij verba pertranseunda sunt, sed summa indagine perlustranda recipiendaq́; sunt. Non caret bonitate q̃d à bono nuncio, id est, angelo dei, Euangelium appel-

latur. Nec tristitiã aliquã cõtinere potest, quod gaudi
Luc. 8. um magnũ prædicatur. Sed nõ omnes habẽt animũ gaudendi. Sicut dominus in Euãgelio dicit: Qui habet aures audiẽdi audiat, sic posset dici: Qui habet animũ gaudẽdi gaudeat. Omnes vtiq; qui intererant sermoni Christi, habebant aures corporis & mentis, qa erãt homines rationales naturales, & naturaliter intelligebãt, quę dicebãtur: sed non habebant aures spirituales, quas Christus dñs requirebat. Pariformiter oẽs homines sensati habẽt animũ gaudẽdi naturalem, ita q̀ de bono naturali appræhenso gaudeant. Sed nõ omnes habent animũ gaudendi spiritualem. Sunt enim nonnulli, qui habent affectũ gaudendi na-
Prouer. 2. turalẽ corruptũ, de quibus scriptũ est: Lætãtur cum male fecerint, & exultãt in rebus pessimis, quia ex cõsuetudinę male agendi, acquiritur habitus male agẽdi vitiosus, q facit delectari in opere malo. Et licet omnes homines aliqd habeãt huius corruptionis, tamẽ plures nimis corrupti sunt, vt erat ille qui (vt fertur) ad eleemosynam conuocauit pauperes in horreum, quo clauso incẽdit illud, vt deletiose audiret clamores in igne moriẽtiũ. Idem quũ volebat gaudẽter viuere, fecit infantẽ viuũ assari, nõ vt cõmederet, sed gestus atq; vagit⁹ moriẽtis infantis voluptuose videret. Nõne dictũ est nobis q̀ filius cuiusdã principis paucis lapsis annis cõsueuit rapere ex plateis vrbis Romę quẽpiã occurrẽtẽ, vt coram se suspẽsus paulatim & tarde expirans, sibi cœnanti delitias præberet & gaudium. Sint hæc vera aut dubia, talia tamẽ plura aut cõsimilia tyrãnorum facta, scripta legũt. O q̃t etiam inueniũtur in cõuẽtib⁹ virorum & fœminarum, gaudẽtes quãdo aliquem contristauerunt, vexauerunt, diffamarunt, depulerunt, aut similia mala perpetrarũt. Omnes tales nõ sunt apti, sicut nec digni, suscipere &
Isa. 48. gustare gaudiũ euangelizatum ab angelo. Impij em̃ gaudere non norunt, sed solum gestire. Sunt ni-

hilominus ,pbi homines quidã qui nondum accepe-runt vnctionẽ à spiritu sancto, sed habent animũ ad spiritualia stupidum. Et quoniam gustus tactus quidam est, hi spiritualẽ tactũ vel bonũ spiritualiter in spirituali gustu non percipiunt. Necessarium ergo est his, sicut & omnibus, secundũ monita beati Iacobi apostoli, petere à deo sapientiã, vt vnctionẽ accipere mereãtur à sancto. Debẽt autẽ petere in fide absq; hęsitatione, vt sit indubitata credendorũ notitia & in deo firma fiducia, quia dat omnibus petẽtibus affluẽter. Oportet etiam affectum mũdare ab omni peregrino amore, vt sit ipse dominus solus amatus qa nõ patitur sociũ vł aliquid secũ amari, nisi sit propter se. O felicem per omnia, qui solum dominũ deum suum amat. Hic purissimus amor expellit superbiã, inuidiã odium, gulam, inordinatum timorem, scrupulositatẽ, anxietatẽ & similia innumerabilia, q̃ ortũ habẽt ex amore suiipsius aut rerũ aliarũ & spiritualẽ animũ inficiunt gaudiũq; spiritus tollũt. Audiant itaq; qui animum gaudendi habẽt, quid nuntius cœlestis gaudij & ipse plenus gaudio, dicat: Euangelizo (inquit) vobis gaudium magnũ quod erit omni populo, quia natus est hodie vobis saluator qui est Christus dominus. O gaudiũ inęstimabile prę materię nobilitate. O gaudium ineffabile præ materię magnitudine. O gaudium inebrians & absorbens præ materiæ iucunditate. Quid enim gaudiosius annũtiari potest filijs iræ dei (in cuius manus incidere horrendum est) filijs priuatis hæreditate patris cœlestis, iam captiuis & sedentibus in tenebris spiritualibus in vmbra mortis ętnę, vbi ignis nõ extinguet, nec vermis moriet quàm q̃d ipsemet dominus iratus venit cum intersignio charitatis maximę (qua maior esse non potest) quia ipse est Christus, id est, per vnctionem spiritus sancti factus homo, vt sustinere valeat debitas pœnas peccatorum & soluere vincula captiuorum

Iacob.1. Ioh.2. Luc.2. Heb.10. Mar.9. Ioh.15. Luc.2. Isa.66.

Isaiæ. 61 Vnde & dicitur in Isaia: Spiritus domini super me, eo quod vnxerit me, ad annuntiandum mansuetis misit me, vt mederer contritos corde & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem, vt consolarer omnes lugentes, vt ponerem consolationem lugentibus Sion, & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, palliũ laudis pro spiritu mœroris. Ecce quomodo concordat prophetia cum euãgelio. Igitur qui habet animum gaudendi, gaudeat de tali recepto nuntio: ꝙ scilicet saluator eius est deus & homo: ergo redemptor & satisfactor. Versa est itaque ira dei in mansuetudinem, & creans deus in humanitatis sponsum: cuius desponsatio in virginali vtero, tanquam ornatissimo thalamo completa est: in quo coniuncta est diuina natura, cum humana, sicut sponsus cum spõsa in vna persona verbi diuini: qualis coniunctio & vnio in nullo matrimonio inueniri potest, quia ibidem semper sunt duæ ꝑsonæ: hic vero vna. In coniunctione autem hac diuinæ naturæ cum humana sunt quatuor vniones. Prima est naturæ diuinæ cum spiritu humano, replentis eum omni sapientia, & scientia atque prudentia, insuper omnibus donis gratuitis ad redundantiam (quia de plenitudine eius nos oẽs recepimus gratiam) & complentis eum felicissima fruitione diuinitatis. Secunda vnio est naturæ diuinæ cum anima humana ipsius Christi, quæ viuificat corpus humanum. Tertia vnio est naturæ diuinæ cum carne humana, quia verbum caro factũ est. Quarta vnio est naturæ diuinæ cum humanitate, quia perfectam humanitatem assumpsit, hoc est, animam & corpus simul. Et in hac vnione humana ac rationalis natura valde exaltata est. Sicut enim puella humilis quum despõsatur filio regis, nobilitatur: sic natura humana verbo copulata maxime nobilitatur. Nulla est enim vnio qua deus creaturæ vnitur, quæ istam excedat per quam ho

Margin notes: Iohann. 1 (beside "tudine eius nos oẽs recepimus gratiam"); Ibidem. (beside "bum caro factũ est")

mo fit deus. Hinc secutum est, quod humana natura super omnes choros angelorum exaltata est, & sedet ad dextram dei patris. Istæ vniões sunt tanquam copula matrimonialis. Nam ad verum matrimonium requiritur mutuus consensus. Filius dei consensum præbuerat, quando per angelum consensum virginis postulauit, qua cõsentiente statim nuptiæ celebratæ sunt. Item ad matrimonium requiritur nexus indissolubilis. Tales sunt prædictæ vniones, quæ nunquã dissoluentur. Quia quod semel Christus assumpsit, nunq̃ dimisit, secundum Damascenum: Ecce deus quondã iratus (secundum modũ loquendi humanũ) propter præuaricationem peccatorũ, quanta dulcedine & amore humano generi, per tãta beneficia aperte ostensa afficitur, vt nedum saluator sed etiam spõsus appellari dignetur & esse naturæ humanæ. Per hoc vero singulæ animæ spõsæ factæ sunt eius. Qui ergo habet animum gaudendi gaudeat de tanta exaltatione nobilitatis & acquisitione æternæ felicitatis. Quia & sancti angeli germani (vt ita dixerim) humanæ naturæ, hac occasione, etiam ipsi nobiliores effecti lætantur, & congaudentes sorori suæ deo laudes referunt, dicentes: Gloria in altissimis deo. Ecce quanti gaudij est dies iste, vt cœlũ impleat & terram. Idcirco canit ecclesia: Hodie nobis cœlorũ rex nasci dignatus est de virgine, vt hoiem pditũ ad regna cœlestia reuocaret. Gaudet exercitus angelorũ, q̃a salus ęterna humano generi apparuit, hodie nobis pax vera de cœlo descẽdit, hodie per totũ mundũ melliflui facti sunt cœli, hodie Christus natus est, hodie saluator apparuit, hodie in terra canunt angeli, lætantur archangeli, hodie exultant iusti dicentes: Gloria in excelsis deo. Hodie orto sole iustitiæ Christo deo nostro, infernales bestiæ, id est, dæmones aufugerunt, Sodomitæ feræ immundissimæ interierunt, omnia idola cadere cœperunt, omnia peccata apud electos

Psal. 109
Ephesi. 1
Coloss. 3
Heb. 1. 10
Actu. 7
Damasce.
Lucæ 2
Lucæ. 2

deficere inchoauerunt, & iusti cum auiculis cœli, id est angelis, laudes deo cecinerunt. Quod nobis gaudenter agere in terris & feliciter in cœlis concedat rex cœlorum Iesus Christus Mariæ virginis filius benedictus.

¶Quæ nam sint quæ beatæ Mariæ filioque eius præbuerunt occasiones gaudiorum, & quomodo illis sit gratulãdũ.

Exhortatio III.

PEperit filium suũ primogenitum, Lucæ secundo. Tempore veteris testamenti sterilitas erat in opprobrium, ac etiam virginitas, quasi res infructuosæ: fœcũditas vero erat in commendationem & gloriam, hocq; propter cultum diuinum, qui ex sterilitate imminuebatur, & ex fœcunditate augmentabatur, quando apud solos penè Iudæos diuinus cultus permanserat, cæteris gentibus idololatriæ deditis. Verum illa fœcunditas sub maledicto erat dicente domino: In dolore paries filios.
Genesi. 3 Qui dolor procedit ex meatuum apertione & illorũ
locorum, ex quibus egreditur puer. Ab hoc maledicto libera erat beatissima hæc puerpera, quæ peperit filium suum primogenitum sine dolore. Fuit etiam
Lucæ. 2 absoluta à sterilitatis opprobrio, quia virgo cõcepit
& virgo peperit, prout testantur prophetarum &
Isaiæ. 7 euangelistarum oracula. Idcirco congaudens ipsi
Lucæ 1 virgineæ matri, cantát ecclesia. Nesciens mater virgo virum, peperit sine dolore saluatorem seculorũ. Congaudent angelorum chori gloriosæ virgini, quæ sine virili commixtione genuit. Non dicerentur angeli congaudere virgini parienti nisi ipsa gauderet.

Congaudeamus fratres chariſſimi etiam nos. Hoc ſit deſiderium noſtrum congaudere dei matri. Hoc optemus, vt gratia nobis præſtetur congaudendi, & oremus, vt impetrare hoc pro nobis ipſa dignetur. Verus amator in amici proſperitate non quærit dona, ſed congaudium offert. Verus amator dei non quærit vt euadat infernum aut purgatorium aut quæcunque mala, nec quærit dona plurima: ſed ſolum placere appetit & congaudere. Euadere vero mala prætacta, & obtinere dona quærit, vt placeat & congaudere valeat. Hoc ſatis innuitur verbis beati Iohannis Baptiſtæ, quibus ait: Amicus ſponſi, qui ſtat Iohann. 3
& audit eum, gaudio gaudet propter vocem ſponſi. Hoc ergo gaudium meum impletum eſt. Illum oportet creſcere, me autem minui. Satis innuit beatus Iohannes his verbis, quód profectus Chriſti domini erat ſuum gaudium. Hoc etiam fideli ſeruo, pro ſum- Matth. 25
ma beatitudine dominus promitit, dicens: Serue bone & fidelis, intra in gaudium domini tui. Non dicit in gaudium tuum: ſed in gaudium domini tui: Quaſi diceret: Intra, & pro mercede habeas quód congaudeas mihi. Quare enim videret gaudium domini ſui niſi vt congratularetur ei? Ideo orare nos docuit: Pater noſter qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tu- Matth. 6
um, id eſt, benedicatur nomen tuum, ſicut eſt ſanctũ. Lucæ 11
Petit orans vt omnino fiat, imó congaudet ſanctitati diuinæ, quaſi diceret: O ſanctificetur ab omnibus nomen tuum, & ſit ſicut eſt ſanctum, Hæc eſt petitio mea, hoc deſiderium meum. Adueniat regnũ tuum, hoc eſt, ſtatus ille in quo placebo domino, in quo benedicam domino, in quo cognoſcam dominum, in quo fruar domino. In quo congaudebo puriſſime domino. Propterea dicitur in Prouer- Prouer. 23
bijs: Præbe fili mi cor tuum mihi. Præbe cor quod eſt principium vitæ, cor quod mouet & viuificat omnia membra & totum hoiem, cor in q̃ eſt affectus

animi. Quasi diceret, peto totalem vitam & totum hominem & omnem amorē. Nec vult vt mutuemus ei cor sicut faciunt qui ipsi seruiunt seruili timore, vt pœnas euadant. Nec vult vt vendamus ei cor, sicut faciunt qui ipsi seruiunt sicut mercenarij pro mercede. Sed vult, quod pbeamus ei liberaliter ex amore casto totum cor: sicut alibi præcepit, dicens: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo. Et hic solus est amor, qui nouit syncere congaudere. Cum ergo gloriosæ virgini felicissimæ puerperæ matri dei nihil præstare possimus, congaudere puro affectu eisdem studeamus, & hoc sufficit sibi. Erat huic puerperæ magnum gaudium, quod virgo concepit & manens virgo peperit, sed maius gaudium erat, quod dei filium generauit. Dicit dominus: Mulier cum parit tristitiam habet, quia venit hora eius, scilicz partus & doloris. Cum autem pepererit puerum, iam non meminit pressuræ, propter gaudium, quia natus est homo in mundū. Quantum igitur gaudiū habuit beata Maria, quæ nullū in partu sensit dolorē, & sciret se deum & hominem & mundi totius creatorem & saluatorem peperisse? Gaudium quippe generatur ex bono concupito & iam adepto. Et procul dubio, quāto melius est illud bonum, tanto maius est gaudium Gaudium vero beatæ Mariæ erat de altissimo bono, scilicet deo, ad cuius comparationem omne pulchrū est fœdum, omne dulce amarum, omne quod delectare potest, est molestum, vt inquit Bernardus: Huius gratiam & fauorem cæteraq; excellentissima dona nobiliori modo præ cunctis creaturis receperat. Suum creatorem, suum peperit saluatorem. Suum deū suum genuit puerum, lactauit & enutriuit omnia pascentem, lauit omnia mundantem & irrigantem. Inuoluit pannis, & ligauit fasciolis omnia conseruātem & consolidantem. Inter hæc ad interiora pueri ingreditur, & vidit infantuli animam diuinitati vni-

Deut. 6. Matt. 22 Ioh. 16 Bernardus.

ram. Sicut enim verbum caro factum est: ita verissi me verbū anima factū est. Nō quod verbū vel in animā vel in carnem mutatū sit, sed quod in vera personali vnione anima & caro à verbo assumptæ sint. Quia enim talis vnio difficillime capitur (cum vtiq; omnem intelligentiam excedat) voluit spiritus sanctus per suum Euangelistam vti illo modo loquendi vt diceret: Verbum caro factum est, potius quàm anima factum est, aut homo factum est, vt facilius consentiret humanus intellectus quod vnione personali homo verbo cōiunctus est. Quia si caro: ergo & anima (sine qua caro nō est humana caro) verbū factum est, nō mutatione q̄d est impossibile, sed assūptione. Vidit hanc vnionē ipsa mater Iesu nobiliori & luminosiori modo q̄ aliqua creatura cōspicere potuit. Vidit animā pueri sui Iesu ex hac gratia vnionis qua maior excogitari non potest nec esse potest, plenū gratiæ. De cuius plenitudine nos omnes accepim⁹ (ait Iohānes Euāgelista) imo cui nō ad mēsurā dat deus spiritum, id est gratiam. Nō q̄ eius scz Christi gratia habitualis sit infinita, sed q̄ habet gratiam secundū omnem eius rationem & effectum. Sicut si haberetur albedo secūdū omnem gradū ipsius possibilē diceretur haberi sine mensura. Alio modo etiam dicitur hoc ex respectu ad capacitatē animæ. Si em̄ aliqs veniēs ad fluuiū hauriret aquam, quātum posset vas capere, diceretur accipere sine mensura: licet vas sit detēminatę mēsuræ. Sic in proposito quia tota capacitas animę Christi fuit repleta gratia: ideo dicitur accepisse sine mēsura. Vel aliter: Nō ad mēsurā dat de⁹ spiritum, &c. vt intelligatur de diuina natura, quam ab æterno pater dat filio, quæ est donum infinitum, quod tantus sit filius quantus & pater. Alio modo potest exponi de dono quod datum est humanæ naturæ, vt personæ diuinæ vniatur: quod etiam est donum infinitum. Et ita sicut pater ple

Iohan 1.

Iohan.1.

gelista: Cœpit contristari & mœstus esse. Quod e= Matt.26.
nim cœpit & initium habet, vtique non semper fuit.
Et quomodo non potuit gaudere in matris vtero
& postea ex vtero, qui plenus erat præfatis omni= Luc.1.
bus bonis, cum legatur præcursorē sanctum Iohā
nem exultasse in visceribus matris ob aduentum
ipsius Iesu, quasi ipsi congratulando. Gaudebat sa=
ne dominus Iesus adhuc infantulus, & in vtero
matris clausus, imo ab hora conceptionis suæ in=
effabili & nobilissimo gaudio in quantum homo su
per inenarrabilibus bonis, quæ sibi diuinitas gra=
tiosissime contulerat. Cognouit & vidit hoc Ma
ria mater eius & congaudebat filio suo maiori gau
dio, quàm vnquam vlla mater gauisa est super fi=
lio suo. Inter hæc aduertit & sensit Maria quomo
do filiolus suus, secundum vtramque naturam om=
nia interiora suæ matris perlustrabat, vbi nihil
inuentum est, quod tantam maiestatem offende=
ret. Vnde ex hoc aspectu accepit dulcedinem & gau
dium maximum. Quis enarrabit hæc? Quis di=
gne congaudebit duabus dignissimis personis istis,
in tantis purissimis gaudijs Iesu & Mariæ? Certe
solus is, qui habuerit fidem claram, spem firmam,
charitatem feruentem, cum corde mundo. Hic so
lus perspicere potest præscripta & eorum intellige=
gere veritatem, & recipere atque sentire dei & Ie=
su, ac Mariæ in se respectum melle & omni suaui
tate dulciorem. Hinc ecclesia orat hoc sacro tem
pore, vt præstetur nobis fidei spei & charitatis aug
mentum. Iam enim præ assidua quotidiana refe=
ctione anima nostra (de tepidis christianis lo=
quor) nauseat super cibo isto leuissimo, nihil e= Nume.11
nim oculi nostri vident nisi Man, id est, sacram
scripturam quæ in prophetis satis insipide vt vbi=
que satis obscure traditur. Idcirco pene totus

orbis, vt sunt Iudæi, Saraceni, omnes hæretici, vt tepidi Christiani murmurant contra Man, cupiuntq́ ollas carnium, id est, carnales scripturas, & panem mendacij, scilicet scripturas fallaces, & cepe vt allia id est, scripturas vanitate plenas. Qui si pia fide Man angelorum cibum sumerent, & mundo corde retinerent, gustarent vtiq; omne delectamentum, & omnis saporis suauitatem, secundum omnem voluntatem eorum ad omnem sensum spiritualem. Itaq; charissimi fratres exerceamus fidem nostram vt clarificetur ferueat desiderium placendi deo, cor plenissime mūdetur, vt digne aliquid sentire valeamus de domino Iesu & pia matre eius Maria, quæ hodie peperit eum suum primogenitum, & ipsis intime congaudere, & eorum in nos in intimis nostris respectum recipere & sentire feliciter valeamus.

¶Quid Christi nobis conferat natiuitas. Exhortatio IIII.

PArvulus natus est nobis, & filius datus est nobis, Isaiæ 9. Verbis propositis præsentis gratissimæ atq; iucundissimæ solennitatis materia innuitur, quæ est natiuitas Iesu Christi, domini dei ac saluatoris ac glorificatoris nostri, quæ nobis data est in salutem, in admirationem & in exemplum. In salutem, quia sine ea à peccatis nostris & æternis incendijs congruenter liberari nequiuimus, neq; ad regnum cœlorum ascendere potuimus, quāuis liberandi genus humanum alij modi deo non defuerint. In isto enim liberationis & redemptionis modo suam nobis dilectionem deus pater lucidius manifestauit, atq; hominis liberum arbitrium dulcius allexit, & efficacius ad se cognoscendum, reamādum atq; fruendum reduxit. Hæc in verbis domini

Iesu innuuntur, vbi ait: Sic deus dilexit mũdum, vt Iohann. 3
filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit
in eum non pereat, sed habeat vitam æternam. De
hoc opere redemptionis nostræ ait Bernardus: Hoc Bernard.
omnino amorem nostrum facile vendicat totũ sibi
hoc est quod nostram deuotionem & blandius allicit
& iustius exigit, & arctius stringit, & vehementius
afficit. Dixi secundo, ꝙ data est nobis Christi natiui-
tas in admirationem, vt habeamus quibus exercea-
mur studijs in valle præsentis miseriæ, donec pleni-
tudo sapientiæ nobis aperiatur, & discamus ex ad-
miratione tanti mysterij vere philosophari, & fieri
amatores veræ sapientiæ ex opere eiusdem sapiẽtiæ
maximo, quod est deus & homo, quod insinuatur no
bis in verbis thematis: Paruulus natus est, &c. Istud
est opus illud admirabile, de quo angelus ait ad Ma Lucæ.1
riam: quod nascetur ex te sanctum. Sanctum in se, &
omnia sanctificans: quia gratia & veritas per Ie- Iohann.1
sum Christum facta est, & hæc sanctificant totum ho
minem, & saluum faciunt cum operibus suis. Opus
admirabile, quia vnum sunt hypostatice tanta parui
tas & tanta magnitudo. Paruitas in his consistit, qa
paruulus iste est homo ex nihilo creatus, & in nihilũ
reuersurus, nisi manu omnipotentis teneretur. Ho- Roma.8
mo inquam vnius noctis, vnius horæ, infans vnius Philip. 2
diei, Et hæc ex naturæ paruuli conditione geniti. Ex
dignatione vero, infans vagiens in præsepio, circum
ligatus fasciolis, frigens, esuriens & sitiens, mortalis
in similitudine apparens carnis peccati, periculis He-
rodis expetitus, ęrumnis plenus, pauper, miser & mi-
serabilis, debitor vniuersarum iniquitatum filiorum
Adam, destinatus ad mortem turpissimam & vltra
omnium hominum mortem pœnosissimam. Et hic
paruulus natus est nobis. Magnitudo vero eius, de Lucæ.1
qua dixit angelus: Hic erit magnus, & filius altissimi
vocabitur, non falsa aut similitudinaria appellatiõe

tia dei sanctificati (quãquam raro hoc pro certo sci=
atur) semper tamen in his magnis & cęteris quæ nos
extollere possent, memores simus propriæ miseriæ,
quia ex nihilo sumus, & in peccatis concepti & nu=
triti, & semper peccatores manemus, & si verè sapi=
mus, ignoramus si apud iustum iudicem peiores om̃i
bus hominibus, etiam dæmonibus habemur, prout
sanctus Vincentius ordinis prędicatorum hoc docet
euidenter. Idcirco sancti doctores tradunt, quòd si=
ne mendacio omnis homo potest & debet seipsum
reputare maiorem cęteris peccatorem. Sumus etiam
ignari atq; peruersi, & secundum corpus mortales
& in cinerem reuersuri, viles fœdi ac fœtidissimi, con
fusione pleni, & cæteris malis implicati innumerabi
libus. Hæc ergo vnio in nobis semper sit fratres cha=
rissimi, vt dum nostra nobilitas, quæ à deo est, sem=
per per respectum nostræ vilitatis humiliatur, tan=
dem ipsa nobilitas nostra, nostram vilitatem valeat
sublimare, cum per eũ mortale hoc induerit immor=
talitatem, & corruptibile hoc incorruptionem. 1.Cor.15

¶Christi beneficia eiusdemq; amabilitas quomodo animam prouocent ad reamandum.

Exhortatio V.

TAnquam sponsus procedens de thala=
mo suo. Verba sunt regij prophetę, pro
phetantis de filio suo Messia nascituro Psalm. 18
in die salutis & plenitudine temporis,
de virginea matre, instar solis rutilan=
te. Quæ verba quia hodierna solenni=
tate impleta sunt, ecclesia cum magno iubilo, ma=
xime in ecclesijs secularibus, frequentat: per quæ
omnium nostrum & singulorum conscientia con=
uenitur ad reamandum dñm deum nostrum: qa licet

multa & ſuperadmiranda ſuę dilectionis ac beneuolē
tiæ erga nos inditia per innumera & per maxima be
neficia præſtiterit, ta men in hoc quod ſe noſtrū ſpō-
ſum appellare dignatus eſt, omnes ſolitæ charitatis
metas exceſſit. Vnde ait Bernardus ſuper Cantica:
Excellit in naturæ donis affectio hæc amoris præ-
ſertim cum ad ſuum recurrit principium, quod eſt
deus, nec ſunt inuenta æque dulcia nomina quibus
verbi animæq; dulces adinuicem exprimerentur af-
fectus, quemadmodum ſponſus & ſponſa. Quippe q-
bus omnia cōmunia ſunt, nil propriū, nil diuiſum à
ſe habentibus, vna vtriuſq; hæreditas, vna domus
vna menſa, vnus thorus, vna etiam caro. Et ve-
re ita eſſe de Chriſto & nobis ſcriptura teſtatur.
Iſa.9 Chriſto quippe & nobis omnia ſunt communia.
Roma.8. Paruulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt no
Ioan.3. bis, cum quo omnia deus nobis donauit. Pater
Ioan.1. enim diligit filium & omnia dedit in manu eius, Eſt
Roma.8 vna hæreditas: quia dedit nobis poteſtatem filios
dei fieri. Si autem fuerimus filij: & hæredes eri-
Ioan.4. mus, hæredes quidem dei, cohæredes autem Chri-
ſti. Vna domus: quia in domo patris ſui manſio-
nes multæ ſunt, quas nobis in cœleſtibus præpara-
uit. Vna menſa: quia quotidie nos filij dei, ſumus
Pſal.127 ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ domini
Lucæ. 22. Ieſu, expectantes promiſſum eius, vt edamus & biba-
Can.1. mus ſuper menſam eius in regno ſuo. Vnus thorus
Can.3. quia dicit ſponſa: Lectulus noſter floridus. In lectu'o
Can.2. meo per noctem quæſiui quem diligit anima mea.
Et ſponſus: Ne ſuſcitetis, neq; euigilare faciatis di
lectam, donec ipſa velit, id eſt, nunqnam. Vellemus
Prou. 8. enim ſemper in hac vita cum ſponſo Chriſto in de
litijs contemplationis quieſcere, qui delitias ſuas
voluit eſſe cum filijs hominum, & fructus gratia-
rum & meritorum ſine fœditate concipere, & ſine
gemitu & pœnalitate parturire, ſed intercipitur. In

lectulo tamen cœlesti perpetuabuntur hæc requies, & hæ delitiæ, inhærere deo & domino Iesu sponso propter seipsum per claram intuitionem & fruitiuū amorem, & beatitudinis infiniti fructus, & actus sine vlla interpolatione imperpetuum procreabuntur Ecce thorus immaculatus & honestissimæ requietionis, castissimæ quoq; voluptatis delitiarum dei, & vberrimæ fœcunditatis, vbi fructificat anima sancta Christo & sibi. Vna etiam caro, de qua Apostolus: Propter hanc relinquet homo patrem & matrē & adhærebit vxori suæ. Sacramentum inquit, hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in ecclesia: Verbum enim caro factum est, & habitauit in nobis. Nisi enim nostram carnem assumpsisset, non habiraret in nobis. Ex his nobis verbis præcipui & maximi amoris affectus ipsius dei erga nos manifestatur. Quē iuxta sanctum Bernardum: nobis dominus sub nomine sponsi dignatus est insinuare. Qui etiam pro sponsa sua seipsum tradidit in mortem, vt exhiheret eam sibi sine macula & ruga, charitatem implens, qua maior haberi non potest. Decet autem sponsam reamare sponsum, si tamen amabilis est. Et quis amabilior Christo Iesu sponso nostro? Ipse siquidem est filius dei patris naturalis consubstantialis, æqualis & coæternus, splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, candor lucis æternæ, & speculum sine macula (in quo relucent omnia clarissime) & imago bonitatis illius. Ipse est incommutabilis deus, creator, conseruator, gubernator, & finale bonum omnium. Ipse est noster amator, noster gratificator, noster saluator, noster glorificator, & omniū beatorū sempiterna beatitudo Ipse est de spiritu sancto coceptus, genitus per virginē, ex prophetica & regia stirpe originem ducēs, plenus gratia, sapientia & virtute, & vt de plenitudine bonitatis eius oēs valeat adimplere. Ipse sua spe

Ephe. 5. Iohan. 1. Bernard. Isa. 53 Ephe. 5. Ioan. 15. Hebr. 1 Sapi. 7. Luc. 1. Iohan. 1

Vnde in Psalmo: Domine pater, in virtute tua læta- Psalm.20
bitur rex Christus, quia passio eius efficaciā habuit
ex diuinitate, & super salutare tuum exultabit vehe-
menter. Desiderium cordis eius tribuisti ei. Desideriū
quippe & gaudium cordis domini Iesu est salus spō-
sæ suæ, quam pater per filium fecit. Quod si ignoras Cantic.1
te in tantum amari ò pulcherrima mulierū, pulcher
rima propter Carthusianæ obseruantiæ decorem in
comparatione aliarum religionum: abi post vestigia
gregum communium iustorum etiam secularium, &
pasce hœdos tuos, ex se fœtētes, id est, quinq; sensus
iuxta tabernacula pastorum, ibi videbis claritatem
nuntij sponsi tui, & audies gloriam deo cantantes
angelos pro gaudio salutis tuæ, & odore felicissimæ
famæ percepto, cum pastoribus festina ad domum
panis Bethlehem, vide verbum infans, vide verbū
abbreuiatum, quia ligatum fasciolis in præsepio ia-
cet, quod cœlos replet & terram, contrecta eum: re-
dolet enim, cum sit optimę complexionis, & vide
manus eius & pedes, quia ipsemet est, manduca eum
quia est panis viuus qui de cœlo descendit, & gusta Iohann.6
quàm suauis est dominus tibi: Et in his memor esto Psalm.33
quòd ad mensam potentis sedes, & sic mitte manum Prouer.23
tuam, sciens quia talia oportet te præparare. Cibus
qui cum nausea sumitur, nec bene masticatus, non
bene nutrit. Hœdus animal immolatitium est, &
ruminat. Mastica igitur cibum istum, & rumina do-
nec ad medullam perueneris. Agnosce quia ipse est,
quem tibi supra descripsi. Deus pro te homo morta
lis factus est, & quæ dura sunt carni elegit, non mol-
lia. Iniurias ferre venit, non irrogare. Prosperitates
diuitias, honores, voluptates seculi respuit, egenus
factus est, non venit suā voluntatē facere, sed patris
Et vt summam oīm virtutū concludamus, charitatē,
quam mente plena gestauit, & ore docuit, operibus

excellentissime demonstrauit, vt etiam moriens pro
Lucæ 23 inimicis exoraret. Cum hæc agnoueris, masticans &
ruminans, reijce nauseam, expelle teporem, accende
affectum, incorpora tibi cibum istum vt conforteris
& crescas, & mitte manum tuam, & para amico tuo
sponso tuo qualia de sua mensa accepisti. Displiceant
tibi mollia & delectamenta carnis, placeant tibi dura,
displiceant tibi superbia & honores seculi, placeat tibi humilitas & tuijpsius despectio. Displiceat tibi inobedientia & propria voluntas, placeat tibi obedientia & voluntas aliena. Displiceat tibi vel modicũ
habere cum hoc seculo, & placeat tibi volũtaria paupertas super omnia, & in omnibus placeat tibi dilectio dei & proximi, vt etiam aduersantibus & displicentibus tibi velis prosperos successus, vt his ornata
tanquàm sponsa egrediaris de thalamo carnis tuæ,
& dicetur tibi coronandę in die desponsationis tuæ,
& in die lætitiæ cordis tui, cum iam nuptura eris in
regno sponsi tui, hoc quod eidem sponso tuo dictum
est: Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propte-
Psalm. 44 rea vnxit te deus, deus tuus, oleo lætitiæ præ parti-
Heb. 1 cipibus tuis, in qua lætitia regnabis cum sponso tuo
Iesu Christo inæternum.

¶ De quadruplici sensu scripiuræ, & quàm digna sentire debeamus de Christo. Exhortatio VI.

VErbum breuiatum faciet dominus sup terram. Ad Roma. 9. Per dictatum vobis loquor fratres potius, quàm aut colloquendo aut declamando, vt olim facere consueui, quia hic modus gratior vobis est, & mihi leuior, & etiam fortassis vtilior: quia verbum nostrum nisi scriptis commẽ-
Psalm. 118 detur, perit, verbum autem domini, licet abbreuiatũ

manet inæternum. Oportet autem ea quæ diximus, ita moderari, vt &si non omnibus omnia, omnibus tamen aliqua conueniant. Incipientibus enim &pro ficientibus debitor sum. Hinc est, q interdum quædã excellentia & ardua, nonnunq̃ vero quædam cõmunia & simplicia propono. Quæ sicut cura paterna & charitatiua sine simulatione offeruntur, ita filiali & pio corde sine tristitia sunt recipienda. Sciendum, q sacra scriptura diuinitus nobis tradita, à sancto Hieronymo maximo labore translata, à sanctis doctoribus explanata, quam quotidiana deuotione non sine magnis vigilijs & laboribus frequentamus, est paradisus & hortus voluptatis, in quo deus posuit hominem, vt excoleret & custodiret illum. Hic quadripartito fluuio irrigatur. Ex vno quippe fonte intellectus historici, vel exemplo facti nos docet, vel sensu morali eiusdem historiæ quid agere debeamus innotescit, vel quid credere oportet instruit, vel quid sperandum sit in futurum manifestat. Latet hic vbertas magna spiritus. Quòd si quis ad hanc vbertatem intellectus & affectus peruenire nequeat, patienter agat, nõ tædeat eum q in sacra scriptura verba multiplicãtur, & eadem sæpe reiterantur. Non est enim aliquid otiosum vel superfluum in eis, cum dominus Iesus authoreorum dicat: Non peribit vnum iota, nec vnus apex de lege, &c. sed ex charitate & fide, ex religiositate (id est, cultu diuino) & obedientia (quæ sunt maximæ virtutes) verba spiritus sancti deuote reuerenter & diligenter auscultet, & non desidiose & somnolẽter (Maledictus est enim qui facit opus domini negligenter) donec introduci mereatur à sponso Christo in cellam vinariam, vbi iam rudis litera existens, quasi aqua insipida mutata sit in vinum. Quod si in isto seculo factum non fuerit, propter præfatas tamen excellentes virtutes homo faciens quod in se est recipiet vberem mercedem in futuro. Et notanter

Roman. 1

Genesi. 2

Matth. 5

Ieremi. 48

bum quod erat in principio, & apud deum erat sicut secunda persona, & deus erat. Per hoc facta sunt oia Quod (secundum August. in 4.li.de trin.ca.1.) est in commutabilis veritas. Vbi principaliter atq; incommutabiliter sunt omnia simul, non solum quæ nunc sunt in hac vniuersa creatura, verumetiã q̃ fuerunt, & quę futura sunt, In hoc v̈bo oïa vita sunt. Ab illo nihil perit. Sicut per ipsum omnia creata sunt, ita subsistunt, ita conseruantur, ita cognita sunt incommutabiliter. Et hoc verbum breuiatum est: quia caro factum est. i. homo, & positum in præsepio. Ecce illud verbũ attingens à fine vsq; ad finem fortiter, tantæ longitudinis, nunc restrictum fasciolis iacet breuiatum arcto in præsepio. Tanta vnitas facta est verbi & hominis ex gratia vnionis, vt sit vna persona, & illud verbũ pati dicitur quod patitur homo, & ibidem paruum & breue esse dicitur, vbi puer iste secũdum humanam naturam paruus & breuis est, manẽte tñ natura diuina incommutabili, & maiestate verbi non imminuta, Sic deus dilexit mundũ, id est, nos vt filium suum vnigenitum daret, ait ipse filius dei in euangelio. Et sic commendauit charitatem suam in nobis, cum adhuc peccatores essemus, ait Apostolus Paulus. Persuadendum fuit quantum nos diligeret deus, ne desperatione non auderemus erigi in eum, ait sanctus August. loco pręallegato. Et quis non inebriabitur diuino amore, tãta audita charitate dei ad nos, nisi q pressus carnalibus & mundanis desiderijs & curis considerare non valet quid sit diligi à deo, & quanta sit illa diuina dignatio & beneuolẽtia ad nos & q sint fructus sequuti ex eo quod verbũ breuiatũ est? Ponit August. in Enchiridio aliquas causas, propter quas verbum breuiatum est, id est, incarnatum: qa recõciliari nos oportebat deo vsq; ad carnis resurrectionem in vitã æternam. Itẽ vt & humana superbia per humilitatem dei argueretur & sanaretur, &

Iohann. 1
August.
Sapient. 8
Iohann. 3
Roma. 5
August.

mutabile, sibi æquale, & se & omnia simul repræsentans, æternaliter generat. Huius verbi similitudinē aliqualem intelligendo, semper penes nos habemus. Quapropter non est nimis arduum de illo cogitare, imo non potestis cogitare de deo, nisi cogitetis verbū illud, quia de deo non cogitatis, nisi inquantum vos videt. Videt autem vos in seipso in verbo. Insuper quando intelligitis aliquam veritatem, aut q̄dcunque intelligitis, hoc est ex illustratione verbi, q̄d illuminat omnem hominem. Ipsum verbum est cognitio sine quo nulla est cognitio, & per quod est omnis cognitio. De hoc verbo in hac vita intelligendo dicit beatus Augustinus in 2. li. de tri. ca. 17. Inq̄tum dei sapientiam per quam facta sunt omnia spiritualiter intelligimus, intantum carnalibus affectibus morimur. vt mortuum nobis hunc mundum deputantes, nos quoque huic mundo moriamur. Merito ergo nemo potest faciem, id est ipsam manifestationem sapientiæ dei videre & viuere. Ipsa enim est species, cui contemplandæ suspirat omnis qui affectat deum diligere ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente. Ipsa est species quæ rapit omnem animam rationalem desiderio sui, tanto ardentiorem quanto mundiorem, & tanto mundiorem quāto ad spiritualia resurgentem, tanto autem ad spiritualia resurgentem, quanto à carnalibus morientem. Hęc Augustinus. Verbum ergo breuiatum fratres charissimi contemplemur, vt carnalibus mortui, spirituales & mundi effecti, ardenter eius desiderijs rapiamur, donec in perpetuum ipsum fruendum obtineamus.

Augustinus.

Exo. 33.

¶De timore inordinato vitando.

Exhortatio. VII.

NOlite timere. Lucæ 2. Sicut ex euangelio hodiernæ solennitatis patet, pastores insolita angelica claritate visa, timuerunt valde. Naturale est, quod fragilitas humana præsentiam virtutis angelicæ sine turbatione ferre non potest. Vnde dicitur in Iob: Cum spiritus me præsente
Iob. 4 transierit, inhorruerunt pili carnis meæ. Et Daniel
Daniel. 11 ait: Vidi visionem hanc grandem, & non remansit in
Chrysost. me fortitudo. Et Chrysostomus ait: Non potest homo quantumcumque sit iustus, absque timore cernere angelum. Sed bonus angelus de sui visione turbatos semper consolatur, sicut in pluribus locis scripturæ habetur. Sanctus Athanasius narrat sanctum Anthonium docuisse fratres: Non est difficilis bonorum spi
Athanasi. rituum malorumque discretio. Si enim post timorem successerit gaudium, a domino venisse sciamus auxilium, quia securitas animæ præsentis maiestatis indicium est. Si autem incussa formido permanserit, hostis est qui videtur. Nititur enim hostis antiquus animam
Chrysost. turbatam obruere, ideo auget timorem. Rursus Chrysostomus: Sicut auriga perterrito loraque dimittente, corruunt æqui præcipites, totaque quadriga peruertitur sic accidere consueuit animæ, quoties ab aliquo stupore vel solicitudine deprimitur. Idcirco angelus consolatur pastores dicens: Nolite timere. Nec solum sedat terrorem, sed etiam alacritatem infundit, adiungens: Ecce euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dominus. Scio charissimi fratres, quod visa propriæ conscientiæ vestræ claritate, in qua relucet quantum, & in quantis deum offendistis, & quanta mala & tormenta peccatoribus sunt indicta, timetis valde: Est enim horribile incidere in manus dei vi
Hebræ. 10 uentis. Mala enim sunt fugienda, præcipue ea quæ sunt peccatoribus promissa. Timor autem est circa fugam malorum. Sed bona conscientia fugabit terrorem, &

gaudiũ inferet. Nolite timere. Ecce annuntio vobis
gaudiũ magnũ, quia natus est vobis hodie saluator. Lucæ.2
Fratres, quare timeatis vos? Timeat Herodes, timeat Cayphas, & Annas, & pharisæi, qui sibi timent auferri regnũ terrenũ, & auari sunt. Timeant qui terrena sapiunt, & gloria in confusione eorũ. Timeãt q cõformant se huic seculo. Vos aũt cur timetis vigilãtes, & pascentes gregẽ sensuũ vestrorũ internorũ et externorũ innocentem, in nocte præsentis seculi erroris, ignorantiæ, impotentiæ, & malitiæ tenebrarũ harum? Qui iã defletis peccata vestra ꝑterita, volentes ea nõ esse facta, & volũtatẽ habetis bonã deinceps nõ peccãdi, & totaliter estis à peccatoribus separati? Insup qui pascitis exteriores sensus sobrie. Et si quæ minꝰ forsan ordinate delectãt, hoc accidit propter frigꝰ & tenebras noctis. i. minorẽ charitatis feruorẽ & ignorantiã, vel errorẽ, & facile indulgeť. Pabulo deniq; spirituali quotidie, imó cõtinue interiores vestros sensus saginatis. Conciues etiã vestros cœlestes saltẽ interioribus oculis cernitis, & cũ ipsis pené continue cõcinitis: Gloria in excelsis deo, & in terra pax
hominibus bonę voluntatis, qua nihil facilius, ꝑpter Lucæ.2
ꝗ redditur vobis iugum dñi suaue, & onus eius leue, Matth.11
& propter ꝗ mandata dei vobis grauia non sunt, & 1.Iohan.5
hæc sufficit deo. Iterũ dico, cur timetis? Nolite timere qa natus est vobis hodie saluator, de quo scriptũ est:
Ecce deus saluator meus, visibiliter apparens in car= Isaiæ.12
ne. Et iterũ: Mittet eis saluatorẽ, Iesum Christũ. Et ite= Isai.19
terũ: Saluator poneť in ea. Et iterũ: Ego dñs deus tu Isaiæ.26
us sanctus Israel saluator tuus. Et frequenter in eo= Isaiæ.43
dem ꝑpheta dñs redẽptor & saluator describiť, sicut in lectiõibus matutinalibus per totũ aduẽtũ audistis
De quo saluatore in eodem propheta scribiť, quód Isaiæ.53
vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, & quód vulneratus est propter iniquitates nostras, & attritus est propter scelera

nostra, &disciplina pacis nostræ super eum, &liuore eius sanati sumus, & dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum, & propter scelus nostrum percussit eum, & iustificauit ipse saluator noster nos, & iniquitates nostras ipse portauit. Sed ne quis dubitet, an possit, aut sciat, aut velit saluare peccatores, audite quis sit iste saluator qui portat in fronte nomen salutare, quod dicitur Iesus. Dicit enim Iohan- nes: In principio erat verbum. Et Isaias: Verbum meum quod egredietur de ore meo, non redibit ad me vacuum, &c. Quod iuxta Iohannem euãgelistã erat apud deũ, scz apud patrẽ deum tanq̃ alia psona à persona patris, & deus erat, quia vna est substantia patris & filij, de quo ꝟbo dicit Apostolus: Viuus est eñ sermo dei & efficax, id est, ꝟbũ dei. viuit vita nobiliss. quia eius viuere, est diuinũ intelligere, q̃d est respectu obiecti nobiliss. propter q̃d cõcludit Philoso. 12. Meta. q̃d primũ ens, siue deus viuit vita nobiliss. & optima. Nostra aũt vita est quidã modicus affectus illi⁹ vitę, tã in interiorib⁹, q̃ in exteriorib⁹ secũdũ magis & minus, & secũdũ sub & supra. Vita eñ intellectiua in nobis est ad imaginẽ dei. Vita vero sẽsitiua & vegitatiua data est nobis, ppter defectũ intellectiuę nostrę. De q̃ verbo subdit Apost. Viuus est sermo dei & efficax. Efficax, quia eius efficacia se extẽdit ad oĩa Nõ est eñ esse aliq̃d, vel potẽtia seu virtus sine illo. Ergo illud verbum nobilissimæ vitæ & potentiæ potest saluare. Et sequitur, penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingẽs vsq; ad diuisionẽ carnis & spiritus, cõpagũ quoq; & medullarũ, & discretor cogitationũ & intentionũ cordis. Per quæ vult intelligi, q̃d verbum cognoscit omnia, q̃tumcumq; sunt occulta & ligata. Atq; subdit: Et nõ est vlla creatura inuisibilis in cõspectu eius. Omnia aũt nuda & apta sunt oculis eius. Ergo nedũ potest, sed & scit saluare, q oẽs vias saluãdi nouit. Et vult q̃a vult oẽs hoĩes saluos fieri,

Iohann. 1
Isa. 55.
Heb. 4.

&ad agnitionem veritatis venire. Et hanc bonã voluntatem exhibuit, dum ipsum verbum caro factum est, & habitauit in nobis, hoc est, cõuersatum est verbũ nobiscum in carne passibili & mortali, vnũ factũ cũ carne, id est, homine, nõ vnitate naturę, sed psonę vt haberet in quo pateretur, & ostenderet quantum nos diligeret, & pariter remedium salutis afferret & exemplum. Habentes ergo talẽ saluatorem, cũ bona cõsciencia nolite timere. Nihil enim damnationis est his qui sunt in Christo Iesu, qui non secundũ carnem ambulant. Sed magis iustificati nunc in sanguine ipsius salui eritis ab ira per ipsum. Quod si conscij veterum delictorum peccatores vos esse agnoscitis nolite timere, sed consolentur vos verba Apostoli ad Corinthios vbi ait: Hæc aliquando quidem fuistis sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu dei nostri. Cauete fratres, iterum dico cauete, inordinatum timorem, qui multa mala inducit, & multa bona impedit, pusillanimem reddit hominem, & scrupulosum, & erroneum, vt omnia quæ agit videantur sibi peccata intãtum q̃d talis nõ audet cõfiteri, nec legere horas canonicas nec missam, & cũ voluerit attẽtare legere, impediũt arteriæ, & cætera qbus vox formatur, ita q̃d formare ỽba debite nõ possit & prę multiplicatiõe varioꝝ cõceptuũ & imaginationũ fortiũ. Videtur sibi q̃d diuersas voces int⁹ audiat à diuersis loquẽtibus pstrepentes, ob quarum repulsionẽ, vel si nõdum pstrepũt, tamen ne perstrepant exterius icõpositos mot⁹ ostẽdit capite, manibus & pedibus totius corporis agitatiõe, nutibus oculoꝝ, erectiõe linguæ, vocib9 & verbis terribilib⁹, &c. ita vt ab ignorãte putaretur veraciter à dęmone obsessus. Timor inordinatus impedit somnũ, locatũ in lecto facit exilire, subtilit̃ occulta circa peccata vel alia intelligibilia indagare, abstinere à necessario nutrimẽto

1. Tim. 2.
Roman. 8
Roma. 5
1 Cor. 6.
Timor inordinatus quæ efficiat mala.

quæ omnia si continuata & fortia fuerint, inducunt amentiam. Et vnum pessimum his adiungit͛ ꝙ melancholicas aut alias erroneas, aut diabolicas ratiocinationes quas soluere nō potest, putat occultas & familiares diuinas esse inspirationes. Ergo contra hunc timorem oportet solitarium, & volentem in virtutibus, & in vita cōtēplatiua ꝓficere, maxime vigilare, & totis viribus resistere, & aliorū consilijs acquiescere. Sunt qui ex hoc timore nunq̄ possunt qetari in conscientia sua, semꝑ timentes, ꝙ vel non sufficienter sunt confessi, vel dubitantes vtrum sint confessi, vel vtrum cōfitendo vere cōtriti fuerint, quasi remissio peccatoꝝ daret͛ ꝓpter labores q̄s qs facit rememorādo peccata sua, & cōfitendo ea, q̄si nō posset de⁹ peccata dimittere nisi in cōfessione. Dico vobis q̄d remissio peccatoꝝ fit ex sola diuina misericordia, & nō alligat de⁹ virtutē suā sacramētis, quin sine ipsis potest affectū sacremētoꝝ ꝑficere. Debet tñ homo deo & ecclesię obedire, & facere humanā diligētiā, vt scire valeat peccata sua, & de eis dolere & cōfiteri, & remissionē deo cōmittere. Nemo eñ potest scire certitudinaliter, vtrum sufficiēter cōtritus fuerit. Est labor inutilis ad hoc laborare. Debet etiam homo confidere ꝙ cōfessus fuerit, q̄ñ solū dubitat. Quis enim potest

Thomas.

retinere omnia quæ cōfitetur? cū beatus Tho. dicat, q̄ñ dubitat celebrans, vtrū dixerit ỽba cōsecrationis nō debet ea repetere, sed procedere. Timor iste orit͛ ex inordinato amore quem quis habet ad seipsum. Nolite ergo timere, qa pax hoibus bonæ voluntatis Bonus tamen & ordinatus timor non prohibetur q̄ quis reueretur deum, ne eum offendat, de quo dicit͛ in prouerbijs: Per timorem domini declinat omnis

Prouer. 6
Ecclesi. 1.

ā malo, & in ecclesiastico: Qui sine timore est, non potest iustificari. Peccatores vero nolētes se emēdare & peruersi monachi & religiosi, non curātes regulam aut ꝓfessionē suā, audiant dominum Iesum apud Lu

eam dicentem: Timete eum, qui postq̃ occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis hunc timete. Lucæ.12

¶Beneficia quinq;, quę tã angelis quã hominibus Christi adduxit natiuitas. Exhortatio. VIII.

GLoria in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Lucæ 2. In hoc angelico carmine primo innuitur lætabunda angelorum gratiarum actio. Secundo, pax hominibus nunciatur bonæ voluntatis. Pro primo sciendũ q̃ ex natiuitate domini nostri Iesu Christi, dei & hominis, angelicis spiritibus quinq; singularia bñficia, puenerũt, p qbus gratias lætãt exoluerũt. Primũ est, qa eorũ natura fuit ex natiuitate dñi summe nobilitata eo q̃ anima rotionalis (quæ est soror angelorũ) fuit dei filio insepabiliter copulata p incarnationis mysteriũ, vnde ex hoc nobiliss. dei & virginis filius (q est psona digniss.) factus est angelorũ sororius. Aĩa qppe rationalis est de eodẽ patre genita, & ad imaginẽ eius, sicut angeli: q̃uis, ppter firmiorẽ naturã repsentat angelus psonã viri. Anima vero, ppter infirmiorẽ & mutabiliorẽ naturã, psonã fœminæ: minꝰ tñ differt angelꝰ & aĩa q̃ frat & soror, secũdũ quã est int eos magna differẽtia, q̃tũ ad virtutes & gratiã, nõ q̃tũ ad naturã. Igit, p tanto bñficio gratulãt, & dicũt: Gloria in altiss. deo, Et illud Apocal. Gaudeamꝰ & exultemꝰ, & demꝰ gloriã deo, qa venerũt nuptiæ agni, & vxor eius pparauit se. Si sublimitas angelorũ iã beata intantum exultat, & gratias agit deo, hũilitas humana pro tãto beneficio, per quod ã perpetua damnatione est liberanda, & à peccatis absoluenda, ã miserijs huius mortalitatis eruẽda & ad sempitẽna gaudia Apoca.19

perducenda, quantum putamus fratres mei merito in deo lætari debet,& laudes & gratiarum actiones exoluere? Quapropter sitis in diuinis laudib⁹ strenui

Bernard. id est, secundum Bernardũ, reuerentiales & alacres & viriles, non parcentes vocibus nec somnolẽti, qa deus præsens est,& angeli eius assistẽres psallẽtibus Nec contẽnatis voces vestras. Vox eñ vestra cœlos penetrat & lætificat, infernum dirumpit & cõtristat purgatoriũ exhilarat, super latitudinem terræ se diffundit,& adiuuat, atq; fœcundat. Secundum beneficium est reparatio ciuitatis cœlestis, quæ depopulata & imminuta fuit per casum angelorum, & imperfecta relicta per casum hominum. Per natiuitatẽ vero Christi imperfectio eius suppletur, quando animę innocẽtum ad decimum chorum cœlestis hierarchię assumuntur, & ruinæ eius reparantur, quando per virtutem Christi secundum diuersitatem meritorum animæ adultorum, siue martyrum, siue confessorum ad diuersos choros angelorum in locis præuaricatorum collocantur. Et est hæc reparatio dignior & nobilior, quàm fuit eius prima creatio vel institutio, maxime propter nobilissimas personas Christi Iesu & p ñssimę matris eius. Quid dixerim animas sanctorum mixtas cœtibus angeloꝝ, nisi preciosissimos lapides affixos vel inclusos auro? Angelica enim na-

Ezech.28 tura appellatur aurum, iuxta illud Ezechielis: Aurũ opus decoris tui. Et de ruina angelorũ subditur. Et foramina tua in die qua conditus es, præparata sunt quia ruentibus angelis ipso die creatiõis, foramina relicta sunt, quibus animæ sanctæ quandoq; includi deberent ad ornatum cœli, tanquàm lapides preciosi,

Isaiæ. 62 vt canit ecclesia de viuis lapidibus: Tunsiõibus pressuris expoliti lapides. Vnde & in Isaia ecclesiæ dicitur: Eris diadema regni, scilicet in cœlis. O quàm magnum gaudium ex hoc præstatur angelis & hominibus. Nolite ergo turbari fratres, quando in tentatio-

nes varias incideritis, aut infirmitates, & iugũ Christi, aut ordinis presserit. Per talia enim (sicut cæteri patres antecessores vestri) ad gloriam cœlestem paramini: quia (iuxta sententiam Apostoli in Actibus) ꝑ multas tribulationes oportet intrare regnũ dei. Tertium beneficium est, q; per Christum hostis angeloꝝ fuit victus & expulsus. Hostis angelorum diabolus est, quem licet angeli de cœlo eiecerint, tamen in terra homines vincebat, & ibidem regnabat. Sed Christus dominus eundem vicit & eiecit, vt euangelium testatur dicens: Nunc princeps huius mũdi eijcietur foras. Vnde dicere poterant angeli nato domino Iesu illud Apocalypsis: Nunc facta est salus, & virtus, & regnum dei nostri, & potestas Christi eius, quia proiectus est accusator fratrum nostrorũ, qui accusabat illos (id est, accusabiles illos fecit, per tentationes eos vincendo) ante cõspectum dei nostri, die ac nocte & ipsi vicerunt illum propter sanguinem agni. Gaudeamus fratres cum angelis, quia victus est per Christum hostis noster, & expulsus à nobis. Sed cauete ne reducatis hostem per instabilitatem & prauitatẽ. Hæc enim reducunt hostem, quia ipse talis est. Vnde in li. Iob dicitur: Ecce qui seruiunt ei nõ sunt stabiles, & in angelis eius reperit prauitatem. Vere instabilitas q̃ cõtra professionẽ nostrã est, à diabolo est, & oĩs prauitas. Quartũ beneficium est, quia custodia angelorum per natiuitatem Christi vtilis hominibus facta est, & angelis gaudiosa. Ante aduentum quippe Christi multitudo hominum ad infernum descendit & pauci ad limbum. Quod erat dolorosum angelis quia fructus custodiæ & accidentale ipsorum gaudium perdebatur. Quapropter per Christum maiestatẽ dei laudant angeli, adorant dominationes, & cætera. Quintum beneficium fuit, quia per natiuitatẽ Christi angeli calore diuini ignis accensi sunt, & illuminati, quod alias non habuissent. In angelis enim, à supe

Iaco.1 | Apoca. 14 | Iohan.12 | Apocal. 12 | Iob.4 | Alber. sup Missus est.

rioribus fit illuminatio, secundum diuinum Dionysi-
Dionysi. um. Cum igitur Christus ab instanti suæ conceptio-
nis beatus extiterit, & superior omnibus, statim po-
Pax quintuplex. tuit angelos accendere ac illuminare. Scdo aduerten-
dum quo pax hominibus nuntiatᷓ quintuplex: Pri-
ma est cordis, q̄ est cōformitas voluntatis cū ratione
recta, & sano intellectu. Ante aduentū Christi erat in-
tellectus noster tenebrosus, ratio errans, volūtas per-
uersa: & ideo homo verā pacem habere non poterat.
Venit dñs Iesus Christus per vnguentū gratię volū-
tatem curauit à sua puersitate, & efficacissima reme-
dia per sacramēta illius vulneribus reliqt. Intellectū
Iohann. 1 illuminauit: qa Iesus saluator deus est lumē verꝫ, q̄d
Lucæ. 1 illuminat oēm hoiem venientē in hūc mundū. Venit
Ephesi. 5 illuminare q in tenebris & in vmbra mortis sedent,
vt q aliqñ tenebræ erant, nunc sint lux in dño: quia
popul⁹ q ambulabat in tenebris, vidit lucē magnam
Isaiæ 9 Venit dñs Iesus plenus gratia & veritate. Nos vero
Iohan. 1 oēs de plenitudine eius accepimus. Et gratia & veri-
tas in nobis per ipsum facta est. Scda pax est homi-
nibus, q̄ est debita subiectio sensualitatis ad volūtatē
Galat. 5 scdm rationem rectam. Ante aduentum Christi, caro
concupiscebat aduersus spiritum, spūs aduersus car-
nem, & inuicē aduersabantur. Sed virtute vnguen-
ti (quod Christus dñs super nos effudit abunde) sen-
sualitas subditur rationi, & eius freno restringitur,
Psalm. 118 donec mortalitas absorbeatur in victoria. Et data est
pax multa diligentibus legem suam. Hoc conspicuū
est videre circa sensum tactus, in quo maior est vo-
luptas & rebellio contra spiritum. Ecce coniugati (p
sacramentum Christi adiuti) castum ducunt connu-
bium. Virgines pro Christi amore se castauerunt
& voluptates nec semel quidem experiri volunt.
Temperati & sobrij, refrenant gustum & libidinem.
Modesti visum & auditum continent. Martyres oēs
sensus diuersis & crudelissimis tormentis exponūt.

Tales super arenam per mundum multiplcati sunt.
Replent monasteria confessores per pacem dei, quæ Psalm.118
exuperat omnem sensum, Tertia pax est ciuium, q̃ Phil.4.
consistit in quieta sociali cohabitatione, Habemus in prophetis & scripturis sanctis, quanta ante aduentum Christi discordia mundum occupabat. In natiuitate tamen eius per vniuersum mundum pax solẽnissima prædicata est, quæ designabat omnes modos spiritualis pacis, & hanc ciuilem cõmendabat. Quapropter dicitur: Orietur in diebus eius iustitia & Psal.71.
abundantia pacis, quam habebat dominus Iesus etiã Psal.119
cum inimicis. Iuxta illud Psal. Cum his qui oderunt Rom.12.
pacem eram pacificus. Et nos monemur per Apostolum: ꝙ quantũ in nobis est, cũ omnibus hoĩbus pacem habeamus: & maxime inter nos adinuicem. Sed vnde venit ista pax, nisi à domino Iesu, qui suis pacẽ reliquit? Videte fratres mei, vnde tanta quies inter Ioh.14.
vos. Conuenimus ex diuersis nationibus, differentes complexiones & naturas habentes, & pacifice inter nos viuimus. Vnde hoc, nisi ex dono timoris & amoris domini Iesu, in cuius aduentu (vt habetur apud Isaiam) habitabit lupus cum agno, & pardus cũ hœdo, vitulus & leo & ouis simul, vitulus & vrsus, Isa.11.
nec nocebunt, nec occident? Gratias tibi domine Iesu. Quarta est pax hominum ad angelos, qui ante aduentum Christi erant inter se diffidentes. Venit dominus Iesus (vt ait Apostolus) & euangelizauit his pacem qui prope, id est, angelis, & his qui longe, Eph.2.
id est, hominibus. Quinta est pax hominum ad deum. Ante aduentum domini, pœnituit deum fecisse Gene.2.3.
hominem, & terræ propter eum maledixit. Sed venit Hebr.5.
dominus Iesus, legatione pacis nostræ functus est: receptus & auditus est pro sua reuerentia, inimicitias in seipso triũphauit per sanguinẽ crucis suæ vt nos offerret deo, & pacẽ haberemꝰ ad deũ. Ad hãc pacẽ oẽs modiꝫ pacis opitulãť hoĩbꝰ bonæ volũtatis

quia non est pax impijs. Igitur charissimi fratres, cũ
sanctis angelis glorificemus deum pro tantis benefi-
Isaiæ. 48 cijs, & toto corde in domino gaudeamus, semper ta-
men memores lachrymarum pueri Iesu. Gaudent
angeli, & laudãt pastores deũ, puer aũt Iesus nostra
peccata deflet, iuxta illud cantici ecclesiæ: Vagit in-
fans, inter arcta positus præsepia. Offeramus & nos
puero pijssimo lachrymas compassionis, & pœniten
tiæ pro peccatis nostris & totius mundi, sic gauden-
do & lachrymando ad cœlestia gaudia & pacem fa-
cilius perueniemus.

❡ Causæ, rationes, vtilitatesque incarna-tionis & natiuitatis verbi. Exhor. IX.

SIc deus dilexit mũdum, vt filium su
um vnigenitum daret. Iohan. terio:
Sic deus dilexit mundum, id est, ho
mines existentes in mundo, & singu
lariter nos hic sedentes, vt filium su
um vnigenitum daret. Vt tantam di
lectionem agnoscere clarius, & reamare arctius, &
gustare sapidius valeamus, aduertamus intentius, qs
Ioha. 1 sit iste vnigenitus filius. Dico φ ipse est ipsum vnicũ
dei verbum, quod in principio erat apud deum, & de
us erat. In omni actu intellectuali generatur verbũ
quasi proles mentis, quamuis hoc communiter homi
Bonauen. nes non aduertant. Hoc testatur sanctus Bonauentu
ra in Itinerario, dicens: Tunc intelligimus, cum si-
militudo quæ est in memoria, resultat in acie intelle-
ctus, quæ nihil aliud est quàm verbum. Cum ergo de-
us summa sit intelligẽtia, vtiq; intelligit, & intelligen
do generat verbum. Et quia deus est summa intelli-
gentia, propterea est etiam perfecta. Et quia perfecta
propterea verbum generatum est vnicum & æternũ
incommutabile: alias non esset intelligentia perfecta

si oporteret actum intelligendi reiterare, & nouũ verbum generare. Ergo (iuxta sentẽtiam sancti Iacobi) apud deum non est aliqua permutatio, nec vicissitudinis obũbratio. Idcirco etiã in deo accidens (q̃d est ens imperfectum) esse non potest. Verbum ergo dei non est accidens in deo, sed consubstantiale deo. Cũ eñ deus sit summum bonum, summe se communicat & diffundit. De ratione quippe boni est, quod se communicat. Non autem summum bonum summe se cõmunicaret, nisi in actu naturali suam substantiam & essentiam communicaret. Cum ergo verbum præfatum necessario distinguitur ab eo à quo producitur, nec tamen essentialiter nec accidentaliter: idcirco distinguitur personaliter. Est ergo verbũ istud alia persona distincta ab ea à qua producit. Et dicitur verbum istud quandoq; imago dei, propter similitudinem conformem, quandoq; verbum, propter similitudinem intellectualem: sed dicitur filius propter similitudinem cõnaturalem. De ratione quippe filiationis iest, q̃ viuens procedat à viuente secundum rationem similitudinis in identitate naturæ Hic vero est etiã identitate substantiæ. Quapropter ratio filiationis perfectius inuenitur in deo quàm in vlla creatura. Propter nimiam autem charitatẽ qua dilexit nos deus, hic filius coniunctus est animæ rationali, & carni humanæ in vnitate personali, per quã vnionem factus est dei filius hominis filius, & filius hominis dei filius, non duo filij, sed vnus filius. Hic est ille vnigenitus filius quem dedit deus non ex necessitate, sed vt ostenderet suam charitatem & beneuolentiam erga nos, vt ipse filius per diuinitatem suam nos saluaret, & per humanitatem pro peccatis nostris satisfaceret. Quàm congruum autem & decens fuerit præfato modo humanum genus redimere, sanctus Bonauentura excellenter scripsit in primo capitulo quartæ partis sui breuiloquij: dicens:

Iocob.1

Ephesi.2

Bonauen.

Per verbum incarnatum facta est salus & reparatio generis humani, non quia deus aliter non potuerit humanum genus saluare vel liberare, sed qa nullus alius modus ita congruus & conueniens erat ipsi reparatori, & reparabili & reparationi. Ratio, quia cum non minus sit res conditas reparare, quam in esse producere: sicut non minus est bene esse quam simpliciter esse, decentissimum fuit, rerum principium reparatiuum esse deum summum, vt sicut oia creauerat deus per verbũ increatum, sic oia recrearet p verbum incarnatum. Quoniam ergo deus oia facit potẽter, sapienter, & optime siue beneuolenter, decuit vt sic repararet reparanda, vt suam potentiam & sapiẽtiam, & beneuolentiam ostenderet. Quid aũt potẽtius q̃ coniungere extrema summe distãtia in vnã personam? Quid sapientius & congruentius q̃ quod ad perfectionem totius vniuersi fieret coniunctio primi & vltimi verbi, scз dei (quod est oĩm principium) & humanæ naturæ, quæ fuit vltima omnium creaturarum? Quid beneuolentius, q̃ quod dñs propter serui salutem accipiat formam serui? Imò hoc tantæ benignitatis est, vt nihil clementius, nihil amicabilius nihil benignius cogitari possit. Conueniẽtissimus ergo erat hic modus deo reparatori, propter commendandam diuinã potentiam, sapientiam, beneuolentiam. Itẽ homini reparabili modus iste congruebat. Quia em̃ homo cadens in culpam, auerterat & recesserat à principio potentissimo, sapientissimo & benignissimo, ideo corruerat in infirmitatẽ, ignorantiam & malignitatem. Ac perꝫ hoc de spũali effectus est carnalis, animalis & sensualis. Ideo ineptus est ad diuinam virtutem imitandam, ad lucem cognoscendam, ad bonitatem diligendã. Ad hoc igitur vt homo ab isto statu repararetur, congruẽtissimum fuit vt ei condescenderet primum principium, reddendo se illi noscibile, amabile, & imitabile. Et quia homo carnalis,

animalis & sensualis non nouerat nec amabat, nec sequebatur, nisi sibi proportionabilia & consimilia. Ideo ad reparandum hominem de hoc statu, verbũ caro factum est, vt ab homine (qui caro erat) & cognosci posset, & amari, & imitari. Ac per hoc & homo deum cognoscens & imitans, remedearetur à morbo peccati. Item reparationi congruebat iste modus, quia homo reparari perfecte non poterat, nisi recuperaret mentis innocentiã, dei amicitiam, & suam excellentiam, qua soli deo suberat: & hoc non potuit fieri nisi per deum, in forma serui. Ideo congruum fuit verbum incarnari Excellentiam nanque recuperare non poterat, nisi reparator esset deus. Quia si reparator esset mera creatura, tunc homo esset subiectus meræ creaturæ: & sic non recuperaret statum excellentiæ. Amicitiam quoque dei recuperare non poterat nisi per mediatorem conuenientem, qui manum posset ponere in vtrumque, & vtrique parti conformis esse & vtriusque amicus, & ideo sicut similis deo per diuinitatem, sic similis homini per humanitatem. Innocentiam vero mentis recuperare non poterat, nisi dimissa culpa, quam dimittere non decebat diuinam iustitiam, nisi per satisfactionem condignam. Et quia satisfacere non poterat nisi deus pro toto humano genere, nec debebat nisi homo qui peccauerat, ideo congruentissimum fuit humanum genus reparari per deum hominem, natum de genere Adæ. Idem ibidem capitulo vigesimo: Deus per verbum carnem factum, pro summa benignitate hominem redemit precioso sanguine, redemptumque cibauit, per quod etiam in fine mundi summam misericordiam impertiendo, ab omni miseria liberabit, vt per Christum omnes electi sint filij summi patris, in quo erit omnis pietatis consummatio, & dei ad nos & econuerso. Ecce charissimi fatres (vt verbis vtar beati IOHANNIS) videte 1.Iohan.3

qualem charitatē dedit nobis pater, vt p vnigenitū suum nobis datum, filij dei nominemur & simus. Et certe nisi sua beneuolentia succurrisset nobis per prædictū modum pater, vtiq; remansissemus omnes filij iræ, filij diaboli, filij æterni incendij & perditionis. Quid ergo rependemus tantis beneficijs fratres?
August. Saltem (vt Augustinus ait) reamare nō pigeat. Oēm igitur affectum ad eum dirigamus, ipsum ex toto corde diligamus, omnibus omnium rerum creatarum inordinatis amoribus exclusis, omnibus occupationibus reiectis, solummodo cum domino Iesu Christo saluatore nostro die noctuq; nos occupemus:
1. Iohan. 2 Mūdus enim perit & concupiscentia eius, verbum autē
Psalm. 118 dei nostri manet in æternum, & amor eius. Ipse sit ergo cogitatio nostra, ipse desiderium nostrum, ipse sit amor noster, ipse sit pax nostra, ipse sit finis noster,
Psalm. 24 nec aliquid nobis occurrat, nisi ipse, vt oculi nostri semper sint ad dominum. Quod vt obtinere valeamus ab ipso, opere impleamus quæ ipse verbo & opere docuit, humilitatem, fraternam charitatem, obedientiam secundum omnem modum, præcipue secundū regulam nostrā. Nec palpemus nos, nec excusemus, ne ipsum non saluatorem, sed iudicem iratum sentiamus. Ipse enim nouit vires nostras, nec ipsum decipere
Heb. 4 possumus, cui omnia occulta manifesta sunt. Reddamus vicem, & sic diligamus deum vt filium nostrū vnigenitum ipsi demus, scilicet verbum mentis nostræ incarnatum voce carnis labiorū nostrorum, in omni loquutione nostra, & laudibus diuinis. Et sint vox & verbum mentis coniuncta inseparabiliter, vt sit veritas in loquutione, & attentio in oratione, & sic erit, vt complaceant eloquia oris nostri, & medi-
Psalm. 18 tatio cordis nostri in conspectu eius semper.

¶ Angelorum admiratio super opere redemptionis humanæ. Exhorta. X.

GLoria in excelsi deo. Sic cantat sancta mater ecclesia, & originaliter hæc verba desumpta sunt ex euangelio Lucæ, Vbi narratur, quod nato domino saluatore multitudo cœlestis exercitus laudat deum, dicens: Gloria in altissimis deo. Laudabāt astra matutina, & iubilabant omnes filij dei, dū medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, eo quod tunc natus esset vnicus filius dei. Miro quodam & ineffabili gaudio sancti angeli repleti sunt, videntes natum saluatorem, tum ex parte operis, tum ex parte fructus. Ex parte operis, quia non est factum opus tale in omnibus regnis dei, aut in vlla creatura. Vidit deus omnia quæ fecerat & erāt valde bona. Et dicimus in confessione: opera domini vniuersa bona valde. Istud vero opus confessionis & magnificentiæ, vincit laudē, vt scilicet ipse sit creator deus, omnia in omnibus existens omnem creaturam, quæ per creationem ab eo exierat, per recreationē aut reparationem, hominem (qui omnis creatura est) sibi in vno supposito coniungendo, in seipsum reduxerit. Vnde permanente gloria maiestatis, vnus est deus & homo, diuina maiestas & limus terræ, verbum perpetuum & infans vnius diei, summus spiritus & caro, dominus & seruus. Hæc est nouitas omnium nouitatum. Opus stupendum nimis, laudandum, reuerendum, amandum, & summa delectatione amplexandum. Vnde Bernardus: Stupent angeli de nouo, videntes eum infra se, quem supra se semper adorant. Vere mysterium hoc magnum est, quo humana natura reparata est. Et hic est fructus operis huius, vnde angeli gauisi sunt, scilicet salus perditi hominis. Nunc ergo misericordia eius plena est terra. Et vere miserationes eius super omnia opera eius. Vident angeli iudicem peccatorum infantē

Luc.2. Iob.38 Sapien.18 3.Reg.19. Gene.1. Eccle.39. Bernard. Psalm.32 Psalm.144

obmutescentem in sententia, ligatum fasciolis ne possit percutere vindicando, vagientem in præsepio, vt ille qui iudicat, fletibus peccata diluat potius quàm puniat. Cognoscunt ergo quia iudex hominum factus est saluator hominum. Nec vacat à mysterio, quod dominus mundum ingressus, talis primo apparere voluit. Vnde etiam ab angelo datur in signum salutis. Inuenietis inquiens, infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio, postquam dixerat natum saluatorem. Dedit ergo dominus benignitatem, & terra nostra dedit fructum suum, hoc est, Mariæ virginea caro, non culta nec seminata, sed spiritu sancto obumbrata, edidit saluatorem. Iustitia enim de cœlo prospexit. Illa iustitia de qua dicitur in psalmo: In iustitia tua libera me. Iustitia enim nostra in terra immunda est, ait propheta Isaias, nec saluare nos potuit. Promiserat verax & misericors deus iustitiam suam nobis affuturam. Iustificabit inquit, ipse iustus in iustitia sua multos. Idcirco misericordia & veritas obuiauerunt sibi. Quia quod misericorditer promisit, veraciter impleuit. Captus est vnicornis. Vnicornis est animal fortissimũ & ferocissimum, quod nullo ingenio aut fortitudine capi potest, habens cornu procedens à medio frõtis miri splendoris, quo perfodit quicquid tetigerit, rugitum emittit horribilem. Ad eius captiuitatem virgo pura aperto sinu exponitur sedens, in quem omni feritate deposita, caput reclinat & dormit, sicq; à venatoribus capitur, & vulneratur, & occiditur. Vnicornis est filius dei, deus, cuius cornu est irrefragabilis iustitia. Rugitus, verbum horrendum scilicet: Ite in ignem æternum, cuius fortitudini nemo vnquam venatorum, id est, patriarcharum vel prophetarum resistere potuit, nec iram placare. Vnde vnus illorum dilationis impatiens, Tu (inquit ad patrem) repulisti nos & confudisti nos, distu-

Psalm.84. Psal.30. Isa.34. Isaię.55 Psalm.84. Vnicornis quid. Matth.25. psal.88.

listi Christum tuum. Tandem nostra virgo purissima per humilitatem sedens, in suum gremium per amoris affectum dilatatum, odore virginali filium dei attraxit, in quo nouem mensibus quieuit. Captus ergo & ligatus, atque occisus est, & cornu iustitiæ in nostræ salutis vsus deuenit: Iustitia igitur & pax osculatæ sunt. Psalm. 84 Soluto enim pretio pro peccatis per iustitiam mediatoris, inimicis occisis, omnia pacata sunt, & quæ in terris, & quæ in cœlis sunt: & pax æternitatis (quæ solum in cœlis est) homini restituta est, q̃ magno cum tripudio & iubilatione sancti angeli nuntiauerũt: dicentes: Pax hominibus bonæ voluntatis. Coloss. 1 Quamuis em̃ pax æternitatis reparata sit, eam tamen non obtinebunt nisi ij qui in hac vita pacem cordis habuerint. Non est enim pax impijs, dicit dominus. Isaiæ. 48 Inter hæc libet aduertere, quanta humilitas, quanta sit in angelis erga nos charitas. Non est superbia, non est inuidia nec odiũ in eis. Congaudent honori nostro, congaudent felicitati nostræ. Vt autem prætermissis cæteris, de nobismet ipsis loquamur, commune est prouerbium, inuidiam & odium regnare in monasterijs, quorum initium est superbia. Et reuera interdum prouerbium hoc verum est. Aestimantes enim se nonnulli cæteris meliores, propter nonnulla q̃ putant se habere dona, appetunt dignitates & officia, alijs inuident, de aliorum profectibus contabescunt: & si aliquid inuenerint obiurgandum, aut saltem speciem mali, gaudent, & socijs communicant, vt congaudeant in malum: quorum finis est interitus. Exempla multa sunt. Sed sufficit in tanta solennitate hæc obiter tetigisse. Vosipsi hæc verba ad vsuras ponite, & de ipsis latius cogitate. Sancti angeli non murmurabant, neque dixerunt: Nos melioris naturæ sumus, & filij dei ab initio, & spiritus nobilissimi & puri,

deo'q; fideles, & tamen deus nos non apprehendit, sed potius semen Abrahæ,commiscuit se semini neq; filiis sceleratis,qui ab initio non steterunt,sed magis pro nobis deum glorificauerunt dicentes: Gloria in altissimis deo,& in terra pax hominibus bonæ volũtatis.Et quia hoc carmen & hunc hymnum angelicũ isto præcipue festo frequentamus, libet in fine de residuo carminis dicere,quod vnus sanctorum hoc addidit.Et pro maiore attentione& deuotione est notandum,quod honor (vt Philosophus in Ethicis dicit)est præmium virtutis. Quando enim quis scit alium virtuosum vel bonum,exterius ostendit eum dignum mercede magna, quæ tamen non potest æstimari.Ideo stulti sunt,qui pro virtute honorem recipiunt,Merces enim virtutis excedit omnem honorem.Sed honorans dat quod habet,aut saltem signũ dat, virtuoso deberi mercedem.Si facit hoc solo signo,dicit honor.Si subsidio,&hoc parẽtibus,dicitur pietas.In euangelio enim dominus dicit præceptum de honoratione parentum , debere intelligi de subsidio,Si fit alienis,dicitur munificentia,sicut rex honorauit Tobiam. Si deo, dicitur oblatio. Si facit voce dicitur laus.Ideo dicitur in hymno:Laudamus te.Si cum imprecatione boni,dicitur benedictio. Si cum debita subiectione,dicitur adoratio,quæ debet deo tanquam primo principio & authori boni naturæ,gratiæ,& gloriæ,& dicitur latria.Quæ autem fit intellectuali naturæ,dicitur dulia.Quæ dei genetrici dicitur hyperdulia . Si fit cum magna solennitate vel claritate,dicitur gloria. Si cum recognitione beneficii,dicitur gratiarum actio.Ideo in hymno dicit: Laudamus te,benedicimus te,adoramus te , glorificamus te.Gratias agimus tibi , propter gloriam tuã magnam. Quam per incarnationis suæ mysteriũ nobis præparauit, & adipisci faciet cum sanctis angelis.

Hebr. 2
Isaiæ. 1
Lucæ. 2
Honor qd Philoso.
Marc. 7
Tobiæ. 1

¶Quomodo recte sentiendum sit de ꝓcessione verbi diuini. Exhor.XI.

VErbum caro factum est, & habitauit in nobis. Iohānis primo. Propositum verbum tantę profunditatis est tantaq́ȝ mysteria continet, vt si tot libri conscriberentur, quod cœlum & terra capere possent, ea non plene elucidarent, nec intelligentiæ omnes siue angelorum, siue hominū ea caperent. Vincunt enim omnem capacitatem. Nec enim parua fouea, nec paruus pisciculꝰ capere vel absorbere posset vniuersum mare, sic nec vllus intellectus verbum hoc. Bonum autem nobis est quod vincimur à magnituinde salutaris nostri. Dicit enim & Psalmista: Defecit in salutari tuo anima mea. Concupiscit, & deficit anima mea, &c. Quid ergo audituri estis à me, tenebris & infacundia inuoluto fratres, ex tam breui chartula? Tamen quia frequentamus verba hæc, libet pro deuotione & attentione habenda in tanta solennitate aliquid vel tenuiter de ipsis dicere. Duo igitur veniunt consideranda circa verbū propositum. Primum est, de verbo incarnato, Secundum qualiter illud habitat in nobis. Circa primum dico notissimum esse omni intelligenti, q̄d deus vita viuit nobilissima. Nobilissima autem vita est intellectiua, quā vitā ipse nedum habet, sed etiam ipse est ipsa vita, capacitatis infinitæ & immensæ. Omnis vero intelligens, in ipso actu intelligendi concipit similitudinem rei intellectæ, & verbum mentis vocatur quod in ipso actu procedit & generatur, quasi proles mentis, vt inquit Augustinus. Et secundum eundem quisquis potest intelligere verbum illud, non solum anteq̄ sonet verbū, sed etiam anteq̄ sonorȝ eius imagines cogitatione inuoluantur, iam potest videre aliquam verbi illius similitudinē, de quo dictū est,

Psalm. 118
Psalm. 83
Augustin.

In principio erat verbum. Igitur apud deum est tale verbum, cuius nostrum verbum est quædam imago & similitudo, sed multum differt ab illo, quia nostrum est accidens, & mutabile, & vile, & multiplex, tot enim formamus verba, quot habemus intelligendi actus. Dei autem verbum est consubstantiale intelligenti, & incommutabile, & vnicum, & nobilissimũ quia deus est. Ipsi vnico cantamus: Præsta pater piissime, patrique compar vnice. Et iterum: Deo patri sit gloria, eiusdem soli filio. Verbum dei vnicum est, qa in deo actus intelligendi substantialis, & vnicus, & incommutabilis est, & infinitus, quia est ipsemet deus. Subsistit ergo verbum deus, & non inhæret. Et quia procedit viuens à viuente in eadem natura intellectuali diuina per modum similitudinis, quod nulli alteri in eadem natura est communicabile, idcirco est vere filius & persona distincta. Ille vero à quo generatur, scilicet intelligens, necessario est pater, quia pater & filius relatiue dicuntur. Cum ergo deus intelligat se, & omnia in seipso per verbũ suum tanquam verum & bonum, necessario etiam diligit se & alia, & inclinatur ad se per modum amorosæ affectionis. Alias non videretur posse dici bonus qui bonum quod intelligeret non amaret. Per hunc modum aut similitudinem, ab vtroque, scilicet intelligente & verbo, vel patre & filio, secundum modum voluntatis procedit spũs sanctus, consubstantialis & vnicus, & incõmutabilis, & infinitus & viuẽs in natura intellectuali diuina, q̃d nulli alteri personæ in eadẽ natura est cõmunicabile. Et propterea est persona distincta ab aliis. Ecce fratres, quęrendo verbum inuenimus trinitatẽ. Et vere nemo de vna persona digne cogitare potest, nisi tota trinitas occurrat cum sit eaꝝ triũ vna natura, & vnum esse, & vna substantia simplicissima & inseparabilis. Defectus magnꝰ est in nobis, quod ꝑsonas diuinas nimis separamus:

quia separãdo psonas, etiam substantiã separamus. Nescimus eñ cogitare de deo, nisi per modum humanum nobis consuetũ, formãtes nobis quasi tres hoies distinctos, vel veteranũ quẽdã barbatũ, & hominem Christum, atq; columbam. Non licet ita de deo cogitare, quia fabricaremus tres deos nouos, & tres patres, & tres filios, & totidem spũs sanctos. Sed debemus cogitare vnicum intelligentẽ, generantẽ, et vnicũ verbum mentis eius generatum, & vnicã amorosam affectionem vel inclinationem vtriusq;, quam spiritum sanctũ patri & filio consubstantialẽ vocamus. Et sic habebimus similitudinẽ quandã dei, sed non rẽ: qa tenebras posuit latibulũ suũ, & lucem inhabitat inaccessibilẽ, nec videbit eũ homo viuens. Sed reuertamur ad propositum nostrũ. Verbũ caro factũ est, non pater, non spũssanctus: quanq̃ sint à verbo inseparabiles. Mysterium hoc magnum est. Præsuponit hic euangelista vnam maximã. s. deũ non posse mutari. Idcirco his verbis non vult intelligi, deũ verbũ in carnẽ versum, sed carnẽ à verbo assumptã. Quia eñ difficulter crederetur carnem deo posse vniri, voluit vt illo loquendi modo, viliorem hominis partẽ nominãdo in facto, vt agnosceretur totus homo in vnitate personæ, deo verbo & filio vnitus. Quia caro humana non est sine aĩa rationali. Ecõtra de Iacob dicit scriptura ꝙ descenderit in Aegyptũ in animabus certis, nulla mentione habita de corporibus, qa sciebat ꝙ aię non erant sine corporibus q̃ animabãt. Verbũ caro factũ est. O quantũ est opus dei istud fratres mei. Vtiq; maximũ sup a oĩa opa eius. Ecce deus & hõ. Qui gloriosus regnat in empyrio. vagit infans in p̃sepio. O q̃ magnũ est hoc sacramentum q̃d sapientia dei instituit. O quãtũ est amabile, quantũ laudabile, quantũ colendũ & adorandũ. Quãta relucet in illo potentia, sapiẽtia, bonitas, charitas iustitia, veritas, mĩa, benignitas, clemẽtia, pietas.

Psalm. 17
1. Timo. 6
Exod. 33
Genesi. 46

Custodiamus animas nostras à peccatis, &carnem à pollutione: quia verbum deus caro factum est,& ha bitauit in nobis.Hic est fructus tanti mysterij. Ad se nos deus adeo pertinere voluit, vt non solum nos cre aret,& conseruaret,& regeret, sed etiam inter nos videri,& conuersari,& in nobis habitare voluerit,
Bar.3. dignatione vtiq; sua, non nostro merito. De primo dicit propheta Baruch: In terra visus est,& cum ho minibus conuersatus est. De secũdo dicit Apostolus:
2.Cor.6. Dicit dominus, quoniam habitabo in illis, & ambu labo inter illos. Quid autem sit habitare in nobis, di
Ephe.3 cit ad Ephe. Det vobis pater secundum diuitias glo riæ suæ virtutem corroborari per spiritum eius in interiore homine, habitare per fidem Christum in cordibus vestris, in charitate radicati & fundati, vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis q̃ sit latitudo & longitudo, sublimitas & profundum. Ecce per spiritum sanctum, qui datur credentibus in
Roman. 8 Iesum (quia qui spiritum eius non habet, hic non est ius) coroboramur in interiori hoīe, quia vita ani mæ credentis spiritus Iesu est. Hic vero spiritus per fidem &charitatem (quæ præsupponunt gratiã ex qua oriuntur, sicut ex sua natura, quemadmodum potentiæ animæ ex anima) per ea inquam, &per cæ teras virtutes operatur spiritus sanctus opera vitæ spiritualis meritoria in Iesu, qui habitat in cordi bus nostris,& ea diffundit ad cætera membra spirtu alia hoc est ad omnes per gratiam sanctificatos, qui omnes eundem spiritum Iesu habẽt, & eos compti cipes eorundẽ operũ efficit, eo q; sunt omnes corpus vnũ &inuicem mẽbra. Non solũ tamen in cordibus
1 Cor.6. nostris habitat Iesus & spiritus eius, sed etiã in carne sicut alibi dicit idẽ Apostolus: Portate deũ in corpo re vestro. Sicut eñ animã ita & corpus assumpsit Ie sus vt habitaret in nobis tã in carne q̃ in anima. V n
1.Cor.6 de ad Corinth, scribitur, Corpora vestra mẽbra sunt

Christi. Per inhabitationem vero istam nobilissimã maxima & preciosa nobis,pmissa donauit deus verbum vt per hæc efficiamur diuinæ consortes naturæ vt innuit beatus Petrus:Hoc autem consortium nobilissimum est,quod deus vnquam creauit.Ista inhabitatio innouatur &corroboratur quotidie in nobis quãdo Iesum in sacramẽto recipimus.Intrat Iesus in corpus &carnẽ nostrã:qa verbũ caro factũ est,vt habitaret in nobis.Interim animã &corpus dignificat, vt aliquando totũ hominẽ ad se assumat: illustrãdo animã sui cognitione beatifica, afficiendo charitate deifica,reficiendo dulcedine mirifica. Corpus vero liberãdo à corruptione sua per impassibilitatem,subtilitatem, agilitatẽ,& claritatem. Vt sicut per omnia nobis voluit assimilari,ita etiam similes ei simus.Habitare itaque Iesum in nobis nunc in hac mortalitate per gratiam,& in fututo per gloriam,est fructus illius quod verbum caro factum est, Cum ergo charissimi ad sacram communionem accedimus, non arida & infructuosa consuetudine tanta mysteria peragamus, sed digne coruscante fide, flagrante desiderio ardente charitare,tantam gratiam cogitemus vt fructum incarnati verbi in nobis sentiamus, & omnibus membris Iesu communicemus. Omnes quippe fideles vno cibo in communi pascuntur,quia vno spiritu Iesu viuificantur.

.2.Pe.1.
Heb.2.
Iob.1

¶Huius dicti, multipharie multisque modis, &cæter.explanatio&de gaudiosa Christi Natiuitate.

Exhortatio.XII.

MVltipharie multisq; modis olim de⁹ loquẽs patribus in prophetis, nouissime diebus istis loquutus est nobis in filio, quẽ cõstituit hæredem vniuersorum, per quem fecit & secula. Ad hebræos 1. Habent verba hæc materiã magnorũ gaudiorum, quia videlicet loquutus est nobis deus in filio. Si quis tam idoneus, vt perfruatur his gaudiis. Præexigit enim omne gaudium, cognitionem & amorem eius de q̃ est. Vtinã inesset nobis clara fides

Luc.1. & amor huius filij, inesset vtiq; gaudium. Hoc gaudium habuit Ioahannes, quando exultauit in vtero. Hoc gaudiũ nuntiatũ & acceptũ est nocte ista pastoribus ab angelo, qui cum multitudine cœlestis exercitus simul præ iubilatione concinebant gloriam in

Luc.2. altissimis deo. Hoc gaudium habuit in conceptione filij huius, virgo mater Maria, quando magnificauit

Luc.1. dominum, & in deo salutari spiritus eius exultauit. Sed incõparabiliter vlterius, quãdo hũc sine vllo dolore ex castissimis visceribus suis deum & hominem conspexit genitum. Et vos fratres, vt materiã præ-

Augustinus. dicti gaudij intelligatis, attendite sententiam beati Augustini qua ait: Fecisti nos domine ad te, inquietum est cor nostrũ donec requiescat in te. Non eñ potest nobilis aĩa cõtẽtari, nisi casto amore, summo infinito bono inhærẽdo. Ad illã eñ felicitatem ex infinita charitate cõdidit eam deus. Priuata vero est illa beatitudine anima per peccatum. Ad quod tollendum, & salutem restituendam, venit ipsemet conditor humanam naturam assumens, vt abundantiorem suæ miserationis charitatẽ exhiberet. Quod sentiens intellectu & affectu anima, infinito repletur gaudio. Hæc omnia multipharie multisq; modis olim deus loquutus est patribus in prophetis, vt scire potestis, q̃ui totius veteris testamenti seriem frequenter audistis, si tamen intellexistis. Tanta enim obscuritate figurarum & sacramentorum &

verborum inuolutione, ordinum quoq; cofunsione in prophetis Christus annunciatur, vt raro clare cernatur. At vbi aliquid clarum dicitur, statim historiarum cõmixtione tenebratur. Diebus vero istis in euangelijs, & Apostolorum scriptis, palam nobis filius loquutus est. Vnde Apostolus Paulus huius filij redẽptoris nostri hodie geniti excellentiam & dignitatem describit, vt cognoscamus quia ipse est qui per prophetas venturus deus & homo atq; saluator prænuntiatus est. Dicit ergo: Loquutus est nobis in filio, quem constituit hæredem vniuersorum. Ibi tangitur natura humana in Christo Constitui enim non conuenit deo, vt beata Barbara patrona nostra argumentata est. Eo autem ipso, ait Lira, quòd natura humana à deo assumpta est in vnitate suppositi, constituta est super omnẽ creaturam. Vnde dicit apud Matthæum: Data est mihi o͞is potestas in cœlo & in terra. Sequitur: Per quem fecit & secula. Ibi tangitur natura diuina in Christo: quia creare omnia, solius dei est. Pater enim operatur per filium, sicut per artẽ. Quia secundũ Augustinũ: Filius est ars omnipotentis dei. Sequitur [Qui cũ sit splendor gloriæ] Filius dicitur splendor patris, propter coæternitatem. Sicut enim splendor solis est coæternus soli & tamen procedit à sole, & non econuerso, ita à patre procedit filius, vt non sit prior duratione pater filio, sicut nec sol splendore. Dicitur autem filius splendor gloriæ. Gloria enim est clara cum laude notitia. Nemo vero potest agnoscere patrem ad laudandum eum, nisi filius voluerit reuelare eum. Ipse siquidem filius est patris reuelator. Hæc ex euangelio & Augustino Filius etiam à patre procedit, notitia de notitia, sapientia de sapientia. Hinc in libro Sapiẽtiæ dicitur de sapientia genita (q̃ est Christus, vt ait Apo.) Emanatio q̃dã est claritatis o͞ipotentis dei syncera, Candor em̃ est lucis

Hebræ.1. Matth.8 Augustinus. Gloria q̃d Sapien.7 1.Cor.1.

æternæ,& speculũ sine macula dei maiestatis,&imago bonitatis illius. Sicut enim nunquam est pater sine notitia sui, imò cuiuscunq;, ita nunquam est sine expressione,quæ fit in imagine interiore, quæ verbum est. Vnde beatus Thomas: Ipse conceptus mentis interius,verbũ vocat.Hoc verbũ,pater intelligẽdo dicit siue eructat,iuxta illud Psalmistæ: Eructauit cor meum verbum bonũ. In quo verbo relucent oĩa cognita per patrem incommutabiliter. Exempli gratia dicamus. Quandocunq; cognoscimus aliquid intuitiue & clare, tunc producimus in nobis verbũ cordis, vel mentis,in quo relucet quicquid cognoscimus: quia sine tali verbo non fit cognitio.Et si cognitio in nobis esset incommutabilis,etiam verbum nostrũ esset incõmutabile.Si esset substantia nostra, verbum esset nobis consubstantiale. Et quia pater semper cognoscit se & omnia, idcirco semper producit verbum.Hinc catholice dicitur vtrunq;, & quod filius semper nascitur à patre secundum Origenem, & quod semper natus est secundum Gregorium &Ambrosium, vt declarat magister Sententiarum, distinctione 9.primi libri.Sequitur in Apostolo[Et figura substantiæ eius] Figura hic accipitur pro imagine naturali.Idcirco vere dicitur filius imago substantię vt per hoc innuatur ꝙ filius est eiusdem substantiæ cum patre.Non enim potest esse imago accidentalis, quia impossibile est deo aliquid accidere: nec vllum accidens est in deo. Et quia essentia diuina est indiuisibilis,idcirco est eadem numero in patre & filio. Sequitur[Portansq; omnia verbo virtutis suæ] id est, filius portat,hoc est,sustentat & conseruat omnia in esse,sicut omnia ex nihilo produxit in esse.Nam causa conseruatiua reducitur ad genus causæ efficientis. Per hoc ostenditur filius æqualis patri in operando & conseruando, vt testatur ipse apud Iohannem:Pater meus vsq; modo inquiẽs operatur,& ego operor

Thomas 1.q.107,artic.1.
Verbũ qd
Psalm. 44
Verbum cordis qd.
Origenes.
Gregori.
Ambrosi.
Iohan. 5

Et rursum ibidem: Quęcunq; ille fecerit, hæc & filius similiter facit. Et Apostolus: Omnia in ipso constant. Coloss. 1
Sequitur [Purgationem peccatorum faciens] Ex decursu Euangelij patet quod filius peccata remisit, cũ attestatione miraculorum, quæ fortissima probatio est, quia deus testimonium falsum dare non potest. Dimittere vero peccata nemo potest, nisi solus deus. Quia iustificare impium per remissionem peccatorum secundum Augustinum, non minus est quàm creare Augustin. cœlum & terram, imo maioris misericordiæ est. Igitur ex hoc filius probatur æqualis patri in potentia. Est etiam filio cum patre æqualis dignitas, quia cum eo sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Cum enim sit vna natura patris & filij, & vna indiuisibilis essentia, eorum etiam est vna dignitas. Secundum humanam vero naturam Christus sedet ad dexterã dei per modum cuiusdam associationis, & eadem veneratione veneratur, propter vnitatẽ suppositi, quod est deus. Propter hanc etiam vnitatem, quæ dicitur gratia vnionis, & propter gratiarum plenitudinem est melior angelis, & vniuersis creaturis effectus, & differentius præ omnibus nomen hæreditauit, quia dicitur & vere est naturalis filius dei. Nunc charissimi fratres Heb. 1 attenta tanta dignitatis & excellentiæ maiestate filij in quo loquutus est nobis pater, saluatoris nostri ex virgine nati, in redemptionem nostram ex inferis, in absolutionem à peccatis, in reconciliationem cũ deo in adoptionem filiorum & hæredum regni dei, ex intimis visceribus gratias patri agamus & filio, gaudeamus & lætemur, iubilemus, & in dilatatiõe charitatis iucundemur in domino: quia illuxit nobis dies salutis veræ. Nihilominus ne negligamus tantam gratiam, vigilemus circa mandata filij. Quia iuxta Pauli Heb. 2 sententiam, abundãtius oportet nos obseruare ea q̃ audiuimus, scilicet, à filio, ne forte perefluamus, id est, cum superfluis in æternam damnationem cada-

mus. Si em̃, inqt, q̇ p̱ angelos dictus est sermo (scilicet in monte Syna) factus est firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? Nostrũ est ergo attẽdere charissimi,
Johann. 7. quæ loquutus est per illum deus pater. Nam & ipse dicit: Mea doctrina non est mea, sed eius q̄ misit me patris. Loquutus est per illum factis & verbis, iuxta illud: Cœpit Iesus facere & docere. Omnis enim
Actuum. 1 Christi actio, nostra est instructio. Sic in beatissima sua natiuitate tacens loquutus est nobis, & docuit pœnitentiam & lachrymari, humilitatem & patientiam, obedientiam, quam ex tunc cœpit, & vsq; ad patibulum crucis impleuit. Charitatem dei & proximi quæ eum nasci fecit & mori. Imitemur eum fratres, & simus obedientes ei, quia iuxta Pauli vocem, factꝰ
Hebræ. 5 est om̃ibus obtẽperantibus sibi causa salutis æternæ.

¶ De triplici intellectu dicti illius Isaiæ: Generationem eius quis enarrabit? Exhortatio XIII.

GEneratiõem eius quis enarrabit? Hãc quæstionem facit propheta generosus Isaias, capitulo 53. vbi passionem domini nostri Iesu Christi futuram, per verba præteriti temporis tanquam iã factam, propter certitudinem prophetiæ describit. Quam quæstionem tractaturi dicimus
Hierony. cum glorioso Hierony. intelligendã de diuinitatis generatione, quæ incomprehensibilis & inenarrabilis est tam angelis quàm hominibus. Testatur hoc &
Ambrosi. sacer antistes Ambrosius libro primo de fide ad Gratianum Imperatorem, capitulo 5. dicens: Mihi impossibile est, huius generationis posse scire secretum,

mens deficit, vox silet, non mea tantum, sed & angelorum. Supra angelos, supra potestates, supra cherubin, supra seraphin, supra omnem sensum est. Sanctus quoq; Leo papa dicit, verba pdicta prophetæ posse intelligi non solum de diuinitatis generatione sed etiam de eius incarnatione. Quis enim intelligere & enarrare potest (vt verbis vtar sanct. Greg.) quo incorporatur verbum, quo summus & viuificator spiritus intra vterum matris animatur, quomodo is qui initium non habet existit & concipitur? Rursum quis enarrabit quomodo virgo concipit, virgo parit, & virgo intacta, incorrupta & illæsa manet? Vtraq; igitur generatio est inenarrabilis. Verum dominum Iesum conceptum de spiritu sancto, & natũ de Maria virgine, quod sola fide scitur & tenetur, eũque descendisse de semine Dauid secundũ carnem, vt euangelista & apostolus Paulus describunt, quod (iuxta Hieronymum) est enarrabile. Videtur autem mihi (saluo saniori iudicio) quod melius exponatur de spirituali generatiõe, per multiplicationẽ fideliũ, Vnde subdit propheta: Quia abscissus est, scilicet Iesus, de terra viuentium, videlicet per mortem corporalem, ad q̃ sequuta est multiplicatio fideliũ, scd̃m q̊d dicit in Ioh. Nisi granum frumenti cadens in terrã mortuũ fuerit, ipsum solũ manet, si autem mortuũ fuerit multũ fructum affert. De incremento hoc dicit Greg. in Homilia paschali: Cum Iudæi Iesum morientẽ viderent, eum se vicisse crediderunt, nomen illius q̃si se extinxisse gauisi sunt. Sed ecce de morte nomen eius per mundum creuit, ex qua infidelis turba se extinxisse credidit. Et quem gaudebat occisum dolet mortuum, quia hunc ad suam gloriam cognoscit peruenisse per pœnam. Quis digne mirari & enarrare poterit, quod per stultitiam crucis deus saluaret mundum, quod omnes gentes, tot milibus annorum errantes, subito ad fidem

Gregorius

Matt.1

Roman.1

Iohan.12

Gregorius

conuolarent hominis mortui & dei crucifixi, quod totam salutis spem & confidentiam in eundem collocarent, quod eum supra omnia diligerent, quod pro eo omnes delitias carnis, libertatem, res, dignitates, & omnia relinquerent, paupertatem, alienum praeceptum, persequutiones, tormēta & mortem eligerent? Quis hanc eius generationem enarrabit? vere nemo Tamen de his tribus pro modulo capacitatis humanae aliquid edisserere tentabo, non scrutādo maiestatem, sed proponendo aenigmata & similitudines. Quia & si nondum possumus videre dominum facie ad faciem, non licet tamen eum ignorare. De generatione diuina dñi nostri Iesu Christi accipiatis fratres charissimi istam similitudinem. Spiritus noster (quā animam rationalem dicimus) est vnicus in substantia, in qua sunt tres potentiae, spiritum illum (ad cuius similitudinem creatus est) repraesentans, id est, deum, qui est vnus in substantia, & trinus in personis. Hic noster spiritus cum de scientia (quam in thesauro memoriae intellectualis conditam tenet) cogitat, generatur ex ipsa memoria foecunda verbum intellectuale, huic scientiae omnino simile. Est autem memoria intellectualis, perfecta & foecunda, quando intellectus habet obiectum intelligibile praesens, vel in se, vel in aliquo praesentatiuo, supplente vicem obiecti. Talis memoria foecunda dicitur, quia habet rationem perfecti & completi parentis respectu notitiae genitae seu productae, quae dicitur verbum mentis, quod (vt Scotus habet in quodlibetis) integratur ex actu intelligendi, & dictione passiua, quia verbū est actus intelligendi, productus p actū dicendi, vt inqt Aug. lib. 9. de Ciui. dei ca. 7. Verbū dicēdo intus gignimus. Et manet in mēte, eodē testante ibidē, Verbum mente gerimus, nec à nobis nascendo discedit. Simile autem est rei notae de qua gignitur, & imago eius. Ideo expressiuum siue declaratiuum rei est, cuius no

Scotus.

Augustin.

titia est & verbum. Hæc est generatio verbi in intellectu nostro & spiritu. Hanc similitudinem, quamuis deus dissimilitudine infinita propter eius perfectionem, alte transcendit: est tamen in ea nonnihil quod in notitiam generationis verbi vel filij dei patris deducit. Spiritus quippe diuinus, id est, deus super intellectualis, cuius intelligere est suum esse, semper seipsum intelligit perfectissime & incommutabiliter. Idcirco ex fœcundissimo parente, dicere nunquam cessante, in illo actu vnico gignitur verbum intellectuale simillimum parenti intellectuali, eó q̄d actus intelligendi est perfectissimus. Et vnicum, eó quód actus intelligendi est vnicus, incõmutabilis & perpetuus. Et consubstantiale, eó quód actus intelligendi, & ipsum intelligere est substantia diuina. Accidens enim nullum est in deo, vt etiam testatur Augu. li.5. de tri.ca.4. Et manet totum in eo à quo generatur, & generans manet totus in verbo, iuxta illud Ambrosij: In patre totus filius, & totus in verbo pater, eo quod verbum perfectissima similitudo est rei intellectæ, id est, patris, seipsum æternaliter intelligẽtis, & pater perfectissime in illo vnico actu intelligẽdi diuino seipsum exprimat, dicendo intellectualiter Ita perfecte loquitur pater, quód non oportet vnq̃ repetere, iuxta illud Iob: *Semel loquitur deus, & secundo idipsum non repetit.* Et illud Isaiæ: Egredietur de ore meo, id est, generabitur de dicentte & intelligente me, iustitiæ verbum, & non reuertetur scilicet vt iterum dicatur in actu intelligendi. Est quippe cum generante in illo vnico actu intelligendi diuino substantiali, eiusdem substantiæ. Est nihilominus apud patrem, vel cum patre, quia est alia persona. Nulla quippe persona proprie dicitur esse cũ seipsa, aut in seipsa. Verbum est persona alia à persona generãtis, quia habet aliquid q̄d generãti nõ est cõmunicabile, sc; generari, & generãs habet aliq̄d q̄d

Augustinus.

Ambrosius.

Iob.33.

Isa.55.

ꝟbo non est cõmunicabile, sc3 generare. Esse autẽ incommunicabilem, psonã distinctã facit in natura intellectuali. Vocaẽ etiã istud verbũ intellectuale filius, eo quod de ratioue filiationis sit, quod viuens procedat à viuente secundum rationem similitudinis in identitate naturæ. Sic verbum viuens vita intellectuali diuina procedit à viuente eadem vita, scilicet intelligente secundum modum intellectus qui est similitudo intellectualis in natura diuina. Ergo est naturalis intectellectualis filius, non accidentalis, sed cõsubstantialis vnicus solus, & perpetuus. Et quia filius refertur ad patrẽ, idcirco is à q̄ pcedit vel gñatur, dicitur & est pater, cõsubstantialis, vnicus, solus & sempiternus. Ex his patet aliqua similitudo generationis ꝟbi diuini ad verbũ nostrũ & rursum maxima dissimilitudo. Et tantum de generatione Iesu Christi

Hebræ. 4. domini nostri secundũ diuinitatem eius dicta sufficiant. De hoc verbo dicit Apo. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Vigilemus igitur charissimi fratres circa cogitationes nostras, circa intẽtiones, circa loquutionrs, circa operationes, ne oculos tantæ maiestatis offendamus, & quem saluatorem ex indulgentia misericordissimi patris recepimus, propter demerita nostra terribilẽ iudicem sustinere cogamur. De incarnatione verbi diuini & generatione, ponamus vnam similitudinem, quam sexta feria latius audiemus à sancto Augustino in lectionibus matutinalibus. Sicut verbum mẽtis nostrę, quodãmodo fit corporalis vox quãdo ipsum alijs innotescere volumus, nõ tñ mutaẽ in vocẽ, nec recedit ab intelligẽte quando alijs per vocẽ manifestatur: sic verbum diuinum, vt nobis notum fieret, caro, id est, homo factum est, non tamẽ in hominem vel carnem mutatum est, nec à deo patre recessit, sed permansit id q̄d erat, & vbi erat, nulla prorsus in eo facta mutabilitate. Ipse etiam qui omnia ex nihilo creauit virginem

Fœcundam, & suam matrem fecit. Hæc est ineffabilis diuina misericordia, se exinaniuit vt nos repleret, se humiliauit vt nos exaltaret, se perdidit in morte, vt nos saluaret. Idcirco beati angeli, veri nostri amatores, hac nocte nato domino Iesu nostro saluatore, deum laudauerunt, & gratias egerunt. Dignum est igitur quod & nos sonora voce, & iubilo mentis, deuote deo laudes cantemus, & gratias pro tam immẽsis beneficijs reddamus. Res quippe nostra agitur. De spirituali generatione in multiplicatione fidelium post mortem Christi, capiamus hanc similitudinem. Quando semen est bonum, & terra impinguata & irrigata, & sol opportune desuper effundit calorem suum, tunc sequitur multiplicatio seminis. Dominꝰ Iesus est semen optimum, terra est cor humanum, impinguatio & irrigatio est à die pentecostes (post quam Iesus fuit glorificatus) vnctio & effusio spiritus sancti, calor solis est charitas patris, qua vult omnes homines saluos fieri. Hinc sequuta est tãta fertilitas in multiplicatione fidelium. Fratres charissimi, nos sumus terra rationalis, in quam semen hoc æternæ salutis cecidit ꝑ fidem. Deus requirit nostrã bonam voluntatem, vt secundum motum vnctionis & gratiæ suæ cooperemur eidem, quia ipse cooperatur bonæ voluntati nostræ. Posuit enim nos vt eamus (volendo) & fructum afferamus (operando) Iohan. 15 sed non sine eo, sine quo nihil possumus facere. Ita domini Iesu generationem quo ad diuinitatem & humanitatem eius enarremus per fidem, vt in generatione, quoad multiplicationem fidelium, per charitatem & gratiam inueniamur.

¶ De filiatione adoptiua, & de hæreditate dei, quam filij adoptiui consequentur. Exhortatio. XIIII.

DEdit eis potestatem filios dei fieri, his q credunt in nomine eius, Iohannis primo. Dedit nobis diuina dignatio potestatem, vt ex filijs iræ & perditionis, efficiamur filij dilectiõis & salutis: si tamen receperimus eum credendo in nomine eius. Ergo arbitrio nostro commissum est. Nemo enim credit inuitus, sed spontaneus, & diuino fretus auxilio. Sicut dicit beatus Iohannes Chrysostomus: Etenim in potestate est liberi arbitrij, & gratiæ operatione filios dei fieri. Qui enim dedit nobis potestatem filios dei fieri, idem etiam dicit: Sine me nihil potestis facere. Ergo potestas nobis concessa, suæ, id est, dantis, potestati innititur. Sciendum etiã est, quod fides qua in eum credimus, est illa quæ per dilectionem operatur. Ergo non est sola, sed includit in se omnes animi virtutes, quia dilectio illa, quæ alio nomine charitas dicitur, radix est omnium virtutum. Illi enim sunt rami eius. Præcepta dantur de actibus virtutum. Quicquid vero præcipitur, in sola radice charitatis solidatur. Propterea dicit Apost. Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam charitatem autem non habuero, nihil sum. Si nihil, ergo nec filius dei est. Sed dicet aliquis: Quid est ista filiatio? aut quid prodest? Respondeo, quod est adoptio, cui debetur secũdum leges pars hæreditatis. Adoptio enim est legitimus actus, per quem qui filius non est, pro filio habetur, penè naturam imitans, vt dicitur in imperialibus Institutis. De hac adoptione, non lege humana, sed diuina, ex infinita misericordia sua facta, loquitur Apost. Paulus, dicens: Vbi venit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Et rursus: Qui prædestinauit nos in adoptionẽ filiorum per Iesum Christum. O stupenda dignatio,

Chrysost.

Iohan. 1

Iohan. 15

1. Cor. 13

Filiatio quid.

Adoptio quid.

Galat. 4

Ephesi. 1

o admiranda beneuolentia dei. Seruus infidelis, seruus nequam, filius iræ & perditionis transit in filiũ atq; hæredem saluationis. De qua bñiuolentia ait Ambrosius: Magna beneuolentia, vnicus natus est, & noluit manere vnicus, nõ timuit habere cohęredes, qa hæreditas eius non fit angusta si multi possederint. De qua filiatiõe subdit Apostolus ad Galathas: Quoniam autem estis filij dei, misit deus spiritum filij sui in corda vestra clamantẽ, abba pater. Itaq; iam non est seruus, sed filius. Quod si filius, & hæres per deum, scilicet ipsum adoptantem. Vnde ab vnico naturali filio dei docti & moniti nos adoptiui filij, audem⁹ deum patrem appellare, & hæreditatem expostulare ac dicere: Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum. Quæ est ista hæreditas nostra, quæ etiam regnum nuncupatur? Certe illa est, quam beatus Paulus ad Hebræos scribens, commemorat dicens: Nonne sunt omnes angeli administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis? Salus ergo & vita animarum nostrarum est nostra hæreditas. Pro cuius notitia habenda, est aduertendum, quod multiplex est vita. Vna vegetatiua, qua viuunt plantæ. Alia est sensitiua, quæ vtiq; melior est vegetatiua. Et inter viuentium vita sensitiua, nobiliori vita viuunt quę habent omnes sensus, vt sunt animalia perfecta, quàm ea quæ deficiunt in sensibus, vt conchæ, ostreæ, vermiculi, & huiusmodi. Vita vero rationalis & intellectiua qua viuit homo (quamuis etiam sensitiuam & vegetatiuam habeat) incomparabiliter melior est q̃ sẽsitiua vel vegetatiua sola. Vita vero pure intellectiua præ sui subtilitate & vigorositate, nõ indigens vita sensitiua, est vtiq; nobilior vita qua viuit homo. Diuina vero vita superintellectualis incommutabilis, est om̃ium nobilissima. Ad huius imaginẽ & similitudinem creauit nos deus, vt aliquando illius

Ambros. | Galat. 4 | Lucæ. 11 | Hebr. 1 | Vita multiplex. | Genes. 1

felicissimę vitę participes essemus, intelligendo, amā do, fruendo, tenendo. Sed quia ad ea quæ sunt notis sima secundum naturam, intellectus noster habet se sicut noctua ad lumen solis, vt dicit Philosophus. Si

Philosop. capere debemus excedentia naturam nostram, indi gemus certe pro cognitione lumine fidei in via, & lu mine gloriæ in patria. Auxilio etiam gratiæ indige mus ad sperandum & amandum imperfecte in via, & ad tenendum id quod sperauimus & ad amandū perfecte in gloria. Ergo per dei donū possumus par ticipes esse vitæ diuinæ, vt etiam testatur tota sacra scriptura. De qua saluator noster (qui per incarnatio nem, passionem, & mortē, hanc salutem nobis obti nuit) loquitur apud Iohānem: Pater clarifica filiū tu

Iohan. 17 um, vt filius tuus clarificet te, sicut dedisti ei potesta tem oīs carnis, vt omne quod dedisti ei, det eis vitā æternam. Ecce filius clarificatus per miracula diuina & per gloriam resurrectionis à patre, & clarificans pa trem (quia sua gloria prædicata, cessit in gloriam dei patris, qui per hoc mūdo innotuit, prius ignotus) ac cepit potestatē dandi nobis vitam æternam, q̄ subse quens diffiniuit dicens: Hęc est aūt vita æterna, vt co

Ibidem. gnoscant te solum deum verū. Ecce in quo consistit vita æterna, perpetua felicitas, & beatitudo sempi terna. Per hoc tn̄ quod dicit: cognoscant te solum ve rum deum, non exclusit seipsum filius, nec spiritum sanctum, sed inclusit, quia non potest aliquid dici de vna persona, quod non cōueniat singulis, dēpta pro prietate personali, vt non generari neq; procedere, quod patri: generari à patre solo, q̄d filio: procedere ab vtroq;, quod spūisancto proprie conuenit: qa tres personæ sunt vnū indiuiduū, indiuisibile, inseparabi le, vnum esse, vna substantia, vnus spūs. Quando em̄ dicimus pater est deus, non significatᷓ q̄d sit alius de us q̄ filius & spūssanctus. Qn̄ dicimus filius est deus, non significatᷓ quod sit alius deus q̄ sit pater & spūs

sanctus. Qn̄ dicimus, spūs sanctus est deus, non significatur quod sit alius deus q̄ sit pater & filius, sed est omnino vnū & idem q̄d aliæ personæ. i. vnus & idē deus. Sic est etiam intelligendum quando dicimus, est dominus & omnipotēs, est æternus, est increatus est immensus. Omnimoda enim incommutabilitas requirit hoc, ꝙ in vnico illo actu diuini intellectus subsistat vis, verbum & amor incommutabiliter, & non accidentaliter. Idcirco vita diuina est nobilissima, nullam omnino admittens defectibilitatem. In huius diuinitatis claro aspectu, essentialiter consistit vita beata, quia in illo actu coniungitur beatus vltimo & optimo bono, & perficitur intellectus prima & infallibili veritate, extra quam nihil restat quærere intelligendum, cum omnia sint in illa. Appetitus etiam intellectualis omnino satiatur optimo & infinito bono, in quo per amorem perfectissimū requiescit. Ex cuius boni coniunctiōe gaudium & delectatio sequitur infinita. Quod autem dn̄s subiunxit: Et quem misisti Iesum Christum, voluit innotescere, quod secundario in eius cognitione beata vita consistit, tanq̄ in causa huius æternæ vitæ, vt scilicet beati agnoscerent vnde eis tanta felicitas venit. Hęc est salus nostra, vt qui prius eramus natura filij iræ, & perditionis (iuxta illud Osee: Ex te perditio tua Israel, tantummodo in me auxiliū tuum) nunc salui sim⁹ ab ira per ipsum, scilicet Iesum Christum. Vnde etiam scribit Apostol. Thessalonicensibus: Non posuit nos deus in iram, sed in acquisitionem salutis per dominū nostrꝝ Iesum Christum. Qui consummatus est omnibus sibi obtemperantibus causa salutis æternę, vt Apost. scribit ad Hebræos. Aeternā dicit, qa spei nostræ succedet in illa beatitudine tentio, qa sancti semp tenebūt hāc salutē, nunq̄ amittent iteꝝ sperandū. Hoc etiā innuit Isa. cū ait: Salus mea in sempiternū erit. De q̄ salute dicit S. Petrus: Reportantes finē

Ephesi. 2
Osee. 13
Roman. 5
1. Thess. 5
Hebr. 5.
Isaiæ. 5
2. Petri. 1

fidei vestræ, salutē animarū vestrarū, quia fidei suc cedet visio. Hæc salus est hæreditas nostra, vt supra
Isaiæ.65 dictū est. De qua Isaias ait: Dicit dominus, hæredita
Psalm.36 bunt eam electi mei. Et Psal. Nouit dominus dies im
Psalm.46 maculatorum & hæreditas eorum in æternum erit. Et iterum: Elegit nobis hæreditatem suam, id est, vi
1.Pe.1. tam æternam. Hanc hæreditatem conseruatam in cœ lis, appellat beatus Petrus incorruptibilem. quia nun quam deficiet: incontaminatam, quia nihil immundū recipit: immarcessibilem, quia decorem suum nunꝙ minorabit. Idcirco aptissime dicitur hæc salus & hęc
2.Thes.2 hæreditas regnum, in quo cum Christo electi regna bunt inæternum. Vnde Apostolus monet dicens: Am
Dani.6. buletis digne deo, qui vocauit vos in suum regnum & gloriam. De quo regno in Daniele dicitur: Regnū eius non dissipabitur, & potestas eius vsq; in æternū
Dani.7. Et iterum: Potestas eius potestas æterna, quæ nō au feretur, & regnum eius quod nō corrumpetur. Et ibi dem de electorum regno. Regnum autem & potes stas, & magnitudo regni, quę est subter omne cœlum detur populo sanctorum altissimi, cuius regnum, re gnum sempiternum est, quia omne quod includitur infra ambitum cœli vltimi, scilicet empyrei, dabitur sanctis, quia cedet totum ad gloriam eorum. Et loq tur Daniel non solum de terreno regno, sed etiam de
Isai.64. cœlesti. De excellentia gloriæ regni huius loquit Isa ias dicens: Oculus non vidit deus absq; te, quæ præ
1.Cor.2. parasti expectantibus te. Quod dictum extendit bea tus Paulus dicens: Oculus non vidit, nec auris audi uit, nec in cor hoīs ascendit quæ ꝑparauit deus his q diligunt illū. Hęc est hęreditas seruoꝝ dñi: qa sancti peracto iudicio, cœlestem hęreditatem in corpore & anima possidebunt. Cum ergo simus filij dei, & hęre des tātæ felicitatis in cœlis, q d ꝗrimus obtinere quasi bonū nostrū in terris? Omnia em̄ quæcunq; haberi possunt in terris, siue diuitiæ sint siue honores siue

carnis voluptates, æternę felicitati comparata, miseriæ sunt, non felicitas. Voluptates carnis spectant ad vitam animalium, non filiorum dei, nec valent omnia simul satiare nec quietare desiderium nostrũ quo cupimus bonum. Hoc innuit Isaias dicendo: Quare appenditis argentum non in panibus, & laborem vestrum non in saturitat.? quasi diceret. Quare ponitis studiũ & laborem vestrũ circa bona temporalia, transitoria & deceptoria, quæ non reficiunt nec satiãt, sed potius famẽ & cupiditatẽ augẽt? Solus quippe deus (qui est infinitum bonũ) vincit desideriũ nostrũ & replet, & quietat. Igitur charissimi fratres quia quotidie compellimur exire de terra & recipere hæreditatẽ nostram paratã in cœlis, omni studio & infatigabili diligentia, præparemus nos, & capaces reddamus tantæ felicitatis. Hoc fiet, si odio habuerimus omne peccatũ magnũ & paruũ, ita q̊d nec minimũ peccatũ veniale volũtarie faciam9, si purgauerim9 nos p veram pœnitentiam, si passiones nostras secũdũ regulam rectæ rationis rexerimus, si veraciter in virtutibus profecerimus, si solum dominum deũ nostrum dilexerimus, ipsius p̄sentiã in memoria semper attendentes, in intellectu per fidem de eo alta sentientes, considerãdo ei9 bonitatẽ, bñuolentiã, benignitatem & misericordiam in eũ sperantes voluntati suæ sanctissimæ, nostam plenissime conformantes. Affectu ardentissimo atq; purissimo in ipsum aspirantes, ei soli placere cupientes, instantissime vt det quod ipse nobis solus placeat, & vnice ametur exorantes & quod ipse solus sit gaudium nostrum, requies nostra, finis noster, amor noster præfigentes Tales si extiterimus, vere capaces regni erimus, & securi ac læti per mortem ad illud ibimus, & in extremis laborantes, contra pœnas erit tolerantia, contra molesta patientia, contra superbiam humilitas, contra infidelitatem clara exercitata fides, contra Isai. 55.

desperationem certa spes, contra omnia vitiorum tentamenta perfecta charitas, quæ vincit omnia mala.

DE IESV CHRISTI APparitione & trium regum magorum adoratione. Titulus tertius.

¶ De magorum illuminatione, & aduentu ad Christum, & quomodo nos quoq; eosdem imitemur.

Exhortatio I.

VBI est, qui natus est rex Iudæoꝝ? Mat. secundo. Tres magi primitię vniuersarum gentium crediturarꝝ typum gerentes, qui in Oriente Christum dominum in cordib⁹ suis inuenerant, fide illuminati, spe confortati, & charitate accensi hodie venerunt festinanter longo & laborioso itinere quærere diligenter eundem dominum nostrum Iesum Christum, & inuenerunt eum Hierosolymis in scripturis sanctis, atq; deinde stella apparente & præeunte, inuenerũt eum Bethlehem in gremio matris. Oblatis autem mysticis muneribus, admoniti per aliam viam redierunt in regionem suam, ibiq; inuenerunt eum in sinu patris. Imitatores simus patꝝ nostrorum filij charissimi. Oriatur sol iustitiæ Christus deus noster, nobis timentibus eum: qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem sui nominis
1. Timo. 2 venire, qui illuminat omnem hominem, nec est qui
Psalm. 18 se abscondat à calore charitatis eius, vt non fide &

gratia charitatis eius illustretur, nisi qui obicem posuerit irradiationi eius per prauam voluntatem. Pax vero homini bonæ voluntatis, quia inuenit Christũ qui est pax nostra. Bene autem dicitur, quod inuenit Christum, quia nisi inuentus haberi non potest. Est enim prima gratia gratũ faciens, quæ etiam appellatur gratia operans sine meritis, qua præueniente nos, cuncta nostra opera facit meritoria in augmentum & meliorationẽm eiusdẽ gratiæ. Quod licet posset innumeris argumẽtis cõfirmari, hoc vnicũ nobis in præsentiarum sufficiat: quia dignissimę & gratissimę nec non gloriosissimæ post Christum personæ virgini Mariæ concepturæ de spiritu sancto dei filium ab angelo nunciatur: Inuenisti inquit, gratiam apud deum. Non rapuit, sed inuenit gratiam. Hæc humilis recognitio sæpe actualiter & attente sit in cordibus nostris, ne quis inaniter glorietur in se, contempto interdum etiam proximo suo, sed omnino cæteros meliores se veraciter arbitretur: & si quid forte acceperit, in liberalitate domini glorietur, qui resistit superbis, & humilibus dat gratiam. Inuento ergo CHRISTO in cordibus nostris, electa habitatione sua in nobis, eamus volendo & fructum afferamus operando, ad quod posuit nos. Expugnemus insurgẽtes hostes, vt maneat nobiscum: quia factus est in pace locus eius. Qua freti, quasi Hierusalem (quæ est visio pacis) inueniemus eum in scripturis. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt. Tunc gustabimus suauitates psalmodiarum & lectionum propheticarum, & omnium sanctarum scripturarum, probabimus feruores orationum, subtilitates meditationum, excessus contemplationum, baptismata lachrymarum: quia omnes scripturæ annunciabunt & demonstrabunt nobis dominum Iesum Christum, qui est dulcedo, gaudium & iubilatio interminabilis & incomprehensibilis,

Lucæ.2
Ephesi.2
Lucæ 1
2.Cor.10
Iacob. 4
Iohan.15
Psalm.75
Isaiæ 35

Roma.10 Finis enim legis Christus est. Et lex & prophetæ vs-
Lucæ.16 que ad Iohannem Baptistam. Exhinc regnum
dei annunciatur, id est, Christus, attestantibus etiam
aduersarijs sanctæ fidei Iudæis, Omnis scriptura est
Matth. 5 propter Messiam, id est, Christum. Quo dicente: Nõ
peribit iota vnum, aut apex vnus de scriptura, donec
omnia impleantur, manifeste constat quod omnia e-
tiam minima scripturæ Christum clamẽt: Sed quod
hanc vocem non percipimus, & in laudibus diuinis
tepidi, pigri, somnolenti, negligentes & festinantes
Iudæ. 1 atq; distracti nimis sumus, ex eo venit, quia sumus
adhuc carnales & animales, spiritum non habentes,
adhuc sumus seculares, & delectamur in vanitatibus
Idcirco imaginibus rerum pereuntium pleni sumus,
& rapitur in diuersa mens nostra lacerata. Non enim
festinato iter virtutum (licet laboriosum) percurri-
mus, & nostra tarditate & desidia hostes animantur
& pacem internam præpediunt. Idcirco Hierusalem
non venimus, vbi Christus in scripturis inuenitur.
Ambros. Nemo enim cum desidia Christum quærit, nec ami-
citiam potest tenere cum deo qui amicus carnis &
mundi effectus est. Qui vero expugnatis hostibus
dei pacem (cuius abundantiam in diebus suis oritu-
ram suis fidelibus & propugnatoribus dominus ante
promisit) adeptus fuerit, procul dubio inueniet
pro illuminatione intellectus Christum dominum, cu
ius mediante præuia gratia, cum gaudio magno val
de ducetur Bethlehem ad domum panis cœlestis
per refectionẽ affectus, vbi in altari quasi in præsepio
inueniet Christum dominum, pãnis inuolutum, sub
aliena specie, & gustabit quàm suauis est dominus,
panis factus hominibus, & pabulum iumentis, qui-
Psalm.33 bus homo similis factus est. Et contemplando atq;
Psalm.48 stupendo mysterium incarnationis, quasi in gremio
matris inueniet Christum. Cui dona offerat necesse
est, vt eius amicitiam consequatur. Primo mortali ꝑ

nobis facto, mortificationem offerat peccatorum. Propterea enim, id est, propter peccata nostra tollenda, factus est mortalis. Ergo hanc vicissitudinem ei reddamus. Secundo tanquam regi nostro loco auri, imo verum aurum spirituale, per quod profiteamur eum regem nostrum fore, plenariam subiectionem in omne eius beneplacitum offeramus. Alias quomodo regemur ab eo nisi subiecti ei fuerimus? Et vere sic subijci est regnare. Tertio thus offeramus, hoc est, verã deuotionem per latriam vel religionem, quae alio nomine circũscriptiue dicitur, dei seruitus, vt vero deo. Et tunc monitionem audiemus, ne redeamus ad Herodem, licet in visione pacis, & vbi exercitium est scripturarum commorantẽ, quia in pace & prosperis Christus difficilius custoditur quàm in aduersis: & etiam scientia inflat. Qui igitur in affectu Christum inuenerit, non reuertatur ad scientiam quasi praeeuntem, sed potius illa affectum sequatur, qui ambulat per aliam viam, vbi Herodes, id est, hostis Christi non latitat, sed per secretas semitas deducit hominem ad regionem suam, & reducit hominem ad statum pristinum, quando sensualitas plene rationi suberat, & ratio diuinae voluntati. Congregat insuper omes sensus exteriores & interiores, inferiores & superiores in vnitatem spiritus vel mentis, ita vt ad exteriora teste beato Gregorio, quasi insensibiles videãtur, sed soli deo in mente cohaereant, reddẽtes hominem nil aliud memorantem, nil aliud actualiter intelligentẽ aut speculantem: nulli denique rei per affectum fruibiliter adhaerentem, nisi summo deo, optimo bono & excellentissimo, soli fruibili hic in aenigmate, & in patria facie ad faciem

1. Cor. 8

Gregor.

¶Quomodo religiosi imitentur magos sanctos, eademque ipsi facientes. Exhortatio II.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

ET procidentes adorauerunt eum, & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurũ, thus & myrrhã, Matthæi 2. Hodie videns felix puerpera virginea mater Maria circa suũ superbenedictũ filium prophetias adimpleri, ineffabili repleta est gaudio. Sed & nos non immerito gaudemus qui nouimus in tribus viris istis gentilibus, qui ab Oriente venerũt adorare dominũ, prophetiã de vocatione Gentium ad fidem & religionem impletam esse. Hoc tamen erat inchoatiue, & innuebatur
Amos. 8. per facta istorum trium quod vniuersitas Gentium (laborans inedia magna, non vini & panis, sed audiendi verbum dei) Christum auide quæreret, & inuentum deuote & religiose coleret. Deo nos semper gratias agamus charissimi, & cantemus gloriam in altissimis illi. Ecce videmus in nobisipsis impletũ
Luc. 2. quod dominus deus noster præuidens certa scientia, & de nobis actualiter tunc temporis cogitans, per prophetas dignatus est prænunciare. In Oriente, hoc est, in ecclesia, quæ ab origine mundi solem iustitiæ & veritatis, id est, Christum recepit, nos nouam stellam vidimus, dum fulgore singularis gratiæ illuminati, & interna diuina alloquutione acciti, ad quęrendum salutem in Iudęa, hoc est, in confessione diuinæ laudis admoniti sumus. Egressi igitur sicut A-
Genesi. 12 braham, de terra & cognatione nostra, in terram quã monstrauit nobis stella gratiæ, ipsa præeunte, & salutari doctrina occurrente in terram confessionis, id est, ad sanctam religionem, vbi diuinæ laudes iugi alacritate peraguntur, ad Bethlehem, hoc est, ad domum panis, id est, ad domum hanc, vbi dei famuli, imo amici, continua epulatione satiantur, peruenimus. An non quotidie in mensa dominica epulamur? An non continue mortificantes vitia, & virtutibus studentes, cœlesti pane pascimur? Quod em̃ ad

ſacrum altare accedens, accipit ſacramentaliter, hoc idem bene viuens continue accipit ſpiritualiter. Ergo vere ſumus in domo panis,& hic ſalutem inuenimus. Tamen cauendum eſt nobis, quia diabolus in Herode & ſuis complicibus fremit. Qui &ſi noſtræ ſalutis iter impedire non potuit,tamen Ieſum qui eſt tota ſalus noſtra,etiam inuentum in nobis occidere fraudulenter conatur. Sed gaudeamus gaudio magno valde: quoniam gratia domini Ieſu quæ præuenit nos. & ad eum nos perduxit,ipſa etiam ſequetur nos & reducet, vt illuſus in Herode diabolus, nil in nos audeat. Non ſolũ autẽ in his prophetia impleta eſt in nobis, ſicut prædixi,quód etiam vltra communem illuminationem & vocationem gentium, excellentiori gratia illuſtrati Chriſtum quæſiuimus & inuenimus, ſed inſuper adeo vſque prophetatam circa Chriſtum futuram gentium religionem & cultũ impleuimus & implemus,vt etiam per quendam eminentiam religioſi appellemur & ſimus. Religio eñ eſt pars iuſtitiæ moralis virtutis, reddens deo debitũ & quod ſuum eſt, ſcilicet cultum & reuerentiam, per fidem, ſpem & charitatem ,cum aliud non habeamus, vtens omnibus virtutibus ad honorem dei. Hanc virtutem eligimus & reeligimus quotidie,meditantes qualem cultum & reuerentiam deo noſtro & Chriſto domino Ieſu exhibeamus, & ad eam totam vitam noſtram præ cæteris dedicauimus & religauimus. Idcirco merito præ aliſs ex gentibus Chriſtum inuenientibus & colentibus,religioſi vocamur, & prophetiam implemus. Breuitas huius noſtræ collationis non ſinit, vt per ſingula prophetias recenſeamus, Quod autẽ hæc ita ſe habeant & ꝙ vere hæc virtus religio(quæ alio noĩe grȩco dicitur latria, & circũſcriptiue dicitur dei ſeruitus) exercitata ſit, & exercetur à nobis (ſi tamen ſumus ꝗd dicimur, &ꝓfeſſi ſumus)breuiter patet,Sunt

Religio quid.

enim inter actus religionis(vt cæteros omittamus) tres actus eius præcipui, scilicet deuotio, adoratio, & oblatio, de quibus euangelium hodiernum. Ecce magi ab oriente venerunt, vbi notatur deuotio, & fructus & signum deuotionis cum dicitur: Gauisi sunt gaudio magno valde. Deinde subiunguntur duo alij actus. Primus cum dicitur: Procidentes adorauerunt eum. Secundus cum dicitur: Apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera. Imitati sumus patres, & hæc impendimus Christo. Deuotio enim iuxta sanctum Thomam, nihil aliud esse videtur, quàm voluntas quædam prompte tradendi se ad ea quæ pertinent ad dei famulatum. Adoratio vero est exhibitio reuerentiæ, in signum excellentiæ. Quæ dum deo exhibemus, protestamur exteriori signo quod de deo credimus, speramus atq; diligimus, scilicet, q ipse solus author sit omnis naturæ, gratiæ & gloriæ, & solus habens generalem omnium dominationem, & q præstantior sit vniuersis. Ad hoc admonemur, dum dicit Sursum corda, non q in cœlum curramus, sed ad eum mentem dirigamus, qui in corde nostro est, & supereminet vniuersis. Ecce charissimi, experientia vos docet, quòd hos actus religionis veniēdo & perseuerando domino Iesu impenditis. Tertium excellenter factum est, Obtulimus enim munera pretiosa valde. Primum aurum, id est, secundum Bernardum substantiam huius mundi per voluntariam paupertatem. Secundo thus, id est, obedientiam, & per eam totam animam in obsequium Christi sicut holocaustum, & plenum incensum in odorem suauissimum domino. Tertio castitatem. Hucusq; impleuimus prophetiam & imitati sumus beatos magos, vt grati efficeremur deo: vt autem beati efficiamur cū eis, omittamus quod ipsi omiserunt. Omiserunt enim ad se rapere, quæ puero Iesu obtulerant. Et nos charissimi nullo malo rapiamus iterum ad nos quæ deo dedica

Actus religiōis tres.

Deuotio.

Adoratio.

Oblatio.

Bernard.

nimus,sed quotidie oblationem iteremus. Hoc enim valemus agere sicut Christus, licet semel pro nobis mortuus sit: tamen in mysterio pro nobis iterum q̃tidie patitur, quoties ei hostiam suæ passionis immolamus. Eodem modo valemus sibi munera semel oblata quotidie iterum offerre. Et hoc ita fiet, si thesauros cordis nostri aperiamus. Sicut enim diues habet diuersos thesauros, scilicet pecuniæ, frumenti, vini, &c. sic cor virtuosum habet multos thesauros. Ad propositum, aurum (id est, substantiam huius mundi) quod offerimus, sumi debet ex thesauro largitatis & magnificentiæ, vt demus quando, vbi, & cui magna dona, merito debentur. Et quia in religione tempore merendi pro perituris vitam æternam, deo munera obtulimus, merito omnia simul q̃ habuimus, & habere potuimns, sine repetitione obtulimus. Non ergo patiamur nos decipi vllo modo, vt sub prætextu cuiuscunq; commoditatis aliquid ꝓpriũ habeamus, siue hoc sine damno domus sit, siue quocunq; colore nominetur: quia anathema est. Obedientia, quam obtulimus, sumi debet ex thesauro humilitatis. Impossibile est enim superbum esse vere obedientem, qui proprium sensum diligit & tuetur, aliorum & maxime seniorum & expertorum consilia despicit, sibi magnus, vtilis, necessarius & sapiens videtur, inflatus sensu carnis suæ, & superbus, nihil sciens, licet sibi sapientior videatur septem viris proferentibus sententias. Sed ex vero humili corde prodit obedientia, & auditur vitiorum victoria, iuxta sentẽtiã Salomonis: Vir obediens loquitur victoriã. Humilis enim non negat obedientiam, sed solus superbus. Thesaurus castitatis est sobrietas, iuxta sentẽtiã authoris Profectus religiosoꝝ qui ait: Pro gñali regula ab oĩbus spiritualib9 hacten9 obseruatũ est, vt q castus esse desiderat studeat sobrietati, qa sine ea non diu castitas est secura & cum proficiente

Gregorius.

Colo.2. 1.Ti.6.

Prou.21.

Q

proficit,&cũ deficiente decrescit, licet modo quidem sibimet aliud(nescio qua præsumptione)promittant Omnis laus in fine canitur. Nec credo tot & tantos virtutum inquisitores,qui prædictam sequuti sunt regulam,in sua æstimatiõe deceptos. Et Hieronymus: Vicina membra sunt stomachus &pudenda, Venter mero æstuans,cito spumat in libidinem. Econuerso ventris exinanitio humorem luxuriæ arefacit, &castitatem producit &conseruat. Nemo tamen præsumat abstinentiæ per excessum studium præbere, ne studium stultum producat in supino,&castitas nedum non producatur,sed etiam violetur.Et ne ita castitati quis studeat,vt cætera religionis necessaria,& summe meritoria opera omittat, vt sunt opera ad omnem obedientiam, vigiliæ,lectiones, orationes, cantus,psalmodia,& alia innumera. Castitas est seruanda,sed hæc non sunt omittenda. Fideliter igitur domino Iesu quæ obtulimus,sua munera pleno corde relinquentes,ipse illuminabit nos, & ducet per aliam viam,non per laboriosum iter suæ quæsitionis, sed per iucundam sui vultus contemplationem,in regionem nostram,ad quam nos condidit, id est,curiam cœlestem.

Hierony.

¶Fidem clarissimam stellam esse qua securi ad Christum ducimur. Exhortatio III.

STella quam viderant in Oriente, antecedebat eos. Matthęi secundo. Nostis charissimi præsentem solennitatem illuminatissimam & gaudiosissimam, cum omni gratiarum actione esse excipiendam,& dignis deo laudibus explendam. Ex hac em̃ die,nos qui ex gentibus sumus peccatores, incepimus cognoscere vnum

solum deum verum, primam veritatem, & quem mi- Iohan. 17
sit Iesum Christum saluatorem nostrum, & inchoa-
uimus mundari ab erroribus & immunditijs peccato
rum, per fidem purificantem corda nostra, & illustrā Actu. 15.
tem sedentes in tenebris, scilicet ignorantiæ, & in
vmbra mortis, idest, culpa mortali, & deducentē er-
rantes in solitudine, in iaquoso & in inuio, id est, in
erroribus gentilitatis, in terram rectam, scilicet viuē
tium in gratia, vt eamus in ciuitatem habitationis Psalm.61
non manufactam in cœlis, Ecce hodie stellam viden
tes & sequentes gentiles ad Christum venerunt, fo-
ris stella illuxit & duxit. Intus vero fides illumina-
uit, & ad salutem perduxit. Quod ergo foris osten-
debatur, intus agebatur. Splendeat hæc stella (fidem
dico) in cordibus nostris, vt videre valeamus quor-
sum ad salutem eamus. Ipsa enim fides est prima o-
mnium virtutum ad deum perueniendi, vt concludit
beatus Thomas. Voluntas non fertur in aliquid, ni- Thom. 2.
si prout est in intellectu apprehensum. Vnde cum vl 2.q.4.ar.7
timus finis, id est deus, sit quidem in voluntate per
spem & charitatem, in intellectu autem per fidem, ne
cesse est quod fides sit prima inter omnes virtutes,
quia naturalis cognitio non potest attingere ad deū
secundum quod est obiectum beatitudinis. Propte-
rea beatus Paulus diffinit ipsam fidem, quod est sub- Fides.
stantia rerum sperandarum, id est, inchoatio. Vnde Hebræ.11
dicit idem sanctus doctor: Substantia solet dici pri-
ma inchoatio cuiuslibet rei, & maxime quando tota
res sequens continetur virtute in primo principio,
sic est de fide. Ergo fides est primum lumen ad salutē
Sine fide enim impossibile est placere deo. Credere Hebræ. 11
autem oportet accedentem ad deum, quia est, & in-
quirentibus se remunerator sit, vt ait idem Aposto-
lus. Naturalis ratio dictat homini, quod alicui superiori
subdat, propter defectus quos in seipso sentit, in qui-
bus eget adiuuari &, dirigi, quod apud hoies dicitur de⁹

Nos ergo chariſſimi ſentientes defectus noſtros, pro iuuamine accedamus ad deum, & ſubdamus nos ipſi Quia ad beatitudinem quæ conſiſtit in quadam ſupernaturali dei viſione, per quam totaliter liberabimur ab omnibus defectibus noſtris, peruenire non poſſumus, niſi per modum addiſcentis à deo doctore, ſecundum illud Iohannis: Omnis qui audit à patre & didicit, venit ad me. Omnis autem talis addiſcens, oportet quod credat, ſicut etiam Philoſophus dicit: Oportet addiſcẽtem credere. Hæc doctrina patris cœleſtis admirabilis, ſtella eſt, in clara die lucẽs & diem ſuo lumine vincens. Dies noſtra, id eſt, intellectus, ratio vel ſcientia, non in tantum certitudinaliter lucet, id eſt, cognoſcere facit, ſicut ſtella fidei, quæ innititur primæ infallibili veritati, quæ etiã nihil recipit, niſi inquantum ſtat ſub eadem prima veritate, ſub qua nullum falſum ſtare poteſt. Nullæ ergo ſunt tenebræ falſitatis vel erroris ſub luce ſtellæ domini, ſcilicet fidei. Dies vero intelligentiæ noſtræ ſæpiſſime obfuſcatur erroribus. Hoc tamen mirabile eſt de fide domini, quod lucet, cum tamen ſit deuotio apparentibus, dicente Apoſtolo: Eſt autem fides ſperandarũ ſubſtãtia rerũ argumẽtũ nõ apparẽtũ, id eſt, firma, incontacta adhæſio de rebus non viſis futuræ beatitudinis, quã ſperemus. Sed tamen ille qui credit habet ſufficiens inductiuũ ad credẽdũ. Inducitur enĩ authoritate diuinæ doctrinę miraculis cõfirmatę, & quod plus eſt, interiori inſtinctu dei inuitãtis. Ea enĩ quæ ſunt fidei, excellunt rationẽ humanã, vnde non cadunt in contẽplatione hominis, niſi deo reuelante Ecce vnde eſt lumen fidei, à deo ſcilicet. Cum enĩ homo aſſentiendo his quę ſunt fidei, eleuet ſupra naturã ſuã, oportet ꝙ hoc inſit ei ex ſupnaturali principio interius mouẽre, ꝙ deus eſt. Ipſum aũt credere eſt actus intellectus aſſentiẽtis veritati diuinæ, ex imperio volũtatis à deo motæ ꝑ gratiã, vñ act⁹ fidei po

Iohan. 6. Philoſophus.

Hebræ. 11

Credere quid ſit.

&c est esse meritorius. Hinc est q̃d solemnitatẽ hanc dixi illuminatissimã, sc; propter fidẽ: & gaudiosissimã, propter motum voluntatis à deo. Rogemus ergo fratres, ꝙ splendescere faciat deus hanc stellam, sc; fidẽ in cordibus nostris, ab eo enim est donum fidei. Sicut enim stella quæ magis lucebat, & eos antecedebat in Oriente visa fuit: sic fides videtur & recipitur ab eo, quem propheta Zacharias demonstrat dicens: Ecce vir, oriens nomen eius. Et ad quem ecclesia clamat. O oriens, splendor lucis æternæ, & sol iustitiæ, veni & illumina sedentes in tenebris & vmbra mortis. Doctrinæ vero hominnm non demonstrant, nec inducunt fidem, sed viam præparant, & prohibẽtia remouent, dum non esse impossibilia ea quæ fidei sunt demonstrant, & homines humilitatẽ, & cætera apta ad fidem instruunt. Homo vero fidelis iam illuminatus meritum fidei nõ minuit, si ex feruore fidei, id est, ex charitate & deuotione defensoria fidei quærit & inuenit, dum tamen non propterea credit. Qui enim non vult credere, nisi propter rationes, meritum vtiq; fidei amittit. Sicut etiã qui opera virtutũ facit ex passione, meritũ minuit. Si vero passio comitatur eũ in opere virtutis, fortificat. Si sequatur, feruorẽ ostẽdit. Intueamur charissimi fratres hãc stellam fidei, qa in ea quæcunq; audiuit Christus à patre suo (necessaria nobis ad salutem) nota fecit nobis. Per hanc salui facti sunt omnes sancti, nemine excepto. Etiam Maria virgo mater dei beata dicitur propter fidem in euangelio. Et etiam Augustinus ait in libro de virginitate: Beatior fuit Maria percipiendo fidem Christi quàm concipiendo carnem Christi. Materna propinquitas nihil profuisset Mariæ, nisi felicius Christum corde quàm carne gestasset. Stella hæc perducet nos ad Christum pugnatorem, triumphatorem, adiutorem, & remuneratorem. Pugnator Iesus hostem humani generis aggressus est humilis,

Zacha.6. Hebræ.11 Luc.1. Augustinus.

iacens in præsepio sub cura materna, sicut hodie o-
Leo papa stensus est magis, qui viderunt vtiq; magnum de hu-
militate eius miraculum, vt ait Leo papa. Idcirco i-
dem ait: Tota victoria saluatoris, quæ & diabolum
superauit & mundum, humilitate est concepta, humi-
litate est confecta. Quam fratres imitemur vt supe-
Iohan.22. remus. Triumphator Iesus apparuit victoriosus, si-
Iohan.16. cut manifestauit se discipulis, ostendens manus &
latus. Quasi diceret illud Ioahannis: Confidite ego
vici mundum, scilicet per opus fortitudinis ex vul-
neribus manuum: & per virtutem charitatis, ex vul-
nere lateris. Adiutor Iesus apparuit sancto Stepha-
Actu.7. no fortissimus, quando eum vidit stantem à dextris
1.Cori.10. virtutis dei, tanquam paratum ad adiuuandum. Sic
nobis est Christus, iuxta illud Apostoli: Fidelis deus
q nõ permittit vos tẽtari supra id q̊d potestis, sed fa-
ciet cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere
Bernand. Bernar: Quotiẽs tẽtationibus resistis, quotiẽs vincis
malignũ, noli ꝓprijs tribuere viribus, noli in te, sed
magis in domino gloriari. Quando em̃ fortis ille ar-
Gene.15. matus tuæ cederet infirmati? Remunerator appa-
Augusti-nus. ruit liberalissimus Abrahæ: Noli inquit, timere ego ꝓ-
tector tuus sum, & merces tua magna nimis. Augu-
Bernard. stinus: Labor te terret, vide mercedem. Bernardus:
Vtrumque mihi es domine Iesu, & speculum patien-
di, & præmium patienti. O fratres, quid ostendit
stella fidei? Hæc pauca sunt respectu aliorum. Ec-
ce existentibus iam fidelibus, imo tendentibus ad
perfectionem loquor, si credimus, (imo quia credi-
mus) quod deus creauit nos & omnia (quod est vti-
que maximum beneficiũ) & conseruat nos in esse, &
nutrit nos quotidie & cætera, & quod est vbique &
semper præsens, & intuetur omnia nostra opera, ver-
ba, cogitata & cætera, vt posset nobis dicere illud
Malach.1. Malachiæ prophetæ: Si ego pater vbi honor me-
us? Si dominus, vbi timor meus? Si inquam cre-

dimus quod ipse est redēptor noster per incarnationem, passionem & mortem & cætera, vt merito dicere posset, vbi est fructus tantorum laborum, & reamatio, & imitatio? Si (vt finaliter inferam) credimus infernum, & ignem æternum, cum alijs intollerabilibus tormentis peccatoribus paratum, iustis vero regnum cœlorum, & omnia bona excedentia intellectum & affectum nostrũ, cur inuenimur tantopere tepidi in profectu diuini amoris, & spirituali vita, intantum vt iam timere habeamus illud Apocalypsis: quia tepidus es, incipiã te euomere de ore meo cum tamē teneamur secundum professionem nostrã semper tendere ad perfectionem? Prudens mercator non vadit per iter vbi putat se deprędandum, nec stolidum animal asinus vult ire vbi semel cecidit. Et tamen ego & mei similes peccatores quotidie imus p iter peccatorũ, in quo sæpe cecidimus raptori infernali, quasi nō crederemus deũ præsentē, & alia quę iã tetigi, malorũ bonorumq; iustam retributionem: q̃ si viua fide videremus, vtiq; peccare timeremus. Dicit enim Bernardus: Quid est quod non optamus etiam per medios enses (si oporteat) tantã miseriã declinare, & ad tantã accelerare gloriã, nisi quod mortua est fides nostra? Fratres vt filij lucis studeamus prudentiores esse filijs huius seculi, gratias omni loco & tempore deo agamus cum omni reuerentia, & incarnationi & passioni Christi. Declinemus à malo, & faciamus bona.

Apoca.3.

Bernard.

Luc.16.
Psalm.33.

¶ De humilitate Christi & Magorum, de gradibus item cũ superbiæ tum humilitatis. Exhortatio. IIII.

ET intrantes domum, inuenerunt puerum. Lucæ 2. Ex his verbis humilitatis exemplũ & cōmonitionē accipere debem9 tã ex pte ipsi9 pueri, q̃ etiã trium magoꝝ & regũ adoratoꝝ pueri Iesu.

O quanta humiliatio fuit, quod rex gloriæ, corã tribus regibus, primitijs Gentium, ad sui cognitionem & cultum vocandarum in puerili ætate & forma apparere dignatus est. Quis hoc digne excogitare potest? De hoc humilitatis exemplo dicit Leo papa, ꝙ non inuenerunt dominum Iesum mortuos suscitantem, vel aliqua miracula facientem: sed puerum silẽtem, quietum, & sub materna solicitudine constitutum. In quo, inquit, nullum apparet de potestate signum, sed magnum præbetur de humilitate miraculum, id est, exemplum stupendum atq; magnificum. De exemplo humilitatis Magoꝝ, habetur in textu euangelij, cum dicitur: Procidẽtes, adorauerunt eũ. O verę signum humilitatis, sine qua nullus vere adorat in carne verbum. Vere admirabilis eorum humilitas fuit, ꝙ ipsi reges & magnates consenserunt suscipere puerum in dominum, in regem, in deum. Per humilitatem enim illuminati fuerunt, vt eum natũ crederent. Per humilitatem relictis sedibus suis, primi ipsum quæsiuerunt & inuenerunt. Per humilitatem post multa tempora fidem totalem receperunt, & cœlestia regna intrauerunt. Nisi enim præ cæteris Gentibus humiles fuissent, deus (qui superbis resistit & humilibus dat gratiam) nunquam ipsis tãtam gratiam in primitijs Gentium concessisset. Cum ergo charissimi fratres (vt verbis sancti Leõis vtar) tota christianæ sapientiæ disciplina, non in abundãtia verbi, non in astutia disputandi, neq; in appetitu laudis & gloriæ, sed in vera & in voluntaria humilitate consistat, quam dominus Iesus Christus ab vtero matris, vsq; ad supplicium crucis pro omni fortitudine & elegit, & docuit: tota diligentia, toto conatu, tota vigilantia hanc virtutem (humilitatem dico) nostris inseri mentibus instemus, & à domino impetremus. Hæc enim humilitas cæterarum virtutum & fundamentum est & custos: per quas scilicet virtutes or-

Leo papa.

Iacob. 4

mamur, & accessum ad deum habemus: quia sine vir tutibus impossibile est placere deo. Humilitas idcirco fundamentum est, hoc est, prima virtus, quia scilicet repellit superbiam: cui deus resistit, & præbet homi nem subditum & supra patulum ad suscipiendum in fluxum diuinæ gratiæ, quæ nutrix & vita virtutum est. Custos vero virtutum appellatur: quia scilicet de fendit, ne eas ventus elationis tollat. Necessaria au tem est, quia cum ad magna quædam & ardua crea tus est homo, puta, quia est dominus visibilium crea turarum, & intellectualium, & moralium virtutum, nec non & gratiæ & amicitię dei, gloriæ quoq; sem piternæ capax, ne in hæc prçclara & maxima immo derate tenderet, animi virtute indigebat, quæ ipsum refrenaret ac moderaretur. Est autem humilitas pro funda cordis in conspectu diuinæ maiestatis inclina tio. Consistit ergo hæc virtus in eo, ꝙ propter reuerē tiam deo debitam, perfecte nos deo subdamus. Sed quia non solum debemus deum reuereri in seipso, sed etiam id quod est eius, debemus reuereri in quoli bet (non tñ eo modo reuerentię quo reueremur deū) ideo per humilitatem debemus nos subijcere etiam omnibus proximis propter deum, iuxta illud Petri Apostoli: Subditi estote omni humanæ creaturæ propter deum. Vt autem homo aduertere posset se hanc virtutem in intimis possidere, beatus Benedi ctus in regula sua duodecim signa, quæ gradus appel lat, ponit, in quibus homo veraciter suam humilita tem perpendat. Primum signum est, si corde & cor pore semper humilitatem ostendat, defixis in terrā aspectibus. Humilis enim timens & verecundus, ocu los deprimit, quasi non audens se alijs comparare. Econtrario, extollentia oculorum est quoddam si gnum superbiæ, inquantum excludit reuerentiam & timorem. Quapropter sanctus Bernardus assignat contra 12. signa & gradus humilitatis, 12 gradus su

[Margin: Humilitas quid. — 1. Petri. 2 — Benedict. — Signa 12 humilitatis. — Signa 12 superbiæ.]

perbiæ. Et est primus gradus curiositas, cũ oculis cæterisq́; sensibus euagatur in ea quæ ad se non pertinent. Secundum signum humilitatis est, vt pauca verba & rationabilia loquatur aliquis, non clamosa voce. Contra hoc est secundus gradus superbiæ, scilicet leuitas mentis, quæ per verba indiscrete prolata læta & tristia notatur. Tertium signum humilitatis est, vt quis non sit facilis aut promptus in risum. Contra hoc est tertius gradus superbiæ, scilicet, inepta lætitia, quæ per facilitatẽ risus denotatur. Quia vt dicit idem Benedictus ibidem, proprium est superborum læta semper appetere, & tristia deuitare, iu-
Ecclesi.7 xta illud: Cor stultorum, vbi est lætitia. Quartum signum humilitatis est, vt quis taceat donec interrogetur. Contra hoc est quartus gradus superbiæ, scilicet iactantia, quæ in multiloquio diffunditur. Quintum signum humilitatis est, vt quis teneat quod habet communis monasterij regula. Contra hoc est quintus gradus superbiæ, scilicet singularitas, priuata affectare cum gloria. Sextum signum humilitatis est, vt quis credat & pronũtiet se omnibus viliorem. Istud fit sine falsitate qñ credit & pronuntiat se omnibus viliorẽ secundum defectus occultos, quos in se recognoscit, & dona dei quæ in alijs latent, vel saltem latere arbitratur. Vnde Augustinus dicit in libro
August. de virginitate. Existimate aliquos in occulto superiores, quibus estis in manifesto meliores. Et super il-
philip. 2 lud Apostoli ad Philippenses: In humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes, dicit Glossa: Non hoc ita debemus æstimare, vt nos æstimare fingamus, sed vere æstimemus posse esse aliquid occultũ in alio quo nobis superior sit, etiam si bonum nostrum quo illo videmur superiores esse, non sit in occulto. Ad
Ansel. hunc gradum vel signum humilitatis spectat quod Anselmus dicit: Primo scilicet, quod quis se contemptibilem esse cognoscat, Secundo ꝙ de hoc doleat, ga

nulli debet suus defectus placere. Tertio, ꝙ se contē pꝛibilem confiteatur. Quarto, ꝙ hoc suadeat, vt scilicet hoc velit credi ab alijs. Huic signo vel gradui opponitur sextus gradus superbiæ, quæ est arrogantia sc; credere se omnibus sanctiorem. Septimū signum humilitatis est, quod quis credat & confiteatur se ad oia indignum & inutilem. Absq; falsitate em̄ potest quis confiteri & credere ad omnia se inutilem esse & indignum per proprias vires, vt sufficientiam suam totam in deum referat, iuxta illud Apostoli: Non quód suff.cientes simus aliquid cogitare á nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est: imó dona dei debent hominem humiliorem efficere. Debet enim cogitare, si alius talia á deo percepisset, diligentior & gratior eo esset. Et sic veraciter potest se credere & dicere inutilem & indignum, iuxta illud: Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus, &cæter. Verum est igitur illud ECCLESIASTICI: Quanto magnus es, humilia te in omnibus. Imo dona dei humilis verus abscondit, nisi gloria dei & salus proximi aliud requirant. Contra hoc signum est septimus gradus superbiæ, scilicet præsumptio, & ad omnia se ingerere. Octauum signum humilitatis est confessio peccatorum, id est, fassio. Contra hoc est octauus gradus superbiæ, scilicet defensio peccatorum. Primi parentes nostri excusauerunt peccatum suum. Sic faciunt & plures filij Adam. Nonum signum humilitatis est. vt quis pro obedientia in duris & asperis patientiam amplexetur. Huic signo vel gradui conuenit quod Anselmus dicit, Primo sc; ꝙ humilis patienter sustinet, ꝙ ab alijs dicaꝛ esse contemptibilis. Scdo, ꝙ patiꝛ contēptibiliter se tractari. Tertio, ꝙ amat.i. desideranter sustinet. Quia dicit Greg. in Reg. Nō grādе est his nos esse humiles á qbus honoramur, qa & hoc seculares qlibet faciunt; sed illis

2. Cor. 3

Lucæ. 17

Eccle. 3

Genes. 3

Anselmus

Gregor.

maxime humiles esse debemus à quibus aliquid pati mur. Huic signo cõtrariatur nonus gradus superbiæ scilicet simulata confessio, id est, fassio, quæ per dura & aspera probatur. Decimum signum humilitatis est vt quis cum obedientia se subdat maiori. Vnde habe tur extra. de Renun. ca. Nisi cum pridem. Tunc vero humilitatem custodis, cum per eã locum sublimem effugies, & tamen per obedientiam non dimittes. Nam vera humilitas facit, vt quisquis magis alijs de se credat, quã sibijpsi, quia dicit Gregorius: Si se me-

Gregor. liorem alijs non crederet, nequaquam aliorum consi lia suæ deliberationi postponeret. In omni dubio po tius debet quis alijs credere, quàm suæ opinioni, præ cipue proprio prælato: quia tunc est excusatus apud deum, vt venerabilis Gerson pulchre declarat. Huic

Gerson. signo contrariatur decimus gradus superbię, scilicet rebellio in magistrum, & fratres. Vndecimum signũ humilitatis est, quod non delectet propriam implere vo-

Clymach. lũtatem. Clymachus: Humilis, ait, semper abomina-tur voluntatem suam, velut deceptricem & errantẽ Et quamuis omnia faciat & cogitet secundum deũ, adhuc tamen non sequitur volũtatem suam, nec cre-det sensui suo. Humili enim est grauis stimulus figere se super voluntatem suam, sicut superbo est stimulus & intollerabile onus subesse voluntati alienæ. Hæc Clymachus. Contra hoc est vndecimus gradus su-perbiæ, scilicet libertas peccandi. Quia propria volũ tas est causa omnis peccati & perditionis. Eapropter

Bernand. dicit Bernardus. Tolle propriam voluntatem, & in-fernus nõ erit. Duodecimum signum humilitatis est, vt deum timeat, & memor sit omnium quę pręcepit. Huic cõtrariatur 12. gradus superbiæ, scilicet consue

Prouer. 18 tudo peccandi. Quia iuxta dictum sapientis: Cum impius venerit in profundum peccatorum, contem-nit. Hæc de virtute humilitatis charissimi fratres cõ monere succinctim volui, vt videre possemus parn-

ter & ego & vos, quantum adhuc ab eadem virtute & cæteris distamus, & in tanta solēnitate in qua de⁹ noster pro nobis humilis apparere dignatus est, mētes nostræ ad humilitatem euigilarēt cum tribus magis: quia si hoc fecerimus, & humilitatis Christi participes effecti fuerimus, vtiq; cum ipsis gloriæ & exaltationis pueri Iesu consortes erimus.

¶Cuiusmodi Christo & instrumentis passionis eius debeatur adoratio, cuiusmodi creaturis. Exhortatio V.

VEnimus adorare eum. Matthæi secundo. Ecce charissimi q̄d prophetia promisit, euangelium exhibuit. Cantat em̄ propheta Dauid: Omnes gentes quascunq; fecisti, venient & adorabunt coram te domine. Euangelium dicit Magos dixisse: Venimus adorare eum. Eum scilicet, qui fecit & creauit omnes gentes. Hic est solus deus, & rex potens cœli. Hoc in munere testantur, offerendo ei thus tanquam deo vero, & aurum tanquam regi. Sed vnde hoc cognouerunt? aut quid in puero talis adoratiōis honore dignum viderunt? Chrysostom⁹ in Homilia: Nunquid viderunt palatium marmoribus splendidum? Nunquid matrem eius diademate coronatam, aut in lecto aureo recumbentem? Nunquid puerum auro inuolutum? Nūquid regiā diuersis populis personantem? Non: Sed quid? Pandochium vtiq; tenebrosum & sordidum, & magis animalibus quàm hominibus aptum. Matrem eius vix tunicam vnam habentem, non ad ornatum corporis, sed ad tegumentum proficientem, & qualem habere poterat carpentarij vxor peregre cōstituta. Viderūt & puerum pannis sordidissimis inuolutū, in præsepio sordidiori positum, Si terrenum ergo regem quærē- Psalm.85

tes venissent, magis confundendi erant quàm gaui-suri. Nunc autem, quia cœlestem quærebant, & si nil regale videbant in eo, solius tamen stellæ testimonio contenti erant. Oculi eorum contemptibilem aspicere non poterant: quia spiritus in corde eorum eum terribilem demonstrabat. Putasne adorasśent infantem nisi intelligerent adorationis honorem, nisi aliquid diuinum credidissent in eo? Ergo non pueritiæ honorem dederunt, sed diuinitati eius, omnia intelligenti. Hæc Chrysostomus.

¶Sciendum quòd honor proprie exhibetur toti rei subsistenti. Cum ergo in Christo sit vna tantum persona diuinæ humanæque naturæ subsistens, propterea est vna adoratio, & vnus honor, scilicet diuinus: qui græco vocabulo dicitur latria, id est, seruitus, vel cultus soli deo impendendus, tanquam primo principio omnium creaturarum, & gubernatori, & vltimo fini. Itaque caro Christi, & eius humanitas eadem veneratione adoratur qua deus: quia coniuncta est in vnitate personæ dei verbo. Adorare enim carnem Christi nihil est aliud, quàm adorare verbũ dei incarnatum, sicut adorare vestem regis, nihil aliud est quàm adorare regẽ vestitũ. Propterea vna adoratione adoratur in Christo deus & homo. Ipse quippe totus Christus est principium omnis creaturæ & finis. Quod si quis veneraretur Christum ratiõe humanitatis, vt puta, quia est plenus munere gratiarum, & huiusmodi, illa adoratio non esset vna cum adoratione qua honoratur deus: quia adoratio latriæ non exhibetur humanitati Christi ratione suiipsius, sed ratione diuinitatis cui vnitur, secundum quam Christus non est minor patre: secundum humanitatem vero minor est patre. Idcirco inquantum huiusmodi, debetur Christo adoratio duliæ, quæ est seruitus vel cultus domino, vel superiori debitus, & non qualis aliis creaturis impenditur, sed per superexcellentiorem modum. Hæc tñ ad-

oratio conuenit Christo secundum quid, sc3 secundum aliq̃ causam vel rationē, puta scdm humanitatē secundū seipsam consideratā. Adoratio vero latrię (q̃ soli deo debet) conuenit Christo simpliciter: qa honor impenditur subsistenti. Christus aūt est deus & homo in vna persona vel subsistentia. Sic sancti Magi procidentes adorauerunt eum vt deum, vt regem vt mortalem in vna persona, quod mysticis muneribus ostenderunt. Et nos imitatores eorꝫ effecti, quotidie corpus & sanguinem filij hominis Iesu Christi procidentes adoramus adoratione latrię. Adoramus inquam, corpus & sanguinem, non vt res quasdā naturales separatas, sed inseparabiliter coniunctas, ex naturali concomitantia animæ & diuinitatis. Adoramus ergo in sacramēto deum & regem nostrum, pro nobis mortuum. Quod profitemur muneribus in illo actu deuotionis, & internę vel interioris adorationis offerentes ei voluntatem seu affectum nostrum loco thuris vt deo: intelligentiam seu rationem nostram loco auri, vt regi: corpus seu sensualitatem loco myrrhæ, vt pro nobis mortuo reddentes qualemcunq; vicissitudinem. Hæc omnia, id est, nosipsos offerendo & relinquendo in diuinum beneplacitum, nunquam ea ad nos iterum rapiamus. Sed nedum humanitas Christi adoratur adoratione latrię, sed etiam imago eius. Quia (iuxta Philosophum in libro de memoria & reminiscentia) idem motus est in imagine, inquantum est imago, & in eum cuius est imago. Qui ergo adorat imaginem Iesu, adorat IESVM, id est, deum humanatum. Similiter quia crux repręsentat nobis deum hominem, crucifixum, adoratur adoratione latrię, id est, adoratione soli deo debita. Vnde ei procumbentes, tanquàm deo dicimus: O crux aue spes vnica, &c. Est autem differentia inter crucem in qua CHRISTVS

Imaginū adoratio.

Ambrosi.

ſuſpēſus fuit, & alias cruces ligneas, vel lapideas, vel aureas, quæ veram crucem repręſentant, quia iſtæ cruces adorantur ſolum ea de cauſa latrie, qa Chriſtum crucifixum repręſentant. Sed vera crux Chriſti ſuper hoc adoratur latrie, quia Chriſtum tetigit, & ſanguine eius perfuſa fuit: & per hoc quodammodo vel aliquo modo ſibi coniuncta fuit, ſicut etiã claui & cætera inſtrumenta paſſionis eius: quæ etiã adoratione latriæ adorantur, quia rēpſentant Chriſtum quem tetigerunt. Rurſum differentia eſt inter iſta dominica inſtrumenta. Quia omnia inſtrumenta quæ tetigerunt Chriſtum, licet adorentur adoratione latriæ, tamen effigies eorum non adoratur latrię ſicut ſunt claui effigiati, & ſyndon, & ſudarium, & corona ſpinea effigiata, &c. Crux tamen in quacumque

Matth. 24 materia effigiatur, ſemper latrie adoratur: quia eſt ſignum filij hominis quod apparebit in cœlo. Et licet iſta ita ſe habeant, tamen beata virgo Maria quæ deum concepit, in vtero aluit, peperit, lactauit & tractauit, non adoratur adoratione latriæ, ſicut præſepiũ, vel crux: ſed hyperduliæ, hoc eſt, veneratione qua creaturæ honorantur, licet excellentiori modo, eo quod ſupeminet vniuerſis tanq̃ mater dei. Ratio eſt, quia nulli creaturæ debetur latria ſecundum ſe conſideratæ, ſed ſoli deo. Cum ergo beata Maria ſit pura creatura, idcirco ei non impēditur latria, id eſt, honor diuinus: Præſepio autem domini, & cruci eius, ac cæteris inſtrumentis, non impenditur vllus honor omnino, inquantum ſunt res quædam naturales, quia non ſunt capaces honoris: ſed ſoli deo impenditur, quem repręſentant. Rebus ergo inſenſibilibus inquantum repręſentant deum, impenditur honor diuinus: quia non ſunt ſuſceptibiles honoris ſecundum ſeipſas. Et idcirco animus honorantis ſtatim tēdit in deum. Rationabili vero creaturæ (quia ei reuerentia debetur ſecũdum ſeipſam) nullo modo

impēditur latria, id est, honor diuinus. Præstaret em̄ occasionem erroris, quia motus adorantis sisteret in homine inquantum est res quædam, & non fertur in deum. Adoramus ergo homines, sicut & sanctos, & eorundem reliquias & imagines veneratione duliæ, quæ debetur puris creaturis, in eis deum honorantes quamuis pene omnia signa interioris adorationis dī uinę quę manifestātur in exteriori adoratioue, homī nibus impendimus, dempto sacrificio. De quo dicit Augustinus 10. de Ciuitate dei: Multa de cultu diui= no vsurpata sunt, quæ honoribus deferuntur huma nis, siue humilitate nimia, siue adulatione pestifera, ita tamen quo'd quibus ea deferuntur, homines habē tur, qui dicuntur colendi & venerandi. Si autem mul tum eis additur, & adorandi. Quis vero sacrificandū censuit, nisi ei quem deum aut sciuit, aut putauit, aut finxit. Hæc ille. Sacrificiū ergo soli deo impenditur. Cum igitur adoratio sit actus religionis (quæ est vir tus moralis, reddens deo debitum honorem) siue sit interior qua eum veneramur, vt primum principium & vltimum finem: siue exterior, qua interiorem signi ficamus in genuflexionibus & cæteris ceremoniali bus, nos qui totam vitam nostram deo dedicauimꝰ & idcirco præ cæteris colentibus deum antonoma tice religiosi sumus & appellamur, debemus (imitan do tres magos) actum nostrum implere, ad quem q̄ti die in initio matutinarum inuitamur, & deum deuo te ceremoniando adorare, quod est maximi meriti. Augustinus.

De laude diuina, & quomodo hanc religiosi offerant deo. Exhoratio. VI.

SAcrificium laudis honorificabit me, & illic iter q̄ ostendam illi salutare dei. Psal. 49. Scitis ex fide charissimi quo'd tres viri Gentiles illuminati, af fectati, & efficaciter à spiritu sancto moti, hodierna

die (cuius facti memoriam solenniter recensemus) venerunt Hierosolymam ad Sion quærere diligẽter puerum Iesum: & quem fide iam nouerãt, oculis carnis cernere cupiebant. Ibidem iter ipsis demonstratum est. Euntes autem, stellam quam in Oriente viderant contemplantes, cum magno gaudio valde Iesum innenerunt. Hoc fuit initium vocationis Gẽtium quærentium & inuenientium Iesum. Propheta prædixerat hoc de domino Iesu qui vocauit nos.
Psalm.49. Deus inquit, deorum dominus loquutus est, id est,
Iohan, 10 Iesus deus & dominus angelorum & prophetarum, ad quos sermo dei habitus est, & omnium iustorum quos deos appellat. Et quid loquutus est? In Hierusalem & Sion legem euangelicam docuit, & aduentu spiritus sancti confirmauit. Quid post hoc fecit? Vocauit terram, id est, homines habitantes in terra. Vnde vocauit eos? A solis ortu vsque ad occasum. Magos cum aliis innumerabilibus ab Oriente, & nos ab Occidente, vt recumbamus tandem in sinu Abraham, Isaac, & Iacob. Ex quo loco vocauit? Ex Sion species decoris eius: quia speciositas & pulchritudo decoris legis euangelicæ ex Sion processit: De
Isai.2 Psal.18. Sion enim exiuit lex, & verbum domini de Hierusalem. Inde exierunt Apostoli & alij vocantes, & in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Et nos audiuimus. Quid dixerũt
Psal.49. isti nuncij vocantes nos? Aduentũ domini Iesu ad iudicium prædixerunt: Deus manifeste veniet, deus noster & non silebit, dissimulando peccata hominum propter pœnitentiam, sicut nunc facit, sed sententiam æternæ condemnationis contra impios proferet indilate. Ignis in conspectu eius exardescet, & reliqua quæ sequuntur omnia sunt de iudicio extremo, vsque ad id: Audi populus meus & loquar, vbi propheta innuit nuncios & vocantes docturos sacrificia veteris legis post euangelium publicatum nõ

fore deo accepta .Deinde quale sacrificium sibi placebit, subiungit dicens. Immola sacrificium laudis. Innuens etiam qualiter monendi erunt per vocãtes ministri boni, & corripiendi atque terrendi mali, cõcludit: Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo ostendam illi salutare dei. Dum adhuc in seculo essemus fratres charissimi, illuminati & affecti, atque efficaciter haud dubium à spiritu sancto moti sumus, vt quæreremus salutare dei, id est Iesum filium dei, qui est salus nostra, & vita nostra. Venimus quærere Iesum, & salutem, & tandem intrauimus Iudæam, id est, religionem, in qua iugis est confessio domini, & ad ciuitatem Hierusalem, in qua est arx Sion, id est, ad ordinem Carthusiensem, qui præ cæteris vacat pacificæ vitæ, & contemplatiuæ, vbi dictum est singulis nobis : Immola deo sacrificium laudis. Sacrificium enim laudis (ait dominus qui vocauit te) honorificabit me, & illic iter quo ostendam illi salutare dei, id est, Iesum filium dei. Laus diuina sacrificium appellatur : quia sicut in veteri lege immolabantur diuersis ritibus sacrificia deo, puta aut pro peccato, quando scilicet pro commisso facinore fatebantur se dignos morte, & loco eorum pecus occidebatur: vel quando pro gratiarumactione, ex oblatis etiam offerens cum deo epulabatur, vel quando ex puro amore offerens, se totum deo offerebat. In cuius signum pecus totaliter cremabatur. Sic in diuinis laudibus, sine exteriori significatione psallens, se offert deo pro peccatis, veniam petẽdo, & se reum cognoscendo, vel pro beneficijs gratias exhibendo, aut saltem ex ardenti amore se totum deo effundendo. Et sic pœnitens accipit dei reconciliationem, gratus maiora beneficia, ardens amore dei coniunctionem. Idcirco hoc laudis sacrificiũ iter est ad salutare dei, id est, Iesum filium dei obtinendum. Sicut ergo

Psal.49.

Magi ostensum iter tenentes, & stellam contemplantes atq; sequentes, Iesum inuenire meruerunt: ita & nos iter, id est, sacrificium laudis teneamus & gratiã in eo lucentem attendamus, & indubie Iesum inueniemus. Sed non surda aure audiamus, quod deus deorum dominus Iesus & nuntij, & vocantes nos iuxta vaticinium psalmi, postquam dixerunt: Immola deo sacrificium laudis, subdiderunt, redde altissimo vota tua. Videamus ergo vtrum psallendo seruemus quæ vouimus deo. Non parcamus (sicut statuta nostra volunt) vocibus, nec muliebre quid frangendo vocem sonemus, sed virili voce verba spiritus sancti promamus, sine tamen nimia inundantia vocis. Voces nostras conformemus, nec nimis alte vel basse, nec nimis festinanter aut tractim, sed grauitatate Carthusiana inuicem auscultando, sine mutuis prouocationibus, aut risibus, aut leuitatibus, & perseuerando in choro diuinas laudes persoluamus. Sæpe tentamur ex dissonantia vocum, vel ex naturali defectu, vel voluntario. Sed videamus cui psallẽdo loquimur, & coram quo stamus. Ipse est deus deorum dominus, qui requirit solutionem votorum nostrorum. Tenemur regulare voluntates nostras, & pro posse naturalia inflectere secundum dictamẽ rectę ratiõis, secundũ ordinationem maiorum, secundũ diuinum beneplacitum. Reddamus altissimo vota nostra. Debitores sumus non nobis tantum, vt pro nobismetipsis tantũmodo oremus, sed toti mũdo, etiam infidelibus vt cõuertantur. Ad hoc vocauit nos deus deorũ dñs, & posuit nos sibi vicinos, & suos aulicos effecit, vt fideliter ꝓ saluãdis interpellemus, & laborãdo, & vigilãdo, sacrificiũ quoq; laudis immolãdo ꝓ peccatis omniũ satisfaciamus. Preces indicãt ꝓ quibus oramus Quibus finitis, vice oĩm misericordiã postulamus & peccata cõfitemur, dicẽtes: Miserere mei deus &c. Reddamus altissimo vota nostra. Ecclesia dei pcepit

vt ſtudioſe & deuote diuinum officium diurnum pariter & nocturnum peragatur. Simus ergo diligentes: quia maledictus qui facit opus dei negligenter. Opus dei iuxta beatum Benedictum in regula, eſt officium diuinũ, cui ſecundũ eundẽ, nihil eſt præponendum. Simus itaq; deuoti & feruentes: quia tepidos euomit deus. Si ergo indiſcrete feſtinauerimus, & verbotenus dũtaxat ſatiſfecerimus, vtique indeuoti ſumus, alia deo præponimus. Et dicit nobis dominus: Ego non indigeo verbis veſtris, eatis ad ea q̃ diligitis plus quàm me. Reddamus altiſſimo vota noſtra. Sobrie, iuſte & pie viuamus, alias peccatori dicet deus: Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum per os tuum? Tu vero odiſti diſciplinam, & cætera. Ergo fratres ſimus in diuinis ſtrennui, id eſt, ſecundum Bernardum: cum alacritate & reuerentia deo & ſanctis eius aſſiſtamus, qui vident omnia deſideria noſtra, & audiunt orationes noſtras. Et ſi non valemus multum clamare voce, ardenti deſiderio aures dei repleamus, & feruentes nos foris propter exemplũ exhibeamus, nõ ſomnolentos, vel quaſi dormientes, nec brachia cum capite & pectore ſuper formam expandamus, quaſi nedũ deuotione, ſed etiam ipſa naturali vita priuati eſſemus. Strennuo autem dicit deus: Sacrificium laudis tuæ honorificabit me, & illic iter quo oſtendam tibi ſalutare dei. Talis enim ſalubriter oculis corporalibus quæſitum & inuentum Ieſum intuetur in ſacrificio noui teſtameti, id eſt, in ſacramento altaris quod dicitur ſacrificium laudis, quia cum laude offertur: imo omnes laudes propter ipſum fiunt. Et talis pie atque attente laudans, ſemper ſpiritualiter communicat die noctuque. Illic enim, id eſt, ibidem, eſt iter CHRISTVS, qui eſt via, qua oſtenditur quicquid vere oſtenditur, ſalutare dei, id eſt Chriſtus, qui eſt vita noſtra & ſalutare noſtrum.

Extra. de cele. miſ. ca. Dolẽtes

Hiere. 48.

Apoca. 3.

Titu. 2.

Sic chariſſimi fratres ſacrificium laudis tanquam iter obſeruantes,& gratiam dei, tanquam ſtellam ſequentes,ad Ieſum perducimur, quem in ſacramento altaris adoramus,& cum tribus magis in æterna felicitate obtinere ſperamus.

¶Magorum munera trifariam myſtice offerri. Exhortatio VII.

TIbi offerẽt reges munera. Pſalm.67.Reges & magi(quorum hodierna ſolennitate venerabilem memoriã agimus) typum noſtri portabant. Imitemur igitur quos veneramur,vt & ipſi reges & magi(ſicut nos regale ſacerdotium habentes decet) veraciter dici mereamur. Reges ſimus
1.Petr.2 à regendo noſmetipſos ſecundum dei præcepta,& dictamen rectę ratiõis:Seruire enim deo, regnare eſt. Magi à magnitudine ſapientiæ.Tales enim decet eſſe ſacerdotes dei,offerentes deo munera. Attendamꝰ regum magorum fidem,ſpem & charitatem.Fidem, quia crediderunt Chriſtum natum.Spem,quia quęrebant inueniendum. Charitatem, quia de eo gauiſi ſunt gaudio magno valde,tanq̃ in animæ deſiderio. Et venerati ſunt eum vnice dilectũ,ſumma deuotione munera offerẽtes,ꝓteſtantes eũ foris myſticis muneribus(quæ ſinguli obtulerunt)auro,ſuum dñm ac regẽ:thure,deum.i.principium oĩm & finem,in quo ſolum eſt quieſcendũ.Hoc mente gerere,eſt deum ex charitate diligere. Ideo in ſacrificio thus igne accenditur,quia ardenti deſiderio aſcendendũ eſt ad quieſcendũ in deo, tanq̃ in vltimo fine. Myrrha,ꝓteſtati ſunt eũ ſuũ ſaluatorẽ:q̄a per mortalitatem ſuã ſaluauit genus humanũ. Super hęc vt deo noſtra munera grata ſint & accepta,ſit cõſcientia pura,ſit intẽtio recta,ſit opus bonũ. Vnum ſine alijs non ſufficit.Dicit
1.Cor.4 Apoſt.Nihil mihi cõſcius ſum, ſed non in hoc iuſtifi-

catus sum. Cæcitate em̃ quidã (Salomone testante) Eccls.8
ita securi sunt, quasi iustoꝝ facta haberẽt, cum tamẽ
sint impij. Et ideo nihil prodest eis, ꝙ puram sibi sine
operibus forment conscientiam. De intentione dicit Matth.6
dominus: Si oculus tuus nequã fuerit, totũ corpus
tuũ tenebrosum erit. i. Si intentio peruersa fuerit &
mala, totũ corpus. i. tota congeries operationũ mala
erit, etiam si actio sit de genere bonoꝝ, vt dare elee-
mosynam mulierculæ ad trahendum eã in amorem
illicitum, aut furari vt detur eleemosyna, &c. Et li-
cet malitia voluntatis sufficiat ad hoc quod actus ma
lus dicatur, non tamen bonitas volũtatis intendẽtis
sufficit ad bonitatem eius: quia actus potest de se esse
malus, qui nullo modo potest bene fieri. His itaq; pre
habitis, accedamus offerre, vt reges, munera regi
Christo vnusquisq; in gradu suo. Sunt autem tres
gradus offerentium regum. Primus est incipiẽtium,
secundus proficientium, tertius perfectoꝝ. Incipien
tes vel inchoantes regnũ suum, sc; corpus & animã,
cogitationes & operationes, & cætera oĩa quæ in di-
strictu suo habent, possident cũ timore. Reges ergo
sunt, quia regũt, licet cũ timore. Et magi: qa initium
sapientiæ timor dñi. Isti regimine & sapientia sua oẽs Psalm.110
hostes mortales expellunt: quia timor dñi expellit
peccatum, scilicet, omne capitale & mortale. Hi co- Ecclesi.1
ram summo rege inneniunt gratiam. Bernandus: In Bernard.
veritate didici, nil æque efficax esse ad gratiam pro- sup ca.22
merendam, retinendam & recuperandam, q̃ si omni
tempore inueniaris coram deo non altum sapere, sed
deum timere. Hi reges cum rege Iosia deflente in ti-
more transgressiones mandatorum dei, audire singu
li merentur ã domino: Pro eo quod audisti verba le-
gis, & perterritũ est cor tuum, & humiliatus es corã 4.Reg.23
domino, & scindens vestimenta tua fleuisti coram
me, audiui te, & colligam te in pace, ne videant ocu-
li tui mala, & cæte. Hi reges offerunt primo aurum,

id est,temporalia bona,ficut cõfuluit fanctus Daniel
Daniel.4 propheta:Peccata tua eleemofynis redime,& iniquitates tuas mifericordijs pauperũ. Secundo thus offerunt,fc3 orationem vocalem. Quæ licet multis euagationibus perficiatur,fi tamen fuerit intentio recta & confcientia pura,etiam pro fatisfactione à domino recipitur. Vnde euagatio mentis quæ fit præter propofitum,orationis fructum non tollit. Et fanctus Bafilius ait: Si debilitatus à peccato, fixe nequis orare,quantumcunq; potes,teipfum cohibeas, & deus ignofcit, eo q non ex negligentia,fed ex fragilitate non potes vt oportet, affiftere coram deo. Notate fratres quod dicitur, quantumcunq; potes, teipfum cohibeas.

Thomas 2.2.q.83. artic.13

Bafilius

Auguft. Dicit Auguftinus in regula:Pfalmis & hymnis cum oratis deum,hoc verfetur in corde, quod profertur in ore,Quia fi qs ex propofito in oratione mente euagatur,hoc peccatum eft, & impedit orationis fructum.Et præfatus S.Bafilius dicit:Diuinũ auxilium eft implorandum,non remiffe, nec mẽte huc vel illuc euagante,eo quod talis non folum non impetrabit quod petit,fed etiam magis deum irritabit.

Bafilius.

Extra. de cel. mif.c. Dolentes. Nos chariffimi fratres iuxta facros Canones, tenemur diuinum officium, nocturnum pariter & diurnum ftudiofe & deuote perfoluere.Non fimus negligentes in hoc: quia maledictus qui facit opus dei negligenter. Sed fequamur dictum fancti Iohannis

Iohannes Chryf. Chryfoftomi,dicentis:Solam orationem quafi fpirituale tributum offert anima deo de fuis vifceribus. Ideo cum fumma diligentia & puritate offerenda eft in timore & reuerentia. Tertio, offerunt præfati reges myrrham abftinentiæ corporalis,qua conferuãtur,ne defluant in putredinem vitiorum, fecundum formam Apoftoli dicentis:Caftigo corpus meum.Et alibi:Sobrie viuamus in hoc feculo. Vnde prima die qua pofuit in corde fuo, vt fe affligeret Daniel,accepta erat oratio eius,Reges qui funt in ftatu proficis

1.Cor.9

Tit.2

Daniel.10

entium,ampliant regnum suum in feruore,quia per profectum charitatis dilatant spacia cœlestium desi-deriorum,reprimendo desideria terrena. Inchoanti-bus,aut incipientibus,dicitur: Siue volueritis, siue nolueritis,habitabit Iebusæus vobiscum. Isti vero cum Dauid Iebusæum, scilicet affectum carnalem, expellunt de medio Hierusalem.Deinde Philistæos, id est dæmones,& post hoc hostes in circuitu, id est omnem mundi vanitatem,& quosdam faciunt tribu tarios,id est,scientiam secularem pro intellectu scri-pturarum, res & pecunias ad cultum diuinum, & famulatum admittunt. Hi reges offerunt regi Chri-sto munera pretiosa.Aurum,hoc est,contẽptũ terre norum,dicentes cum Apostolo Petro: Ecce nos reli-quimus omnia,& sequuti sumus te. Et thus oratio-nis mentalis & meditationis, in qua exardescit i-gnis,vt ardor deuotionis exprimatur.Tertio myr-rham contritionis,quæ operatur perfectam auersio-nem & detestationem,& pœnitentiam peccatorum, nec relinquit vllam complacentiam eorundem,quæ sentitur adhuc in nonnullis incipiẽtibus: & est signũ male depurati affectus.Reges qui sunt in gradu per-fectorum,regnum suum possident,hostibus suis iam superatis in tranquillitate cordis, & securitate men-tis. Isti cum Solomone pacifico, ædificant domum domino.Non possunt autem esse Salomon, nisi fue-rint filij Dauid,qui manu forti hostes subegit, id est, non possunt esse perfecti,nisi in primo fuerint profi cientes in exterminatione vitiorum.Hi munera offe runt preciosissima.Primo aurum, hoc est, charitatẽ plenissimam,& contemptum sui, nedum ad toleran-das aduersitates innumeras,sed etiam ipsam expro-bratissimam mortem, ad reddendum vicem dilecto regi Christo.Secundo thus contemplationis altissi-mæ.Tertio myrrham mortificationis omnimodæ, quæ potissime consistit in perfecta conformatiõe vo

2.Reg. 5

Matth. 19.

luntatis humanæ cum diuino beneplacito. His exercitijs charissimi fratres insistamus, vt nomẽ regiũ sempiternum veraciter consequi mereamur, & impleatur in nobis quod dictum est: Tibi scilicet Christo, offerent reges munera.

¶Quomodo multi ad modum Herodis Iesum quærere se simulantes, seipsos quærant inique.

Exhortatio VIII.

ITe & interrogate diligenter de puero, & cum inueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniens adorem eum. Mat. 2. Verba sunt ipsius Herodis. Quænam res accidit filio scelerato? Num & Herodes inter prophetas? Et quæ est vita eius? Et quæ conuentio homicidæ cum vitæ authore? Quid vero interfectori filiorum suorum cum filio dei? Fortasse vult pœnitere de peccatis suis, & ideo quærit saluatorem. Et quis non credet verbis regis, Vicedomino Imperatoris? Sequitur enim, & dicit: vt & ego veniens, adorem eum. Obsequium fidei repromittit. Adoratio eñ
Hebræ. 11 præexigit cognitionem quæ habetur de Christo per fidem. Fides autem iustificat peccatorem. Adoratio vero refundit iustificatori reuerentiam, & gratiarũ
1. Iohan. 4 actionem. Sed caueamus, nec credamus omni spirĩ
Ecclesi. 11 tui: Multæ enim sunt insidiæ dolosi. Vnde Herodes deuotionem promittit, sed gladium acuit, malitiam cordis depingens colore humilitatis. Finxit se vultu & verbis adorare, quem inuidia mente cogitabat occidere. Non est igitur amantis vox, sed hostis Herodis impij, supbi, ambitiosi, cupidi, inuidi, odio pleni Proh pudor, quot in omni statu ecclesię Herodis vocem audiunt & sequuntur? Hi sunt q̃ q̃runt diligẽter

imo diligentissime prælationes & dignitates, aliorũ appetunt esse capita & rectores, aliorum volunt vitia arguere, deformitates quaslibet reformare, iustitiam ministrare. Vt vero suum valeant intentum consequi, per se, per alios munera offerunt, preces iungunt, præmia pollicentur. Quod si quem aduerterint præficiendum præ ipsis, obloquuntur, detrahunt, & quæcunque infamatoria, siue vera siue falsa fuerint, vera grauando, falsa mendose referendo, suspecta vero pro indubitatis affirmando diffundũt vt talem inhabilem reddant. An non talia fiunt in territorijs & ciuitatibus, vbi regnant partialitates? Quod si (vt frequenter fit) interrogati fuerint, quid quæritis, incunctanter in effectu verborum respondent. Nos interrogamus & quærimus diligenter puerum Iesum, zelum habemus animarum, bonum enim publicum diligimus, Iustitiam & reformationem quærimus. Sine nobis omnia pereunt. An ista requirere, non sit Iesum quærere? Sed reuera herodiana hæc vox est. Herodes quippe in pellibus glorians interpretatur. Itaque sub pellibus, id est, speciebus sanctitatis (in quibus gloriantur præscripti) latet hostis pueri Iesu, scilicet, superbia, hypocrisis, inuidia, temerarium iudicium, detractio, & his similia. Qui si puerum Iesum quærerent (quod sine charitate nunquam fit) debito ordine reformationem & iustitiam à seipsis inchoarent. Isti vero se ipsos negligunt, & cæterorum defectus diligenter cõsiderant. Peruersus est talis ordo. Quod si quis pfectę fuerit sanctitatis, indecenter tamen appeteret dignitatem. Vnde Augustinus libro decimo nono de Ciuitate dei ca. 19. Locus superior (sine quo populus regi non potest) & si ita teneatur atque administretur vt decet, indecenter tamen appetitur. Posset tamen contingere casus aliquis singularis, in quo ex necessitate charitatis & spiritussancti inspiratione

aliquis laudabiliter & appeteret, & acciperet principatum: vt patuit de Simone Machabæi fratre. Sunt alij qui vocem Herodis audiunt & sequũtur. Hi sunt qui diuitias quærunt. Nonnulli hoc faciunt modis licitis, alij illicitis, alij periculosis, alij laboriosis, quibus laboribus à melioribus actibus impediuntur. Interrogati isti, quid quæritis? respondẽt, puerum Iesum. Volumus enim ædificare monasteria, fundare perpetuas missas, & huiusmodi: etiam de pecunia interdũ ex furto, vel rapina, vel pauperum sudoribus vtcunq; collecta. Vox Herodiana est, quia dicit do-
Isaiæ, 61 minus: Odio habeo rapinam in holocaustum. Dicũt religiosi: Quærimus puerum Iesum. Quia cum habuerimus diuitias, faciemus eleemosynas etiam fratribus ordinis nostri largas. Vox Herodiana est. Sub specie operis misericordiæ quęritis superflua possidere, & illa superflue insumere, prætextu necessitatis, in cibis, in potibus, in vestibus, in vtensilibus, in ædificijs, in clenodijs. Non autem in rerum omnium penuria viuere, vt fecerũt patres sancti. Si optatis pauperibus & vestri ordinis fratribus eleemosynas fieri cur non permittitis quòd à donatoribus ipsis immediate fiant? Quid est necesse, quòd vobis mediantibus & per vos fiant? Nonne melius est carere superfluis propter deum, quàm de superfluis dare eleemosynã propter deum? Idcirco etiam illi Herodianam vocẽ sequuntur, qui plenam omnium rerum resignatiõem & contemplationis quietem destantur & abijciunt, vt operibus instent misericordiæ, & eleemosynis. Instare operibus misericordiæ in suo genere bonum est: sed ad illa descendere à perfectiore professione,
Lucæ 9 malum est. Est em̃ respicere retrosum & se exhibere indignum regno dei. Ab operibus misericordiæ (tan
Matt. 19 quam ab imperfectiore) vocauit quem dilexit domi
Marc. 10 nus, dicens: Vende omnia quæ habes & da pauperi
Lucæ 18 bus, & veni sequere me. Quod se fecisse Apostoli glo

riabantur, quando dixerunt: Ecce nos reliquimus oia, & sequuti sumus te. Idcirco audire meruerunt mercedis magnitudinem præ cæteris fidelibus ipsis tribuendam: quia sessuri sunt super sedes, iudicaturi cæteros fideles bonos, & recepturi centuplum, & vitam æternam. Vacantibus vero operibus misericordiæ, solum regnum cœlorum repromittitur, & iudicandi venturi sunt propter imperfectionem. Terrena enim sunt quę tangunt, qui vitam ducunt actiuam. Ideoq; (licet bono studio insudant) tamen puluere terræ facillime fœdantur. Idcirco à domino pars Mariæ antefertur parti Martæ, tanquam optima. Vocem etiam Herodis sequuntur, qui plus æquo lectioni inhærendum suadent pro illuminatione intellectus quasi in die domini requirendum sit à nobis quantũ profecerimus in intellectu, & non potius quàm feruens fuerit noster in deum affectus, quàm simplex, quàm humilis, quàm deuotus, quàm fidelis in dei seruitio secundum vocationem in qua vocati sumus. Dicit Apostolus: Spiritu feruentes, domino seruientes. Non dicit curiose intelligentes, capita destruentes. Non minus Herodis vocem sequuntur, qui puerum Iesum (vt aiunt) quærunt in timore inordinato in infinitis anxietatibus, & perplexitatibus, erronea conscientia, in indiscretis abstinentijs, vigilijs & pœnitentijs, & similibus suis stultis, præsumptuosis & obstinatis opinionibus (nolendo acquiescere, nec aliorum monitis cedere, nec sententijs credere) totam animæ ipsorum regionem perturbando, vt inde fugere Christus cogatur, & contra præceptum Apostoli agentes, qui ait: Rationabile obsequium vestrum. Sunt charissimi fratres innumerabiles aliæ viæ, in quibus interrogant diligenter quidam (secundum Herodis fraudulentam commissionem) de puero sed non inueniũt. Porro Magi sancti, declinantes ab Herode, stellam viderunt, & gauisi sunt gaudio magno

Matth. 19

Lucæ 10

Rom. 12

Roma. 12

valde: quam ſequentes, puerum Ieſum quæſitum inuenerunt, nec ad Herodem redierunt. Sic nos chariſſimi (dimiſſis fraudulentis perſuaſionibus) ſequamur fulgorem gratiæ dei, & ſpirituſſancti vnctionẽ, gaudio ſpiritali nos replente diſcamus vias domini, ſcilicet charitatem dei & proximi, humilitatem, ſobrietatem, obedientiam, & ſimilia: & hæc ducent nos ad puerum Ieſum. Quo inuento, non reuertamur ad vitia Hærodis ſed per aliam viam (ſcilicet virtutum) reuertamur in regionem noſtram in cœlum.

¶ Opera noſtra ex nobis inutilia, per Chriſtum fructuoſa ad merendũ quõ reddãtur. Exho. IX.

Gauiſi ſunt gaudio magno valde. Matthæi ſecundo. Habemus ex hodierna euangelica lectione, quod primi ex Gentibus (Chriſti dñi adoratores) in Oriente ſtellam ipſius Chriſti natiuitatis oſtẽſiuam viderunt. Cuius viſione (diuina gratia intus refulgente) illuminati, & affectuoſe delectati, confeſtim iter ad dominum Chriſtum inueniẽdum arripuerunt. Fatigati vero laboribus, cum putarent ſe dominum inuenire, Herodis (hoſtis Chriſti) pericula inciderunt. Sed propitio eis deo, ſtellam quã in Oriente viderant, iam in Occidente, cum non longe eſſent à Chriſto, cum gaudio magno valde inſpexerunt, & indilate ad Chriſtum dominum feliciter peruenerunt. Hæc res geſta tacite nobis loquitur. Debemus ergo fratres diligenter aduertere, quid nobis innuant. Magi gentiles, ſignificant conuertendos ex gentilitate ad Chriſtum infideles. Stella fulgens in nocte, eſt fides de Chriſto lucens in cordibus tenebroſis infideliũ. Stellam videre in Oriente, eſt in inchoatione ſalutis fidem recipere, Quod vero illuminati &

affectuose delectati iter arripuerũt, innuit, quod cõuersi Gentiles ob certitudinem rerum credendarum & amorem earundem, deuote & gaudio magno intellectum in obsequiuum fidei captiuauerunt, & iter q̃d factus est eis Christus ambulauerunt. Fatigantur tamen in via virtutis & bonorum operum, quam Christus opere docuit & sermone: quia caro concupiscit aduersus spiritum, & ei aduersatur, & corpus quod corrumpitur aggrauat animam; & mundus retrahit bonos à profectu. Perseuerantes vero in itinere Christi cum iã putant in Hierusalem, id est, in visione pacis, hoc est, in pace conscientiæ, perhibentes testimonium bonis operibus ipsorum, Christum dominum inuenire, Herodem hostem Christi inuenerunt, non sine magno periculo omnium laborum itineris peracti. Quia fideles virtuose secundum vitam & doctrinam Christi viuentes, incidunt in periculum præsumptionis atque superbiæ, quasi per sua propria merita digni essent Christum inuenire, qui est vita, hoc est, æterna felicitas. Et nisi deo propitio ab illa præsumptione liberarentur, ad Christum cui iam vicini facti sunt, non peruenirent. Relinquentes vero Herodem non in nocte & oriente, sed in clara die & occidente, id est in clara quæ nunquàm marcescit sapientia, & circa occasum mortalis vitæ stellam eandem vident cum gaudio magno valde, quæ eos ad Christum perducit. Nunc restat agnoscere, quid sit stellam præfacto modo videre, vnde tantum ac tale gaudium ortum est. In visione prima stellæ, id est, fidei de Christo, gaudium magnum (angelo attestante) ortum est, quia natus fuit CHRISTVS dominus, qui saluaret credentes à perditione, & perduceret ad æternam salutem. In secunda visione, ortum est gaudium magnum valde. Notitia ergo magni mali, à quo fideles liberantur, & excellentis boni quod adipiscuntur, causa est gaudij.

Galat. 5

Sapient. 9

2. Corin. 1

Sapient. 6

Lucæ 2

Aduertamus nunc, vtrumque in secunda stellæ visiōe Notandum igitur quod nos omnes filij Adæ, tamquā filij eius, debitores sumus deo, omnium bonorum q̄ in primis parentibus accepimus, & eorum præuarica tione amisimus: vt fuit originalis iustitia cum omni- bus bonis illi iustitiæ annexis. Debitores etiam su- mus habendi ea mala quæ parentum præuaricatiōe incurrimus, spiritualia præcipue: cuiusmodi est igno- rantia in mente, concupiscentia in carne, ex qua seq- tur infirmitas in omni opere bono. Ex his orta est malitia, quæ totam occupat naturam. Nam ignorā- tia rationalem, concupiscentia vim cōcupiscibilem infirmitas irascibilem possidet. Malitia vero sibi oēs vendicat vires. Quibus in nobis præualentibus ac dominantibus, nullum elicere possumus actum bonū talem, qualem in paradiso sine omni difficultate, & cum omni iucunditate potuissemus, & qualem deus à nobis exigit, secundum eam naturæ conditionem quam instituit: quæ erat innocentia decorata, virtu tibus adornata, magna in operando virtute prædita ab omni inordinatione & defectu immunis & extra nea. Igitur deus inuenit omnes actus nostros bonos minus habentes in virtute, in discretione & sapiētia in perfectione, in circunstantijs, & in puritate inten- tionis. Siquidem amor priuatus (quem ad seipsum gerit spiritus humanus, ad carnem quoque & quam libet aliam creaturam) nobis adeo tenaciter inhęret, quod nunq̄ aliquem actum ita purissime & integer rime in deum propter seipsum (tanquam summū bo- num) elicimus aut facimus, quin aliquid semper con currat de prædicto priuato amore, quo optamus (li- cet nonunquam imperceptibiliter) aliquam refusio- nem in aliquo cōmodo temporalis delectationis, aut gloriæ, siue æternam remunerationem. Purissima ve ro & integerrima tendentia in deum (qualē à nobis iustissime exigit deus) omnimodā requirit suspsius

quo ad carnem & spiritum, mortificationem & abnegationem. Et vt nec seipsum, nec vllam amet rem creatam, nisi simpliciter & pure in deo & propter deum: nec præter deum, aut extra deum aliquid quęrat. Hic est nostræ directionis & intētionis, perfectionis quoque & omnium actuum nostrorum finis. In tali statu impleri potest illud maximum diuinum præceptum: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex omnibus viribus tuis. Ad quem statum in hac mortalitate pertingere valemus minime, quātumcumque etiam per gratiam, virtutes, & spiritus sancti dona reparemur. Nam per hæc vtiq; restauramur ad salutem, non autem ad originalem iustitiā. Manent igitur omnes iustitiæ nostræ sicut pannus menstruatæ, sic quod nullus actus (de communi lege) adeo est perfectus, quin à iustitia diuina reprobari possit tanquam minus habens. Pereat nunc omnis præsumptio, ex proprijs operibus perueniendi ad Christum, omnis gloriatio, omnis superbia. Audiamus adhuc: Cum sanctissima voluntas diuina, prima sit omniū rerum caysa, & omnium legum regula, erit etiam prima omnium actuum intellectualis naturæ ponderatrix, moderatrix & sententiatrix in ratione meriti & demeriti in ordine ad præmium & pœnam: & hoc secundū q̄litatem, quantitatem, & oēs circūstantias. Est em̄ in oībus iustissima imo ipsa iustitia, quā obliquari vel minime est impossibile. Cui necesse est omnē volūtatem creatā cōformari ad hoc vt sit recta & iusta. Vnde ipsa diuina volūtas nihil approbat, aut acceptat extra se, eo quod bonū est sed quia sibi placet, ideo bonū est: & q̄to magis placet, tanto melius est. Similiter peccatū mēsurat iuxta diuinę displicētiæ q̄titatē siue grauitatē. Displicētia em̄ diuina est ratio, quare actus aliqs dicit peccatum & offensa principaliter. Cū igitur oēs actus nostri boni moralit

Deut.6. Matt.22.

Isaiæ.64.

possunt etiam secundum iustitiam rigidam imputari ad culpam & pœnam secundum displicentiam diuinæ voluntatis. Vbi est ergo gloriatio nostra, & salus ex actibus nostris? Exclusa est. Audiamus adhuc, Peccata venialia quibus pleni sumus, & sine quibus de communi lege viuere non valemus, posset deus iustus punire æterna pœna. Nam voluntas diuina quamlibet moralem curuitatem imputare potest ad mortem, iuxta seueram iustitiam suam: quæ in scripturis sanctis furor domini nuncupatur. Quælibet nempe talis curuitas offensa dei est, quæ ex parte offensi quandã infinitatẽ culpę habet & pœnę. Huc usque fratres charissimi extenduntur mala nostra, à quibus debemus liberari, vt gaudium nobis generetur. Cognoscentes igitur quòd omnes actus nostri boni, morales, & virtutum opera, quibus in itinere huius seculi insudamus, nos saluare nõ possunt, nec ad CHRISTVM perducere, recedimus ab Herode, id est, præsumptione fallaci, & vera nos sapientia illustrãte, ambulamus sicut in die, in qua lucidius perpendimus æternam damnationem nobis ex peccato ADAE, & proprijs peccatis, siue moralibus, siue venialibus debitam, quàm in inchoatione salutis & fidei receptione, quando adhuc tenebræ noctis erant veræ & perfectæ, aut necessariæ sapientiæ. Cognoscimus insuper clare insufficientiam actuum nostrorum bonorum ad promerendum felicitatem æternam. Hæc omnia tristia sunt. Nunc igitur luceat in clara hac die stella, hoc est, fides de CHRISTO nato, vt tollat omnia mala hæc. Et videndo eam, id est, amplexando hanc fidem (si nobis animus gaudendi affuerit) gaudebimus nedum gaudio magno, sed gaudio magno valde. Pijssimus deus humanam videns naturam iustitia nudatam, vitiatam, deprauatam, & totam submersam (sensus enim & cogitatio humani cordis in malum proni sunt ab

Rom. 3.
Exo. 15. 32
Psalm. 6
37. 68.
Isaiæ 5
10. 30.
Gen. 8.

adolescentia sua)naturæ condescendit fragilitati, & misit filiũ suũ consubstantialẽ, vt esset nobis redemptio,iustitia & sanctificatio,in signum eximiæ dilectionis ad nos, & quód nollet nobiscum secundum rigorem agere iustitiæ,sed in dulcedine omnis misericordiæ, si tamen voluerimus redire ad pacem. Igitur dominus IESVS CHRISTVS filius dei redemit nos sanguine suo, satisfaciens pro peccatis omnibus. Insuper peccata quædam noluit plecti æterna pœna,quæ idcirco venialia dicuntur,quia non indignatur cõtra ea grauius, quàm ad pœnam temporalem. Deinde omnes actus nostros ad deum directos,iustificat,acceptat & approbat tanquam meritorios vitæ æternæ. Et ipsa acceptatio facit opera nostra bona,vt supra dictum est. Contra vitiatam originem instituit nouam generationẽ, secundam quã concipimur de spiritu sancto,& nascimur de virgine ecclesia, ex vtero impolluto fonte babtismi, vt filij dei appellemur & simus, Dedit eñ nobis potestatẽ filios dei fieri. Facti igit̃ filij dei,abrenũciauimus filiati oẽm Adę, vt debita cõdẽnati patris nobis nõ imputẽtur,q̃ superius sunt tacta. Sed potius(ꝙ mirabile est valde)ꝑ baptismum mẽbra facti sumus ipsius Iesu filij dei, & ipsi incorporati,influxus vitales ab ipso capite nostro ꝑ gratiã gratum facientẽ suscipimꝰ, spiritu quoq; ipsius vegetamur.Quapropter cũ tanto capite id est,Christo innocẽtissimo vltra omnem originalẽ iustitiam,& charissimo atq; acceptissimo deo patri ꝓsentamur,sub eadem innocentia & sanctitate. Non potest ibi fieri repulsa. Nihil enim damnationis est his qui sunt in Christo Iesu. In ista namque vnione capitis Christi ad membra, mira fit & bonorum & malorum communio.Nam omnia bona Christi suis cõmunicantur membris.Et peccata atque defectus mẽbrorũ, in caput redũdãt & sibi asscribũt̃, vt patet in psal. vbi dicit: Lõge à salute mea ỽba delictoꝝ meoꝝ.

1.Cor.1 · Apoca.1. · Peccata venialia. · Iohann.1 · Roma.8. · Psalm.21.

Quæ ab ipſo conſumuntur, nec nobis imputantur. Hæc & ſimilia bona quædam iam adepta, alia in futuro adipiſcenda, materia ſunt gaudiorum. Mala igitur ſuperius expreſſa amittenda & bona hæc adepta & adipiſcenda, fide indubitata cognita, & amoroſo ac gaudioſo animo recepta, faciũt de Chriſto authore tantorum bonorum, gaudere gaudio magno valde in præſenti via, & in breui ipſo duce totaliter gaudẽtes ad ipſum Chriſtum peruenient in patria, vt gaudeant gaudio magno valde infinito.

De plenitudine temporis aduentus Chriſti, quomodo fuerit maxime opportunum. Exhortatio. X

OBtulerunt ei munera, aurũ, thus & myrrham. Matthæi ſecundo. Dicit Apo-
Galatas.4 ſtolus: Vbi venit plenitudo temporis, miſit deus filium ſuum. Quæ eſt hæc plenitudo temporis? Niſi tempus Chriſti, in quo data eſt plenitudo ſpiritus ſancti: vel plenitudo temporis eſt, impletio temporis præteriti, à deo patre diffiniti. Sciebat em̃ quãdo venire deberet. Nec eſt hora eius, vel noſtra, niſi voluntas eius. Ex his patet effectus aduentus Chriſti, q̃a poſt glorificationẽ Chriſti (vt teſtatur Iohãnes
Iohan.7. euangeliſta) debebat ſpiritus, id eſt, plenitudo ſpirit9 ſancti dari. Deinde mera volũtas dei aſſignatur pro cauſa plenitudinis temporis aduentus Chriſti Adhuc tamen manet quæſtio, quare deus q oia ordinate & ex cauſa opatur, voluit illo tempore mittere filium ſuũ, ita ꝙ illud tempus vocaretur plenitudo tem-
Tho.3. poris. Tempus etiam illud eſt quod prænuntiauerũt
par.q.1. prophetæ, etiam nõnulli pręfixe & determinate. Bea-
ar.5.6. tus Thomas Aq̃nas & aliȷ̃ ſecũ declarant, ꝙ Chriſtus

medicus ægritudinis humanæ naturæ venire nõ debebat nec in principio, nec in fine mundi, sed in medio. Et ex dictis eorum aliquo modo solui posset, pposita quæstio, sed non plene, vt mihi videtur. Et quis erit idoneus, vt consilium inscrutabilis maiestatis dei pspicere valeat & dicere, quare deus sic fecerit? Nemo plane. Tamẽ sicut in cæteris operibus dei, pro illuminatione intellectus, & inflammatione affectus, & iucunda contemplatione mentis, sancti patres certas rationes conati sunt (deo cooperante) assignare operum dei: sic in præsenti conabor deo auxiliante in medium vestrum fratres charissimi aliq̃ adducere, quæ mihi videntur pro qualicunque solutione posse valere. Non tamen soluere integraliter intendo quæstionem: quia hoc credo omni homini esse impossibile. Scribitur enim in libro Sapientiæ de æterna sapientia (per quam sicut creauit omnia deus, ita etiam gubernat, & ad proprios fines adducit) sic: Attingit à fine vsque ad finem fortiter & disponit omnia suauiter. Attingit à fine, scilicet creationis omnium creaturarum, nulla, nec minima dempta, nec quidem minima cogitatione exclusa, vsque ad finem durationis earundem, & in mente diuina (vbi omnia æternaliter viuunt, postquam etiam interierint) fortiter, quia à nullo potest præpediri deus omnipotẽs. Creat ergo & conseruat fortiter omnia deus, & disponit omnia suauiter. Concreauit enim singulis creaturis deus dispositiones quasdam & habitudines, per quas inclinantur ad proprios fines. Idcirco suauiter mouentur ad eos. Exempli causa. Vt lapis moueatur deorsum suauiter, concreauit sibi grauedinem. Igni, vt tendat sursum, leuitatem. Et sic de cæteris. Præceptum eñ posuit omnibus creatis qualiter agere debeant & agi & non præteribit. Omnia enim faciunt verbum eius, id est, præceptum eius. Mouet itaque deus sin-

Sapi.8.

Psalm.184

gulas creaturas ſicut ſunt mobiles ſecundum natu-
ras ſuas, & diſpoſitiones, & habitudines. Cum igi-
tur homo ſit liberi arbitrij, mouet eum deus ſalua li
bertate arbitrij ſui. Vt vero bene moueatur, vltra ea
quæ habet homo communia cum omni creatura in-
ſenſibili, & etiam animali, dedit ei inclinationem ad
optima per ſynteriſim, quæ ſemper manet in homi-
nibus, etiam in damnatis. Infundit etiam deus cum
gratia ſua habitus quoſdam, quos etiam homo per
actus bonos frequentatos acquirit, per quos reddi-
tur prompte mobilis ſecundum imperium rationis,
vt peruenire poſſit ad perfectionem naturæ humanę
in quãtum eſt homo. Infundit præterea deus dona
ſpiritus ſancti, per quæ redditur prompte mobilis à
deo, vt peruenire poſſit ad ęternam beatitudinem, in
Roman. 8 quantum eſt filius dei, & hæres per adoptionem. Sed
Geneſi. 3 quia per lapſum primi hominis, & per peccata ho-
minum ſingulorum, habebat homo habitus contra-
rios, mouebatur in perditionem humanæ naturæ nõ
manendo nec in ratione, nec in deo per cognitionem
& amorem, nec in vita ęterna, ſed in morte perpetua.
Roman. 8 Miſſus eſt igitur filius dei naturalis, vt adoptiuum
redimeret, & reduceret ad mobilitatem ſalutarem.
Iam requirebatur magna ars & prudentia, eligendi
tempus aptum ad hoc perficiendum. Omnia quip-
Eccle. 3 pe tempus habent. Tempus ædificandi, & tempus
non ædificandi, & alia multa quæ numerat Eccleſia-
ſtes. Et vt ex proprijs illuminemur, dico: Tempus lo
quendi priori, & tempus non loquendi. Tempus
conuocandi conuentum ad proponendum aliqua, &
tempus minime hoc faciendi, & cęter. Elegit ergo de
us tale tempus, in quo erat humanum genus magis
mobile ad recipiendum talem oblatam ſalutem, &
in quo plus dilataretur talis receptio, vt amplius fru
ctificaret, quàm alio tempore facere potuiſſet. Hoc
Galat. 4 poſſumus cognoſcere ex ſimilitudine quam apoſto-

ſus Paulus ponit, dicens: Quanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo, cum ſit dominus omnium, ſed ſub tutoribus & actoribus eſt, vſq; ad præfinitum tempus à patre, &cæt. & infert, At vbi venit plenitudo temporis, miſit deus filium ſuum. Manifeſtum eſt quod pater non diffinit tempus, niſi ſecundum quod cõditio filij requirit. Si enim fuerit filius minus prudens, vel malitioſus, pater differt libertatem. Si vero prudens, ſapiens & virtuoſus filius fuerit, pater accelerat libertatem & regimen. Eſt enim patri gloria filius ſapiens & iuuenis. Et hoc appellat Apoſtolus diffinitum tempus in ſimilitudine. Conſideremus nunc plenitudinem temporis, iuxta quod Apoſtolus infert in veritate, quando ſcilicet congruentiſſime filius dei mitti debebat. Non in principio mundi: quia erat numerus paruus hominum. Et mutabilitas humani generis nõ ſinit diu manere in vno ſtatu, præcipue in arduis, quæ excedunt capacitatem ſuam, qualis eſt ſalus per incarnatiõem verbi, & qualia ſunt ſacramenta eius, & fides horum omnium. Tepuiſſet quoque feruor fidei in principio creſcentis humani generis: imò fides extincta fuiſſet (ſtante libero arbitrio) prolixitate temporis. Miſſus eſt filius in medtullio temporis humanæ vitæ, & tamen dicit apud Lucam: Verumtamen filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra? Quid ergo factum fuiſſet ſi ante tot milia annorum in principio veniſſet? Non in fine: Quia (vt dicit Auguſtinus in libro de quæſtionibus noui & veteris teſtamenti) venit quãdo & ſubuenire ſciuit, & gratum eſſe futurum beneficium. Cum enim languore quodam humani generis aboleſcere cœpiſſet cognitio dei inter homines, & mores immutarentur, eligere dignatus eſt ABRAHAM, in quo forma eſſet renouatæ notitiæ dei & morum & cum adhuc reuerentia ſenior eſſet, poſtea per MOSEN

Prouer. 10

Lucæ 18

Gen. 12. 15

legem literis dedit. Et qa eã Gentes ſpeuerunt, non ſe ſubijcientes ei, neq; ij quæ acceperunt ſeruauerunt, motus miſericordia deus, miſit filium ſuum, qui data omnibus remiſſione peccatorum, deo patri illos iuſtificatos offerret. Hæc Auguſtinus. Et infert ex his ſanctus doctor Thomas: Si aũt hoc remediũ differret vſq; in finẽ mundi, totaliter dei notitia, & reuerẽtia, & moꝝ honeſtas abolita fuiſſet ĩ terris. Et Chryſoſtom⁹: Duo, inquit, ſunt Chriſti aduentus. Primus quidem vt remittat peccata. Secundus, vt iudicet mundum. Si primus non fuiſſet, vniuerſi ſimul perditi eſſent. Vnde patet quod non debuit aduentum miſericordiæ differre vſq; in finem mundi. Quod autem conueniens tempus erat veniendi in medio temporum, & præcipue tempore Auguſti Octauiani, anno imperij eiuſdem quadrageſimo ſecundo, ſic patet Primo de Iudæis, qui non erant capaces ſacramenti incarnationis dei, vſq; ad tranſmigrationem in Babyloniam: quia in notitia vnius dei, poſt & inter tanta manifeſtiſſima dei beneficia permanere non poterant (vt notum eſt omnibus ſcripturas veteres noſcẽtibus) ſed idololatræ facti ſunt. Ergo minus recepiſſent & tenuiſſent fidem verbi incarnati, & ſacramenta eius. Poſt tranſmigrationem vero Babylonis non ſunt quidẽ facti idololatræ, niſi pauci: ſed paulatim iterum creſcentes in cognitiõe & cultu vnius dei peregerunt tempora multa, donec tempora diuinitus præſtitura, & per prophetas prænuntiata implerent. In quibus temporibus diſponebantur & aptabantur Iſraelitæ & populi dei (de quibus ſecundum carnem naſci dignabatur) ad recipiendum Meſſiam .i. Chriſtum, mundi ſaluatorem. Et hoc quod omnibus gentibus datum fuit in ſignum quo agnoſcerent quod deus aptum tempus præſciuerat, ſcilicet prophetia certi temporis aduentus eius, factum eſt ipſis Iſraelitis in adminiculum receptionis eius. Ex hoc enim ſe

Auguſt. Thomas. Chryſoſt.

ſiciti erant de aduentu eius. Hinc accidit quod inter rogabant maiores Iohannem, an ipſe eſſet Chriſtus. Iohann.1
Etiam turbæ cogitabant, neforte ipſe eſſet Chriſtus. Lucæ 3
& Symeon ad preces ſuas reſponſum acceperat, nō viſurum ſe mortem, niſi prius videret Chriſtum domini. Congruitas vero aduentus Chriſti quo ad Gentiles, ſic patet: Gentes enim ex quo reliquerant legem naturæ, demptis paucis, nec receperant legem ſcriptam, minime recepiſſent legem & fidem Chriſti. Expectandũ ergo erat, donec aſſueti ad idololatriā, nullum deum deſpicerent, & tunc etiam deum cœli, & Ieſum filium eius tanquam nouum deũ inter oīa Actu. 17
ſua idola reciperent. Vnde dixerunt de Paulo Athenienſes philoſophi: Nouorum dęmoniorum videtur annũtiator eſſe. Volebant tamen diſcere eius doctrinam. Fuit itaq; recepta fides Chriſti, & doctrina eius. Cuius veritate & pulchritudine, omnium falſorum deorum vanitas & turpitudo detecta fuit. Per hoc Iſaiæ 2
(vt Iſaias prædixerat) cœperunt omnia in mundo idola deleri à terra. Chriſtus vero ſolus regnare, ſecundum quod dicit in Pſalmo: Specie tua & pulchri Pſalm. 44
tudine tua, intende proſpere, procede, & regna. Cognita igitur veritate fidei de Chriſto filio dei, miſſo ad humanum genus reſtituendum. tanta deteſtatio idolorum, & tantus feruor fidei Chriſtianæ excreuit in cordibus fidelium, vt pro hac veritate ſeruāda, innumera tormentorum horribilium genera nō formidarent, ſed ea, & mortem pleno affectu deuotiſſime reciperent. Probant hoc innumerabilia martyrum milia. Eodem feruore fideles munera obtulerunt pro eccleſijs conſtruendis, & dei cultoribus nutriendis, vt cultus celebrior deo inſtitueretur, multiplicaretur, continuaretur. Hoc prænunciauerat Iſaias, ſicut iſto tempore continue recenſemus. Hoc dici Iſaiæ. 60
tur in Pſalmo: Reges Tharſis & inſulæ munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducent. Hoc im Pſalm. 71

pletum esse probant verba thematis nostri: Obtule-runt ei, id est, Christo filio misso in plenitudine tem-poris, munera. Prædicta omnia, non in vno vel bre-ui loco, nec paucis, nec post multa tempora, sed ab In-dia vsque in Hispaniam, & ab Austro, ab Aethiopia, vs-que ad Oceanum in innumerabilibus populis, etiã Apostolorum temporibus acta sunt. Vnde ait domi-nus: Sunt de hic stantibus qui non gustabunt mortẽ donec videant filium hominis in regno suo. Pręfato igitur tempore voluit deus mittere filium suum ad opus redemptionis humanæ: quia præuiderat homĩ-nes tunc futuros magis mobiles & aptiores ad reci-piendum oblatam salutem, & in maiori numero & fructu. Digne igitur appellatur plenitudo temporis.

¶Religiosi quomodo Christo sua munera offerentes imitentur Magos. Exhortatio XI.

OBtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. Matthæi secundo. Vt gratiã obtineamus, matrem pueri Iesu deuo-tissime salutemus, dicentes: Aue Maria. Obtulerunt ei munera, &cæ. vbi supra. Charissimi fratres, ex historia præsen-tis festiuitatis habemus clare, quod prophetia Dauid regia, & Isaiæ nobilis inchoabatur impleri, quando tres viri Gentiles, signo stellæ admirati, & gratia di-uina illustrati & vocati, Christum Iesum omnium sal-uatorem quæsierunt, & eidem munera obtulerunt, quam postmodum abundantissime Imperatores, Re-ges & Reginæ, nobiles & ignobiles, & penè omne vulgus, templa & monasteria ædificantes, redditus & necessaria pro cultu diuino procurantes, adimple-uerunt. Scriptum est enim in libro Psalmorum: Re-
Psalm. 71 ges Tharsis & Insulæ munera offerent. Et in Isa-
Isaiæ. 60

ſa dicitur: Argentum eorum, & aurum eorum cum eis nomini domini dei tui,& ſancto I S R A E L, quia glorificauit te,& cætera. Et noſipſi qui hic moramur, prophetias impleuimus, nos & noſtra offerentes. Argentum, & aurum, &omnem ſubſtantiam, & quantum concupiſcere potuiſſemus vel adipiſci, domino I E S V libere dedimus & reliqu:m9 Grata ſunt deo noſtra oblata munera, propter bonã Pſalm. 15. &promptam ac deuotam voluntatem, al:as vere bo 1.Paral.29 norum noſtrorum non eget, quandoquidem de manu ipſius accepimus, quæ ſibi obtulimus. Ergo bona ac deuota voluntas cauſa eſt, quód munera noſtra deo grata exiſtunt. Abſit à nobis mala voluntas, qua vellemus ſemel deo, ſiue per nos, ſiue per alios conſecrata, iterum ad nos rapere, & in eis ius aliquod prætendere. Certe humani generis, &ſpecialiter religioſorum hoſtis diabolus, ad tam grande rapinæ crimen, ſolet eorum ſolicitare animos. Sed quia magna confuſio eſt manifeſte rapere, vel furari, cum ad apertum crimen religioſi animum nequiuerit inducere, callidus inſidiator prætextu licẽtiæ, & ſub colore neceſſitatis in veſtibus & vtenſilibus, aut ſub ſpecie profectus ſpiritualis in libris in imaginibus ac deuotionalibus, occultiſſime eidem virus infundit proprietatis. Cuius veriſſimum ſignum eſt triſtitia, quando tale aliquid vel aufertur per ſuperiorem, vel accommodato accipitur per fratrem conuentualem. Tunc animus in ſuo prætenſo iure ſe ſentit grauari, ideo triſtatur. Quapropter chariſſimi fratres, moneo vos (vt oblatio veſtra integra maneat apud deum) nolite his rebus (quibus vtimini de licentia pro neceſſitate, vel alias) per amorem ſociari & colligari. Amor enim ſibi amatum vendicat. Qui ergo amat aliquam rem non reliquit eam. Vinculum hoc non ſoluetur ſine triſtitia. Quantum animus gaudet

de præsentia rei amatę, tantum tristatur de absentia eius. Igitur tristitia manifestat amorem, & rem amatam nondum derelictam. Religiosus mundo & rebus eius mortuus, non debet amare nisi solum Iesum. Ille est amatus eius: imo dixerim amor eius, desideriū eius, gaudium eius, requies eius, & finis eius. Talis de nulla re amissa dolet, nisi de solo Iesu, si eū senserit absentem per qualemcunq; offensam. Talis aduertens se spoliatum quacumq; re, propter obedientiam vel fraternam charitatem, &c. quæ omnia facta sunt propter Iesum, gaudio gaudet in Iesu, quia vel tantum passus est propter Iesum. Non contristemur fratres, sed gaudeamus gaudio magno valde, quia stella fulgente, id est, gratia diuina coruscante, omnem exteriorem substantiam domino Iesu irreuocabiliter obtulimus. Fecerunt ante nos hoc ipsum Apostoli Christi, & innumerabilis sanctorū turba post eos.
Actu. 4 In tuto posuimus omnia oblata & derelicta pro Christo. Interim nutrit nos sicut filios in mensa sua, & à curis temporalium absoluit nos, spiritualibus bonis ditat & oblectat nos, & ad æternam felicitatem ducit nos. Quia vero monemur ex euangelio (exemplo Magorum) regem nostrum diligenter requirere, & inuento munera offerre (vane enim colimus sanctos, & gesta præterita in solennitatibus recensemus, si q̄ credimus pie ac religiose acta, non studeamus imitari) cum corporalia munera non habemus quæ proferamus, Christo domino regi nostro chariora & acceptiora munera offeramus. Pro auro, cognitionem: Pro thure, orationem: Pro myrrha, vitiorum extirpationem, passionum religationem, & bonorum morum compositionem. Gratissima res est deo cognitio animam illustrans. Quia enim multa sunt nobis scitu necessaria, malui pro munere offerendo accipere generalissimum nomen illuminationis, scilicet, cognitionem, q̄ aliquod nomen speciale. Homines sumus.

Homo vero eſt animal rationale. Idcirco non debemus moueri vel regi ab imaginatione vel phantaſia, vel inclinatione ſenſuali vel paſſione, vt iumēta terræ: ſed à ratione vt animalia ad imaginē dei creata. Ratio inquirit veritatem, & eſt in ſyllogiſmo præmiſſorum. Intellectus vero eſt concluſionum & principiorum, & ſpeculatur tam diuina quàm etiam humana. Sapientia intendit rebus diuinis contemplandis & fruendis. Delectatur enim in contemplata veritate diuinorum. Scientia intendit rebus humanis conſiderandis. Prudentia intendit rebus agendis: & hæc applicat ſcientiam ad opus. Ars intendit rebus faciendis. In om̄ibus & de omnibus præmiſſis eſt nobis neceſſaria cognitio, Cui ſcilicet cognitioni ſtudere debemus, vt placeamus regi noſtro Chriſto. Diligentia igitur adhibenda eſt lectioni, pro loco & tempore, & materia, prout ſtatui & conditioni noſtræ cō gruit. Vltra ea quæ tenemur cognoſcere cum cæteris Chriſtianis, eorum quę quotidie tractamus, ſcʒ ſacræ ſcripturæ veteris & nouæ legis, officiȷ̈ miſſæ, vitiorum atq; virtutum, nec non noſtrorum ſtatutoꝝ eſt nobis neceſſarius intellectus & cognitio. Tenemur enim viuere ſecundum vota & promiſſa deo facta coram ſanctis eius, & multis teſtibus. Idcirco neceſſaria eſt nobis cognitio modi viuendi ſecundum ea, qui modus in ſtatutis exprimitur. Nec valet, nec verum eſt quod Hæretici garriunt, dicentes ſtatuta, vel regulę religioſorum ſunt traditiones hominum, quæ non ſaluant, ſed euangelium ſolum ſaluat. Loquendo proprie, traditiones hominum ſunt, quæ ordinatæ ſunt ab hominibus contra mandata dei, vt patet apud Matthæum euangeliſtam. Tales non ſaluant, ſed perdunt. Quæ autem ordinata ſunt pro maiore obſeruantia mandatorum dei, ſunt principaliter à deo ſpiritu ſancto, ſicut & ipſa mandata, miniſterialiter vero ab hominibus. Talia ſunt illa, de qui-

Traditiones hoim̄ quæ ſint. Matth.15

bus dicitur: Super cathedrā Mosi sederunt scribæ &
Matt. 23 pharisæi. Oia ergo quæcunq; dixerint vobis seruate
Matth. 18 & facite. Itē illud Matt. Si ecclesiam non audierit, sit
tibi sicut ethnicus & publicanus. Amen dico vobis
quæcunq; alligaueritis super terram, erunt ligata &
in cœlo, & quæcunq; solueritis super terram, erunt
soluta & in cœlo. Et talia multa, de quibus potius volumen scribendum foret, quàm sermo. Et talia saluant seruata, & non seruata perdunt & damnant. Simile est de regulis & statutis sanctorum patrum quo ad illos qui propria sponte subdiderunt se illis. Sūt enim instituta pro maiore custodia mandatorum dei, quod fieri sine spiritu sancto est impossibile, à q̄ simpliciter est salus animarum, & omne bonum. Et sine impletione horum, euangelium nos non saluat, nisi dicat (quod verum est) obseruantiam taliū implicite & in generali contineri in euangelio, iuxta præscripta,
Lucæ 10 & illud Lucæ: Qui vos audit me audit, & qui vos
Saluari p spernit me spernit. Qui ergo impleuerit mandata su-
Euangeli- periorum, vel regulæ, vel statutorum, dicitur saluari
um. per euangelium: quia euangelium in generali hoc docuit. Cognitio igitur horum est necessaria. Nonnulli vero (quod deflendum est) auertunt se à studio necessariorum, & ad curiosa se conuertunt & nociua quorum præsumptio inexcusabilis est. Legunt scripta Gentilium, & Poetarum, & hæreticorum, vt poetice & ornate loqui discant, & ignorantes verum discernere à falso, vtile ab inutili, cum volunt docti vi-
2. Petri. 3 deri, fiunt (iuxta sententiam beati Petri Apo.) indocti & instabiles. Indocti circa credēda, & instabiles in vita & moribus, & arrepto proposito viuendi religiose. Secundo offerre regi nostro Christo debemus orationem pro thure, quod satis cōgruit, iuxta illud:
Psal. 140 Dirigatur oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo, quod in huius figuram in veteri lege incensum dicebatur offerri domino in odorem suauitatis. Et est

res gratissima deo. Quia per orationem homo deo reuerentiam exhibet, in quantum scilicet se ei subijcit, & profitetur orando se eo indigere, sicut authore suorum bonorum. Est autem duplex oratio, singularis & communis. Singularis est q̃ offertur à singulari persona, siue pro se, siue pro alijs orante. De huiusmodi orationis necessitate non est quod sit vocalis, nisi fieri debeat vocaliter ex debito, sicut soluunt horæ canonicę, & iniunctę pœnitentiæ. Alias si mẽs orantis sufficienter ad deuotionem est parata, consultius agitur, quod voces intermittantur. Tunc orat mens, vt dicit Apostolus. Et cor, vt dicit Psalmista: Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea. Vox vero tali orationi singulari adiungitur, vt mẽs orantis non sufficienter parata ad deuotionem excitetur. Augustinus inquit: Verbis & alijs signis ad augendum desiderium sanctum nosipsos acrius excitamus. Quod si mẽs per talia impediatur, est à talibus cessandum. Communis oratio est, quæ per ministros ecclesiæ in persona totius fidelis populi deo offertur, & hanc oportet esse vocalem. Vnde institutum est, vt ministri ecclesiæ huiusmodi orationes etiam alta voce pronuntient. De hac oratione & modo pronuntiandi, siue cantandi habetur in Statutis nostris, ad quæ vos fratres remitto, vt secundum ibidem ordinata vnusquisque se ordinet, quia obligamini (vnusquisque pro modulo suo) talem orationem cantando persoluere. Nec putemus nos grauari per orationes istas, sed à deo honorari. De quo Chrysostomus dicit: Considera quanta est tibi concessa felicitas, quanta gloria attributa, orationibus fabulari cum deo, cum CHRISTO miscere colloquia, optare quæ velis, quod desideras postulare Tertio offerre debemus, p̄ myrrha, extirpationẽ vitiorum secũdum monita Apo. Mortificate fornicationẽ,

Oratio duplex.

1.Cor.14

Psalm.26

August.

Coloss.3

immunditiam, &c. Passionum religationem, iuxta il-
Psalm. 4 lud: Irascimini & nolite peccare, quia nisi refrenetur iustitiam dei non operatur ipsa ira. Bonorum morū
Iacob. 1 compositiōem, iuxta illud: Modestia vestra nota sit
Philip. 4 omnibus hominibus. Quæ tria indigent amara myrrha mortificationis regi nostro domino Iesu Christo gratissima.

¶ Cuiusmodi sit fides purificans cor, & hæreticus an fidei donum habeat. Exhort. XII.

FIde purificans corda eorum. Actuum 15. Hanc purificationem dixit beatus Petrus Apostolus factam Gentilibus per fidem, vt patet ex textu præallegato. Hac fide credimus fuisse purgata corda trium primorum ex Gentibus Christi adoratorum: Hocq; docet longissimi itineris suscepta perigrinatio, audax de noui regis ortu (præsente rege terræ) interrogatio, & diligens ac intrepida eiusdem indagatio. Gratia diuina per fidem purgauit intellectum eorum ab errore, affectum ab illicito amore, vt agnoscerent quæ in Christo est veritatem, & eiusdem diligerent bonitatem, nec ab inquisitione eius deficerēt propter Herodis regis crudelitatem. Hæc innuit bea-
Chrysost. tus Iohannes Chrysostomus super Matthęum, dicēs Dum considerabant Magi regem futurum, nō timebant regem præsentem. Adhuc non viderant Christum, & iam parati erant mori pro Christo. Hac vero constantia Magorum Christum annuntiātium, præfigurabatur constantia gentium Christum vsque ad mortem confitentium. Magi enim isti fuerūt primitiæ gentium in Christum credentium, in quibus apparuit sicut in quodam præsagio fides & deuotio gētium venientium à remotis ad Christum. Quia ergo gentes initium fidei deuotionis, constantiæ atq; salu

tis sumpserunt in tribus Magis, idcirco ecclesiæ gen-tium vocationis suæ initium cum maxima veneratione in p̄senti solennitate celebrant. Et quoniam historia plana & aperta est, placet considerare q̄modo fides purgat cor. In qua cōsideratione optet primo videre quid est fides. Fides inquit Apostolus, est substantia sperandarum rerum, argumentū nō apparentiū. Substantia solet dici prima inchoatio cuiuslibet rei, & maxime quando tota res sequens cōtinetur virtute in primo principio. Et per hūc modū, dicitur fides esse substātia rerum sperandarum, quia sc. prima inchoatio rerum sperandarum in nobis est per assensum fidei, quę virtute cōtinet omnes res sperandas. Si enim nō crederemus futurā esse beatitudinē, & ea quæ ad illā requirūtur, nunq̄ ea speraremus, nec amaremus, nec ad eam bene operando tenderemus. Est itaq; fides substātia vel fundamentū oīm virtutū, sine qua nihil subsistit in spirituali esse, & causat spem. Vnde dicit substantia sperandarum rerum. Per hoc vero excluduntur aliæ res, quæ non debent sperari, vt sunt res mundanæ & temporales. Solæ enim res in quibus consistit æterna beatitudo, vel quæ ducunt ad eam, debent sperari, quarum substantia vel fundamentum est fides. Dicitur etiam fides argumentum non apparentium, id est, probatio quod res speratæ licet clare non appareant, existunt tamen in veritate. Vnde argumentum capitur hic pro effectu argumenti. Conclusio enim in omni scientia per propositiones probatur vera, & hoc dicitur argumentum. Sic fides est argumentum fortissimum in negotio æternæ salutis. Quando enim quæritur, cur bona operaris, id est, peccata omittis? Respondet vere fidelis, quia credo quod per bona opera perueniam ad æternam beatitudinem, quam esse credo & credo quod mala opera demergunt hominem in æterno igne atque tormentis, quæ etiam esse credo.

Heb. 11. Fidei definitio.

Fundamē virtutum omnium fides.

T

Ecce fides tamquam fortissimum & irrefragabile argumentum : omnia probat credentibus. Per argumentum intellectus inducitur ad inhærendum alicui vero. Vnde ipsa firma adhæsio intellectus ad veritatem fidei non apparentem, vocatur hic argumentum. Alia tamen litera habet conuictio : quia scilicet per authoritatem diuinam intellectus credentis conuincitur ad assentiendum his quæ non videt. Hæc diffinitio fidei per Apostolum descripta, est perfecta, quia fidem plene ab omnibus virtutibus intellectualibus distinguit. Per hoc enim quod dicitur argumentum, distinguitur fides ab opinione, suspitione, & dubitatione, per quæ non est prima adhæsio intellectus firma ad aliquid. Per hoc quod dicitur non apparentium, distinguitur fides à scientia & intellectu, & à sapientia, per quæ aliquid fit apparens. Per hoc q̄d dicitur substātia sperandarū rerū, distinguitur virtus fidei à fide communiter sumpta, quæ nō ordinatur ad beatitudinē speratam. Omnes autē aliæ diffinitiones fidei, explanatiōes sunt huius quā Apostolus ponit. Scriptura q̄ppe sancta nō vtitur distinctionib9, nec diffinitionibus, nec terminis p̄prijs sicut philosophi, & nostri doctores, quæ multū conferūt ad facilius quęq; intelligēda. Quia obscuritas scripturę exercet ingeniū fideliū, & auget meritū fidei, & ab Ethnicis & irrisoribus, atq; indignis sacramenta diuina abscondit, ne vilipēdātur. Ex p̄dictis habet certitudo fidei, quæ tāta est q̄ cogit intellectū assentire his quæ non videt: imo q̄ facultatem suā atq; naturā excedūt. Certior est fides prudētia & arte: quia illa sunt circa contingentia, fides vero est circa æterna, quæ non contingūt aliter se habere, sicut contingentia. Est etiam fides certior sapientia, & scientia, & intellectu: q̄a istæ innitūt rationi humanæ, fides vō innitit primę infallibili veritati, quę est diuina. Vnde dicit diuin9 Dionysius 7. ca. de diui. noībus: Fides est

Dionysi.

circa simplicem &semp existentem veritatem. Fides etiam certior est tribus pfatis, sc3 sapientia, scientia & intellectu, quando accipiũtur vt dona spiritussancti: quia tunc piupponunt fidem vt principium cui cooperantur. Tamen quo ad nos, & secundum quid pdicta tria sunt certiora fidei virtute, ex pte subiecti, qd est intellectus humanus, qui plenius consequit ea quę subsunt rationi humanæ q̃ reuelationi diuinæ alijs factæ. Est ergo fides certa, quia credita sunt æterna, q̃ aliter se habere non possunt, quia sunt diuina, vel ad illa conducũt, & infallibilis veritas illa reuelauit Apostolis & Prophetis. Sed hic oritur grauis quęstio Quis enim certificabit nos vt credamus Apostolis & pphetis talẽ factam certitudinẽ, nec etiã nos vidimꝰ miracula quibus deus testimoniũ dedit reuelatiõibꝰ suis, & quibus cõuincitur animus ad pbẽdũ assensum eo q deus falsus testis esse nõ potest? Huic quæstioni erit sic respõdẽdũ: Ad assensum hois in ea quæ sunt fidei, potest cõsiderari duplex causa. Vna qdẽ exteriꝰ inducẽs, sicut miraculũ visum, vel psuasio hois inducẽtis ad fidẽ, q̃rũ neutra est sufficiens causa. Videntium em̃ vnũ & idem miraculũ, & audientiũ eandẽ pdicationẽ, quidam credunt & quidã nõ credunt. Et ideo oportet ponere aliam causam interiorẽ quæ mouet hominem interius ad assentiendum his quę sunt fidei. Cum enim homo assentiendo his quæ sunt fidei, eleuetur supra naturam suam, oportet quod hoc insit ei ex supernaturali principio interius mouente, quod est deus. Et ideo fides, quantum ad assentiendum (qui est principalis actus fidei) est a deo, interius mouente per gratiam. Et istud testatur Apostolus dicens: Gratia estis saluati per fidem & hoc nõ ex vobis. Dei em̃ donũ est nõ ex operibus, vt ne qs glorietur Nisi em̃ intus deus operetur, inuanũ foris laborãt verba doctoris secundũ Grego. Sic Thessalo, verba doctoris receperunt, vt dei intus loquentis. Vnde ait

Quæstio. Eph.2. Gregori.

1. Thess. 2 Apostolus. Cum accepissetis à nobis verbum auditꝰ dei, accepistis illud non verbum hominum, sed sicut est vere verbũ dei. Tanta eñ deuotiõe receperunt verbũ, vt ꝓbarẽt se intellexisse dei esse doctrinã. Hũc interiorem motũ potest deus facere, etiã sine exteriori ministerio docentis, sicut patuit in egregia martyre & virgine Barbara, nostra matre & patrona. Item in sancto Theophilo, q accepto interiore dei verbo; cũ à iudice interrogaretur, vbi & qñ factus esset Christianus, respõdit: Ea hora qua Christũ confessus credidi, sensi me Christianũ effectũ. Hoc donũ ꝑseuerat in homine, etiã si amittat charitatem & gratiã gratũ faciẽtẽ. Et tũc vocat̃ fides informis, sicut & cęterę virtutes informes sunt sine charitate. Vnũqdq; eñ per suã formã operat̃, fides vero operat̃ ꝑ charitatẽ (vt Gala. 5. ait Apost.) ergo charitas est forma fidei, pulchritudo & vita eius oĩmq; ꝟtutũ. Hoc vero donũ fidei nõ manet in hęretico, qȝ formalis rõ fidei nõ manet in eo & ideo desinit in eo fides. Formalis vero ratio fidei, est veritas prima, secũdũ ꝙ manifestat̃ in scripturis sacris, & doctrina ecclesię q̃ sc; doctrina procedit ex veritate prima. Vñ qcũq; nõ inhęret, sicut infallibili & diuinę regulę, doctrinæ ecclesię, q̃ procedit ex veritate prima in scripturis sacris manifestata, ille nõ habet habitũ fidei, sed ea q̃ sunt fidei alio modo tenet, q̃ ꝑ fidẽ. Sicut si aliqs teneat mente aliquã cõclusiõem, nõ cognoscens mediũ illiꝰ demonstratiõis, manifestũ est ꝙ nõ habet eiꝰ sciẽtiã, sed opinionẽ solũ. Manifestũ est aũt, ꝙ ille q inhæret doctrinæ ecclesiæ tãq̃ infallibili regulæ, oĩbus assentit q̃ ecclesia docet: alioquin si de ĳs q̃ ecclesia docet, q̃ vult tenet, & quæ nõ vult, nõ tenet nõ iã inhęret ecclesię doctrinę sicut infallibili regulæ sed propriæ voluntati. Et sic manifestũ est, quod hæreticus est q ꝑtinaciter discredit vnũ articulũ fidei & nõ est paratꝰ seq in oĩbus doctrinã ecclesię. Si eñ nõ ꝑtinacit̃ discredit iã nõ est hæreticus sed solũ errans.

Vnde manifestũ est, quod talis hæreticus circa vnũ articulũ, fidem non habet de aliis articulis, sed opiniõem quãdã secũdũ propriam volũtatem. Hæreticus ergo non habet fidem, sed est infidelis. Ex dictis manifeste patet, quod nõ licet fidelibus secũdũ eorum voluntates scripturas exponere, sed debent se seruare intra regulas doctrinæ ecclesiæ, & sanctorum atque catholicorum patrũ quorum doctrinas mater ecclesia recepit, nec valet quod peruersi obiiciunt: Fuerũt homines sicut nos. Quia etsi fuerunt homines, tamẽ meliores vobis, vtputa spiritũ dei habentes ad exponendũ a deo datas scripturas. Maxima superbia est extollere se vltra tales patres, vel se eis cõparare. Ideo iuste a deo tales superbi relinquũtur errantes, & in errorem mittẽtes, vt ait Apostolus. Ecclesia vero dei viui est colũna, & firmamentum veritatis, vt idem ait. Contra cuius sententiam non licet sentire, nec prophetiam, nec reuelationes recipere. Qui non est (inquit Paulus) dissentionis deus, sed pacis. Propter hæresim quam (iuxta sententiam Pauli) oportet esse, (sicut iuxta sententiam domini, necesse est vt scãdala fiant) multi CHRISTIANITATIS nomen habẽt sed Christianitatis non habent fidẽ, vt inquit GREGORIVS, quia multi perditissime viuunt, & merentur quod donũ fidei eis subtrahitur. Et nũc manifestissimum est videre, quàm innumerabiles homines a fide defecerunt. Idcirco necessarium est valde rogare deum in hoc tempore tentationis perfidiæ, ne a fide deficiamus, sed magis in nobis fides firmetur & augeatur per maiorem certitudinem in intellectu, & maiorem promptitudinem seu deuotionem, vel cõfidentiam in voluntate. Sic enim potest fides augeri sed non ex parte obiecti fidei, quæ est prima veritas, quia fides est vna in omnibus, sicut vnum baptisma. Hæc fides est primum principium purificationis cordis, qua purificatur impuritas erroris: etiam si

2.Tim.3. 1.Tim.3. 1.Cor.14 1.Cor.11. Matth.18 Lucæ 17. Gregorius. Eph.4.

fuerit informis, quæ secum compatitur impuritatem affectionis, sed quãdo per charitatem formatur, tũc nullam impuritatem secum compatitur deum exclu
Prouer. 10 dentem: quia (vt dicitur in Prouerbijs) vniuersa deli cta operit charitas. Hanc fidem formatam concedat nobis meritis sanctorum regum Magorũ Iesus Christus dominus noster, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat vnus incommutabilis deus, per omnia secula seculorum: Amen.

DE CHRISTI PASSIONE & resurrectione.

Titulus quartus.

¶ Gaudium Mariæ de consummata passione resurrectioneque Iesu, sui & ecclesiæ filij. Exhortatio I.

SVfficit mihi si filius meus viuit, vadam vt videbo eum. Genesi. 45. Dilectissimi fratres (sicut nostis) verba hęc sunt ipsius patriarchę Iacob lætantis super filium suum viuentem & regnantem in magna gloria quem tamẽ quasi mortuũ ante lugebat. Transsumptiue tamen hic allegantur, vt ipsius sint verba matris ecclesiæ, cuius nobilissimum membrum pijssima dei genitrix existit, quæ suum vnigenitum filium dominum nostrum Iesum Christũ in passione sua amarissime defleuerat, tam in carne quàm in spiritu: & ecclesia dei, tanquam suum filium in spiritu, & hodierna solennitate rediuiuũ gaudebat. Quòd vero Chri-
Matt. 12 stus dominus filius est ecclesiæ, ipse testatur dicens:

Quicunque fecerit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse mea mater est. Ecclesia autem sancta generaliter, & membra eius viua singulariter voluntatem patris faciunt. Ergo (secundum Ambrosium) & si secundum carnē vna est mater Christi, omnium tñ fructus est Christus. Et manifestum est quod filiusfamilias à familia domus eorꝫ filius appellatur, dicunt enim, filius noster venit, filius noster facit hoc vel illud: Iuxta Apostolum autem Christus dicitur esse tā quam filius in domo sua, quæ domus sumus nos. Talem se dominus maiestatis sub nominibus charitatis atq; dulcedinis nobis seruis suis præbet prę dulcedine affectionis & pietatis suæ. Igitur sicut diebus præcedentibus passionem & mortem Christi deplorauit mater ecclesia, & præcipue dei genetrix: ita nunc de resurrectiōis eius gloria peramplius gaudet & magis quàm si hunc suum filium nunquam amisisset. Ait enim beatus Augustinus: quod necesse est, quod animus de re perdita & reinuenta plus gaudeat, quàm de re ipsa semper possessa, & nunquam amissa. Amor enim vis est vnitiua, faciens de amante & amato vnum, cui vnioni delectatio comes iungitur. Si vero amatum tollitur, talem separationem tristitia comitatur. Et rursum. Refricatus animus si amatum amissum inuenerit, nedum de amato habito gaudet sicut prius, sed insuper de expulsione tristitiæ (quam conceperat de amissione amati) lætatur: & super hæc etiam de nouo modo habendi amatum, scilicet per inuentionem perditi, ardentius exultat: Ad propositum. O quantum gaudebat mater ecclesia, & præcipue mater domini de aduentu domini saluatoris in carnem. Quod vtique innumeris sacræ scripturæ testimonijs posset probari. Ipse siquidem est expectatio gentium, & desideratus earum. Gaudium vniuersæ terræ, lumen ad reuelationem gentium, & gloria plebis Israel,

Matth.12
Ambrosi.
Hebræ.3
August.
Amor qd.
Genesi. 49
Hage. 2
Lucæ. 2

cui Israeli dicitur: Exulta satis filia Sion, iubila filia
Zachar.9 Hierusalem, Ecce rex tuus, id est Christus venit tibi,
Baruch. 4 &caet. Et rursum: Hierusalem surge & sta in excelso,
& vide iucunditatem quae veniet tibi à deo tuo. Et
mater dñi singulariter ait: Magnificat anima mea
Lucae 1 dominum. Et exultauit spiritus meus in deo salutari
meo. O quàm suaui odore bonae opinionis resperse-
rat omnem terram, quando ipse filius dei & Mariae,
Genesi.25 idem & ecclesiae, iuxta vaticinium Isaac, odorem de-
derat suauitatis sicut ager plenus, cui benedixit do-
minus. O quàm bonus odor, verbũ caro factũ est, &
Iohann.1 habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam
Ibidem. quasi vnigeniti à patre. Plenum gratiae & veritatis.
Isaiae 53 Ecce agnus dei, qui tollit peccata mundi, agnus im-
maculatus & incontaminatus, qui peccatũ non fecit,
Apocal.1 nec dolus inuentus est in ore eius, qui dilexit nos, et
lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Qui ait
Lucae 7 peccatori: Dimittuntur tibi peccata tua. Vade iã am
plius noli peccare, vade in pace, nec austeritate satis
Iohann.8 factionis vsus est. Qui annũtiauit regnum coelorum
qui sanauit omnes languores, qui mortuos suscitauit
& ex innumeris alijs factus est totus desiderabilis.
Ecce gaudium de bono adepto, nondum amisso. Sed
ecce hic tantus & talis, vnica spes nostra, inuidis, o-
diosis & impijs, petra scandali factus est, qui dixerũt.
Sapi.2. Circumueniamus Iesum, quia inutilis est nobis, &
contrarius operibus nostris, improperat nobis pecca
ta legis, filium dei se nominat, & gloriatur se deũ ha-
bere patrem, grauis est nobis ad videndum, tẽtemus
quae ventura sunt illi, contumelia & tormento inter
Matth.26 rogemus eum, & probemus patientiam illius, & mor
Lucae 22 te turpissima condemnemus eum, factum est: Tristis
facta est anima eius vsq; ad mortem, emisitq; prę an
xietate sudorem sicut guttas sanguinis decurrentis
in terram. Traditus, captus, ligatus, illusus, flagella-
tus, crucifixus, mortuus est & sepultus, Ecce dolor

de amisso bono. Sed hodie triũphator resurrexit, integer, gloriosus, imortalis, impassibilis, in melius cõmutatus, victor mortis, destructor inferni, & perpetuus saluator. Ecce gaudium nouum de bono reinuento. Habet igitur eundem dominum Iesum mater ecclesia quem primo habuit. Insuper à tristitia absoluta est, & nunc demum habet ipsum à nouo etiam immortalem. Funiculus triplex difficile rumpitur: & gaudium Eccles. 4 hóc nemo tollet à nobis vsq; in finem. Igitur quid Iohan.16 putamus fratres mei gaudij habuerit mater Iesu mœstissima, dum eum prima rediuiuum sola vidit, & familiarissime alloquebatur, cũ & de ecclesiæ filijs, imò principibus scriptum sit: Gauisi sunt discipuli, viso domino? Merito dicere valebat omnis qui amabat, Iohan.20 & dominum resurrexisse audiebat: Sufficit mihi si filius Geneſi.45 meus viuit, vadam & videbo eum, ne dum viuẽtem vt prius sed etiam gloriosum potẽtissime regnãtem, Matth.28 cui data est omnis potestas in cœlo & in terra. 1.Petr.2 Et nos dilectissimi, vt paticipes esse valeamus tanti gaudij, & gustare suauitatem præsentis solennitatis & domino Iesu glorioso glorificatori nostro veraciter congaudere, & tandem exemplo suo, & merito cum glorificato copore à mortalitate & passibilitate cæterisq; malis exonerato, æternaliter cum ipso prę dulcissimo domino nostro Iesu Christo victuri & regnaturi (vt dixi) valeamus resurgere, studeamus ipsi condolere, quia scriptum est: Si compatimur, & conglorificemur. Roman.8 Manifestum est autem quod condolere non possumus veraciter & ex animo, nisi ipsum congnouerimus & dilexerimus, & imitati fuerimus. Secundũ enim mensuram horum trium erit & compassionis modus. Et in his consistit voluntas dei patris, quam adimplentes titulo maternitatis Christi nobilissimo insigniemur, cui singuli quasi vnico filio compatiemur, & faciemus planctum quasi super vnigenitum, Ierem.6 Ex quo quasi in prælo] exprimetur vinum

iucunditatis &iubilationis. Quo sobrie hausto, acuetur ingeniũ (vt ait Philosophus) & illico illucescet nobis dies nouæ lucis, dies quam fecit dominus Iesus claritate resurrectionis suæ. Dies in qua exultabimus & lætabimur, expectãtes beatã spẽ & aduentũ gloriæ magni dei Iesu, q reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratũ corpori claritatis suæ. Igitur vt tanta gaudia & bona cõsequamur citius, dilectissimi scrutemur studiosissime quis sit dominus Iesus, omnibus aliis superfluis, curiosis ac inutilibus occupationibus abiectis, redimentes tempus. Contrahamus cum ipso veram amicitiam & familiaritatem, quod facillime fiet, non ẽm subtrahit se, nisi à ficto, sed delitias suas, & amicitias voluit esse cum filiis hominum. Pronior est enim ad dandum, quàm nos ad recipiendum. Et hoc verum est, si fuerimus bonæ voluntatis, & eum imitari voluerimus. Idcirco propter eũ occidamus in nobis peccata, religemus nostras passiones, moriamur concupiscentiis & desideriis carnalibus & secularibus, sobrie vtamur creaturis pro necessitate nostra. In laudem dei, & in omnĩ suo beneplacito iugiter nos exerceamus, auertentes ab oĩ q̃d ppendere poterimus sibi displicere: & illuminabimur & gustabimus donum cœleste, id est, patrẽ & bonum dei verbũ, id est filium, virtutesq; venturi seculi, id est, spiritũ sanctum, in qbus beatitudo consistit, dicente domino Iesu ad patrem: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solũ deum verũ, id est patrem & filium & spiritum sanctum: quia dictio solum vel solus addita vni personæ respectu termini essentialis in diuinis, nõ excludit alias personas, sed potius includit. Trinitas enim est vnus deus. Et subdit: Et quem misisti Iesum Christum, hoc non est de eius humanitate intelligendum essentialiter, sed tantummodo ex consequenti: quia ipsa est instrumentum introducẽs nos ad beatitudinem principalem.

Psalm. 77
Tit. 2.
Prou. 8.
Hebr. 6.
Iohann. 17

¶ Passio Christi ac resurrectio quomodo beatissimam Mariam atque filios ecclesiæ lætificauerunt, signaque spiritualis resurrectionis. Exhort. II

SVrrexit dominus vere. Lucæ vigesimoquarto. Dies afflictionis & tristitiæ domini nostri Iesu Christi, atque piissimæ matris suæ Mariæ, nec nõ & omnium eum diligentium transierunt, in quibus & nos pro modulo nostro condoluimus, & afflicti fuimus. Modo illuxit dies gaudij & gloriæ domini, & oim suorum, in quo & nos quoque partem habere habemus vt sicut fuimus socij mœroris, ita & nunc simus socij iubilationis. Ecce hodie veraciter dici potest trãsumptiue illud 2 libri Macchabæorum. Tempus affuit, quod sol refulsit, qui prius erat sub nubilo. Ipse enim sol iustitiæ Christus, qui in passione fuit sub triplici nubilo, scilicet mortalitatis, quoad corpus, passibilitatis, quoad animam, & multiplicis pœnalitatis, quoad vtrumque. Hodie de isto triplici nubilo exiuit, et in mundo refulsit. Nam corpus eius induit immortalitatem, anima impassibilitatem, & vtrumque omnimodam gloriam & felicitatem. Vnde Leo papa ait: Post passionem Christi, ruptis mortis vinculis, infirmitas in virtutem, mortalitas in immortalitatem, & contumelia transiuit in gloriã. Et cum mœstissima mater Iesu Maria tota lachrymis infusa, atque mœrore confecta circa horam resurrectionis dominicæ anxie anhelaret videre rediuiuum filium dei, & eũdem suum filium, quem ab hora passionis suæ vsque in illam horam deplorauerat, subito (vt pie creditur) venit in eam inconsueta lætitia, & indicibilis dulcedo ac consolatio, ita vt nequiret amplius dolere. Vnde intra se cœpit dicere: Vnde hoc mihi? Nonne mortuus est filius meus? Est ne forte

2. Corin. 8
2. Macch. 1
Leo papa

resuscitatus? Dic mihi ô fili dulcissime, es ne tu ille q venis ad me? Quæ verba cum diceret, ecce apparuit dominus Iesus totus gloriosus, associatus omnibus sanctis patribus quos extraxerat de limbo. Qui dulciter salutans beatissimam virginem matrem suam, eam amplexatus est, & mater osculata est dulcissimũ

Sedulius. filium suum. Tũc dixit illi saluator noster, teste egregio doctore & poeta Sedulio: Salue sancta parẽs, enixa puerpera regem, qui cœlum terramq; regit, & cæ. Quam salutationẽ ecclesia dei in officio gloriosę virginis assumpsit. Poterat etiam saluator dicere suę matri: Resurrexi, & adhuc tecũ sum. De hac apparitiõe

Bernard. dicit Bernardus doctor mellifluus. Nulla (scilicet fœmina) fuit fruitionis gratia dignior, nulla expectationis desiderio feruentior, nulla deprecandi instantia vehementior, nulla apparẽti intimior, nulla in toto orbe sibi charior, nulla in discurrendo cõuenientior, non tamen angelorum testimonium quærebat, nec iuit ad videndum. Non autem se potuisset continere quin ad sepulchrum curreret, audita eius resurrectione, nisi omnia sciret. Hæc ille. Beata igitur virgo

Psalm. 93 super omnes de filij sui passione afflicta, primo quoq; ab ipso filio consolata, poterat ei dicere illud psalmistæ: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animã meam. Omnes etiam alij alumni Christi consolati

Iohan. 20 sunt, vt notatur ex illo verbo: Gauisi sunt discipuli,

Psalm. 117 viso domino. Et nos charissimi, exultemus & lætemur in hac die, quam fecit dominus, cum domino Iesu & pijssima matre eius, & cæteris sanctis, quia surrexit dominus vere, quam veritatem ipse dominus manifestauit testimonio & argumento: & vtraq; manifestatio in suo genere erat sufficiens. Est autem vsus duplici testimonio, scilicet testimonio angelorũ, & testimonio scripturarum quas ipse proposuit ad ostensionem suæ resurrectionis. Et sua assertio fuit

confirmata miraculis. Hęc etiam fuerunt sufficientissima ad ostendendam veram resurrectionem, & etiã gloriosam. Argumenta autem, fuerunt multiplices manifestationes, quas euangelistę describunt. Et nos vt gaudium resurrectionis Christi sentire valeamus debemus satagere vt testimonia & argumenta habeamus sufficientia, ad ostendendam veram spiritualẽ resurrectionem. Propterea enim venimus ad religionem. Primum testimonium Christi fuit ipsius angeli & nostrum testimonium erit infallibilis nuncij, scilicet conscientiæ non neglectæ, sed bene ornatæ & exercitatæ, & excultæ in præsentia rationis & synteresis. Ratio dictat & indicat bonum faciendum, & malum dimittendum, vnde formatur conscientia, & synteresis (quæ est scintilla conscientiæ) stimulat voluntatem, vt meliora, vel quod indicatum est, exequatur. Secundum testimonium, erit testimonium sacræ scripturæ, & assertio Christi. Ipse enim ait: *Si vis ad vitam, id est, resurrectionem, ingredi, serua mandata.* Qui viuit secundum legem dei in virtutibus theologicis, & secundum dictamen rectæ rationis in virtutibus moralibus, hic vere resurrexit & viuit, & probatus est, quia à deo commendatus. Argumenta vel signa resurrectionis veræ in Christo fuerunt diuersæ apparitiones. Experiebantur enim & videbant diuersæ personæ veraciter dominum resurrexisse. *Sic spiritualiter resurrectionem videre merentur, qui hoc in se inueniunt quod illæ personę figurabant.* Prima vidit mater Christi. Dicit ipse dominus: Quicunque fecerit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse mater mea est. Qui ergo sentit in se zelum diuini amoris & iustitiæ ad explendum diuinam voluntatẽ, nedum in se, sed etiam in proximis, vt Christus formetur in eis, & hoc exemplo exequitur & verbo, hic duplici honore dignus est, & videt Christum cũ gloria in iubilo. Vidit Maria Magdalenæ, id est, vere

Matth.28
Marci 16
Lucæ 24
Ioh.20.21

Conscientia Synteresis.
Matth.19

Matth.12

1. Timo.5
Iohan. 20

pœnitens, Vidit Simon, id est, obediens, & idem Petrus, id est veraciter se agnoscens. Viderunt tres sanctæ mulieres, i. intelligentia, voluntas vel affectio, & memoria, quando sc; quis dignissime Christũ agnoscit, & ipsi intime afficitur & diligit, & iugiter eius recordatur. Vidit Iacobus. i. supplantator vitiorũ. Vi-
1. Cor. 15 dit Paulus abortiuus, id est, vere humilis. Vidit Tho-
Iohan. 20 mas, id est, diuisus à seculo & dño consecratus sicut adeps, id est, religiosus: Vidit Ioseph ab Arimathia, id est, accrescens in virtutibus, & sine opprobrio, id est, vir bonæ famæ. Viderunt discipuli. i. qui didicerunt à magistro Christo mititatem, humilitatem & charitatem. In hoc inquit, cognoscent omnes ꝙ
Iohan. 13 mei estis discipuli. Viderunt timidi. i. timorati. Viderunt clausi. i. solitarij. Viderunt discipuli in monte in Galilæa. i. vere contemplatiui & Carthusienses, qui commorant in monte contemplationis in Galilæa. Insuper Christus qui vere resurrexit, ostendit cicatrices. Sic qui vere resurrexit, ostendit cicatrices patientiæ, castigationis, pœnitentiæ, mortificationis in corpore suo, sicut Paulus stigmata Iesu portabat, &
Galat. 6 Lucas iugiter in suo copore crucis mortificationem ꝓ nomine Iesu portauit. Comedit piscẽ assum Chris-
Lucæ 24 stus & fauum mellis. Sic qui vere resurrexit comedit, id est, cum desiderio sancto sumit corpus & sanguinem Christi, cui incorporatur & delitiose gustat quàm suauis est memoria passionis suæ humanitatis & fruitio suæ diuinitatis. Ostendit Christus manus
Psalm. 33 & pedes, & latus, sic qui spiritualiter resurrexit, o-
Iohan. 20 stendit bonas affectiones proximis cum exhibitione operum, in lata charitate. Præbuit se palpabilem. Sic qui spiritualiter resurrexit, permittit quod vulnera sua, id est, defectus sui tangantur & arguantur recipit correptiones & informationes. Sed quidam habent morbum qui dicitur apud Physicos: Noli me tangere. Hi non sustinent quòd per reprehensiones

tingantur, sed murmurant & indignantur, & clamant. Hoc est valde malum signum resurrectionis ad nouam vitam. Et si omnes decet recipere fraternas & charitatiuas monitiones, tamen maxime decet nouiter conuersos ad religionem audire magistros & seniores. Quod vero Christus dixit Magdalenæ: Noli me tangere, præter mysterium, signat etiam quod quandoque aliqui non sunt corripiendi, maxime prælati, nisi seruatis debitis circunstantijs. Dominus Iesus pacem fratribus suis totus ipse pacificus nunciauit, dicens: Pax vobis. Sic qui spiritualiter vere resurrexit, cum suis fratribus in verbis, in factis, in conuersatione pacifice conuersatur, omni studio cauet ne quem offendat. Sed vere plene hoc facere non potest, nisi qui in seipso pacificus est. O qualis est pacificus in seipso, qui iam obtinuit victoriam vitiorum, emendationem morum, religationem omnium passionum, ne limites rectę rationis excedāt? Fratres quid putatis sentit, qua pace fruitur, circa illecebras carnis, qui iam carnis victoriam obtinuit? Videt mulieres, tāgit, conuersatur, loquitur, nil inhonestum tamen sibi in mente occurrit. Sic tractat omnia quæ ad illam tentationem spectant, quasi nō tractaret. Sic fit etiam circa cibum & potum, ex desiderio non comedit, sed ex imperio rationis, & attingit medium virtutis, comedit & reficitur, nec laborat, medium virtutis non est punctus. Circa hoc quidam nostrates & indiscrete abstinentes, nec medium virtutis obtinent, laborant & deficiunt, neç pacem habent. Est vero maximum gaudium hæc pax, & præcipue pax dei, quæ exuperat omnem sensum. Et tales norunt pacifice cum fratribus suis conuersari. De hac statui singulariter loqui, sed iam non possum, forte in alia collatione faciam. Christus ascendit in cœlum. Et qui spiritualiter surrexerunt, quæ sursum sunt quærunt & sapiunt,

Iohan.20
Ibidem.
Philip. 4
Coloss.3

non quæ super terram. Dicit doctor sanctus vbi su pra, quod licet singula argumētorum non sufficerent ad manifestandum Christi resurrectionem, tamen oīa simul accepta, perfecte Christi resurrectionem mani festant, maxime propter scripturæ testimonium, & angelorum dicta, & etiam ipsius Christi assertionem Sic etiam licet singulæ virtutes prænominatę nō suf ficiunt ad demonstrationem veræ spiritualis resurre ctionis, tamen omnes simul sufficiunt, maxime testi monium conscientiæ non erroneæ, & testimonium
1.Cor.10 scripturarum, & Christi: quia non qui seipsum com mendat ille probatus est, sed quem deus com mendat.

¶Haleluia quid significet, & quo pa cto cum iubilo sit canendum.

Exhortatio III.

HAleluia. In hac iucundissima solennita te, quæ ob sui reuerentiam secundum sanctorum patrum sententiam, inter cæteras obtinet principatū, sancta ma ter ecclesia frequentat & multiplicat Haleluia. Quapropter dignum duxi ali quid vel modicum insinuare charitati vestræ, quid si bi velit Haleluia, ne illud pretiosissimum vtiliter no minetis, & inutiliter sine degustatione spirituali de cantetis, quasi irrationales aues ad loquendum & cā tandum doctæ: Iuxta venerabilem Nicolaum de Ly ra, super psalmum 104. Halleluia primo inter cæte ros psalmos intitulatum, sunt duæ dictiones hebrai cæ Halelu Ia. Et est Halelu idem quod laudate, Ia de um. Idem dixit mihi dominus Victor hebræus. Cæ terum ecclesia dei vtitur Haleluia pro vnica dictione vt denotet potius quàm significet affectum gaudii

ſpiritualis in laude dei, & ſit vox exultationis & læti
tiæ in tabernaculis iuſtorum, quæ delata eſt nobis de Pſalm. 117
frequentia curiæ regni cœlorum. Huic concordat cõ
ſuetudo ordinis Carthuſienſis, quia Halleluia non vt
hebræũ, id eſt, Halelu triſyllabũ, & Ia monaſyllabum,
ſed velut latinam & vnicam dictionẽ ꝓferimus; in li
bro Apocalypſis ſic: Et iterum dixerunt Halleluia. In Apoca. 19
nuit igitur nobis Halleluia, affectum dulcedinis, iubi
lationis & gaudij ſpiritualis ineffabilis & immenſi in
laude domini. Quod fit quando intellectus ſeu vi
ſio & voluntas ſeu affectio occurrunt ſimul in cãdore
& puritate ſuperlaudabili & ſupamabili deo. Qñ eius Pſalm. 84
ꝓſentia illumiminat intellectũ vt videat, & inflãmat
affectum vt ſentiat, & memoriam aperit vt audiat qd
loquatur dominus, tunc ſequitur Halleluia. Merito
talis iubilatio ſolẽnitati debetur paſchali, in qua luce
mirabili ꝑfundimur, agnoſcentes qd gaudij & gloriæ
dño & ſaluatori noſtro, amatori noſtro, glorificatori
noſtro, patri noſtro ſupdulciſſimo, dño Ieſu Chriſto
& ſuæ pijſſimę matri, ſanctis in cœlis, in limbo, in ter Auguſt.
ris, totiq; humano generi præſtitum eſt, vt digniſ
ſime iubilare debeamus. De hac die ait Auguſtinus:
Paſcha Chriſti, ſalus eſt mundi, regnum cœlorum
gloria ſupernorũ, vita credẽtiũ, reſurrectio mortuorũ Pſalm. 117
occaſus inferni, contritio mortis,. Hæc eſt dilectiſſi
mi dies quam fecit dominus, dies excelſior cunctis
& dulcior vniuerſis, in qua dominus ſurrexit à mor
tuis, in qua ſingulorum ſcilicet diſcipulorum men
tes gaudio & exultatione perfudit. Congruit igitur
cõgratulari CHRISTO IESV, & pijſſimę
matri eius & noſtræ omnibusque ſanctis, quemad
modum condoluimus præcedentibus diebus, & con
triſtati fuimus. Hoc enim & natura docet, quia dũ
caput habet aliquod magnum gaudium, puta dum
coronatur in regnum, tunc congaudent omnia mẽ 1. Cori. 12.
bra. Quapropter APOSTOLVS dicit:

Si patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra, si gloriatur vnum membrum, congaudent omnia mēbra. Vos autē estis corpus Christi, & mē- bra de mēbro. Sicut ergo fuimus socij passionis, sic simus & socij resurrectionis, præ iubilatione mentis cantantes Halleluia. Itaque fratres charissimi & de-
Philip.4 siderantissimi gaudium meum, & corona mea in do- mino, vbicunque sonare audieritis Halleluia, statim cor vestrum cum iubilo eleuetur in deum, secundum subiectam naturam, id est, secundum beneficium q̊d narratur, scilicet post beneficium missæ dicatur: Ite missa est Halleluia, deo gratias, Halleluia, id est, cum
Ioha.20. iubilatione. Stetit Iesus in medio discipulorum suo rum, etiam vt credimus, in medio nostrū Halleluia. Similiter per anni circulum fiat, vt quantum possu mus Halleluia cum iubilo exprimamus. Vbi vero be neficiū nullum speciale recolitur, iubilandum est de præsentia dei, quæ nunq̃ nos relinquit, q̃ mundo cor di suauissima est. Cætera per vosipsos inquirite & co gitate. Occasionem dare volui pro modulo nostræ exhortationis debitæ. Dixi supra q̊d vox hæc Hal- leluia delata est nobis de frequentia curiæ regni cœ- lorum. Qui ergo Halleluia cum iubilatione cantare desiderat, diligenter inquirat qua occasione vel inci tatione hęc vox formata fuerit. Primo formata fuit
Gene.11. ꝑpter casum Babyloniæ, & mūdū designat, ꝑpter vo- cū cōfusionē, q̄bus diuersis vitijs, peccatis & sceleri- bus cōtra deū clamat. Oportet ergo, vt qui Halleluia cū iubilo frequentare desiderat, mūdus totꝰ in eo ca- dat. Quia mentis iubilatio, & mūdi delectatio legem contriā habent. Ideo vna posita, alia amouet. Vnde
Iaco.4. ait apostolus Iacobus: Nescitis, q̄a amicitia huius mū di inimica est deo? Quicunq; ergo voluerit esse ami-
1.Ioh.2. cus seculi huius, inimicus dei constituetur. Et aposto lus Iohānes cōsulit dicēs: Nolite diligere mūdū neq; ea q̃ in mūdo sunt, q̃niā si q̄s diligit mundū, non est

charitas patris in eo. Ergo talis non potest iubilare deo, dicẽdo Halleluia. Sed vos charissimi, corporalit & exterius mundũ reliquistis, & vobiscũ cantauimus Halleluia: tamen hoc non sufficit ad perfectã iubilatioẽm, qa vt in Apocolypsi dicitur: Et iterum dixerũt Halleluia, eo ꝙ deus iudicauit de meretrice magna q̃ corrupit terram, & quia vindicauit deus sanguinem seruorum suorum. Oportet ergo quod omnes nequitias mũdi iudicetis cũ deo, & occidatis, luxuriã, mollitiem, comessationes, ebrietates, superbiam, inanem gloriam, inobedientiam, impatientiam, iram, odium inuidentiam, animositates, & si quæ sunt huiusmodi secularia peccata secundũ prudentiã seculi & carnis, ne sitis de numero eorum qui cũ fugissent in eremũ, seminauerunt agros & plantauerunt vineas, & fecerunt fructum natiuitatis: hoc est, cum fugissent de seculo in eremum, de eremo rursus fecerunt seculũ. Contra quos dicitur in Numeris; Si nolueritis habitatores terræ interficere qui remanserint, erũt vobis quasi claui in oculis, scilicet ad excæcandum intelligentiam, & quasi lanceæ in lateribus ad mortificandum conscientiam. Sic fit prohdolor in pluribus religiosis, qui colunt in terra promissionis, & in domo dei idola, id est, peccata carnis & seculi. Propterea manent excæcati & peruersi, eijciendi finaliter de terra optima, quã dedit eis deus patrum ipsoꝶ. Asserit se Iohannes apostolus audisse Halleluia post vocem aquarum multarum. Qui ergo vere iubilare voluerit Halleluia, abluat peccata sua inundatiõe lachrymaꝶ & pœnitentiæ. Et iterum postquam ceciderunt seniores viginti quatuor ante animalia quatuor & adorassent dominum, audiuit Iohannes Halleluia. Volens ergo perfecte iubilare deo Halleluia, humiliet se deo, latria colat, suppliciter oret & expostulet, & dabitur ei ab eo qui dat omnibus affluenter & non improperat. Sed quid dabitur ei qui

Apoca. 19

Psal. 106.

Num. 33

Apoc. 19.

Iere. 9.

Iac. 1.

ſtat in oratione quaſi irrideret deum, ridendo, fabulã do, circũſpiciendo, ſe volũtarie diſtrahendo, alios irritãdo, & ad leuitatem prouocando, vel ſaltem non laborando, ſed dormitando, cum dominus dicat:
Ierem. 48 Maledictus qui facit opus domini negligenter? Et
Bernard. Bernardus: Omnia quæ ibi ſcilicet in diuinis dicuntur, vſq; ad vnam literam te noueris pro certo debitorem, vel dicẽdi in tuo choro, vel audiendi in alio.
Tobiæ 13 In Tobia legitur, quod ex lapide candido & mũdo omnes plateæ Hieruſalem ſternentur, & per omnes vicos eius cantabit halleluia. Hoc impletur in viris perfectis, qui habent intelligentiam candidam, & affectionem mundam: & ideo per omnes vires animæ iubilant halleluia in via, & æternaliter in patria. Ad hanc puritatem ex voto tendere tenemur: Nemo negligat. Omẽs chariſſimi nitamur ſimul, vt hic guſta
Pſalm. 33 re valeamus quàm ſuauis, & imperpetuum, quàm fe
1. Petri. 2 lix eſt dominus, quatenus cum omnibus perfectis & beatis decantare mereamur: Halleluia.

¶ Tres Mariæ, vnguentaque quibus dominum vnxerunt, quid nos doceant. Exhortatio IIII.

MAria Magdalenæ, & Maria Iacobi, & Salomæ, emerunt aromata, vt venientes, vngerẽt Ieſum. Marci vltimo. Manifeſtum eſt quod factum iſtarum fœminarum oſtendit magnum affectum earum ad dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum. Abſorptę enim amore ipſius iam mortui & ſepulti, non timebant corpus mortuum, nec tenebras noctis, nec armatos milites hoſtes Chriſti, & ipſum amantium, nec cogitauerunt de ingenti ſaxo aduoluto ad oſtium, ſed conſtanter venerunt valde mane

vt vngerent Iesum. Quod factum merito nos moue re debet, & affectum amoris in nobis inflammare ad amoris obsequia impendendum domino Iesu, nō iā mortuo & sepulto, sed melioris conditionis existenti, viuenti, & regnanti in cœlis. Vnde venerabilis Beda ait: Sicut quod valde mane mulieres venerunt ad monumentum, iuxta historiam magnus feruor charitatis ostenditur: Ita iuxta intellectum mysticum nobis datur exemplum, vt illuminata facie, discussisq; vitiorum tenebris, odorem bonorum operum domino, & orationum suauitatem studeamus offerre. Sciendum autem quod tres sunt status saluandorum, per istas Marias designati, scilicet, pœnitentium, proficientium, & pefectorum, secundum quorum statuū diuersitatem, diuersa obsequia charitatis Christo Iesu impenduntur. Maria Magdalena significat statum pœnitentium, quia Maria vna interpretatione dicitur quasi amarum mare. Horum, scilicet pœnitentium aromata quibus cōdire debent Iesum, sunt dolor cordis, pudor confessionis, & labor satisfactionis. De primo dicitur in Psalmo: Sacrificium deo spiritus contribulatus. Hoc vngentum est deo gratissimum, & magis quām sacrificium, vt patet ibidem. Debet autem hoc vnguentum colligi in horto cognitionis propriæ vilitatis. Nam dicit Ambrosius: Tanto quis amplius dolet, quāto se magis cognoscit. Et debet cōfici cum myrrha & aloe, vt fecit Nicodemus. Sunt autem istæ herbæ amaræ, & designāt quod cōtritio debet esse cum amara displicentia peccatorum quatenus purgare & conseruare possit hominem à corruptione omnis peccati. Secundum vnguentum pœnitentium est oris confessio. Hoc autem vnguentum confici debet de nardo collecto ex horto humilitatis. Est autem nardus herba parua, & valde odorifera: sic & humilis confessio & sui ipsius vilificatio valde placet deo, de quo Gregorius. Quanto quis

Beda.

Saluandorum statu

Psalm. 50

Ambrosi.

Gregorius

ſibi vilior, tãto deo charior. Hoc vnguentũ ſanat vulnera animæ. Iſidorus: Confeſſio ſanat, confeſſio iuſtificat, confeſſio veniam impetrat. Tertium vnguentum debet eſſe ſatisfactio operis, & debet confici de thure, quod eſt aroma redolens. Sic ſatisfactio valde redolet coram deo. Ideo ſcribitur in Luca: Facite fructus dignos pœnitentię. Ratio, quia dicit Gregorius Qui propria mala committit, neceſſe eſt vt per propriam pœnam diluat. Thus hoc colligi debet in horto propriæ voluntatis. Sicut enim peccauimus volũtarie, ſic & pœnitere & libenter ſatisfacere debemus. Iuxta illud: Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immundiciæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Maria Iacobi ſignificat proficiẽtes, eo quod Iacobus interpretatur ſupplantator. Sic & proficientes debent ſupplantare peccata, & luctari contra illa. Et proficiens anima, merito dicitur Maria, quia Maria ſyriace dicitur domina. Neceſſe eſt enim proficientibus dominari paſſionibus ſuis, & luctari contra tentationes & diabolum, iuxta illud Iacobi: Reſiſtite diabolo, & fugiet à vobis.

Iſidorus. Lucæ 3 Roman. 6 Maria Iacobi. Iacobi 4

¶Sciendum ꝙ proficientes debent' habere triplex vnguentum, quod debet confici ex amariſſimis herbis collectis ex horto proximi, conſiderando videlicet omnes defectus & miſerias eius. Primo debẽt habere vnguentum cordis, id eſt, compaſſionem, ſicut docet Apoſtolus: Flere cum flentibus. Et iterum: Alter alterius onera portate. Itemque: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Et ſanctus Iob ait: Flebam ſuper eo qui afflictus erat, & anima mea compatiebatur pauperi. Secundo debent habere vnguentũ oris, proximum conſolando, inſtruendo, corrigendo, & exhortando ad ædificationem, ſicut ſcribit ſanctus Iacobus. Qui conuerti fecerit peccatorem ab

Roma. 12 Galatas 6 2. Cor. 11 Iob 30 Iacobi 5

errore viæ suæ, animam eius saluabit à morte. *Si* viderint fratrem errantem, corrigere eum debent. Iuxta illud: Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum &cæter. id est, te sciente. Quod si ignarus fuerit, instruere debent eum. Quod docet Apostolus ad Galathas: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Tertio debent habere vnguentum operis, scilicet, misericordiam in effectu. Vnde sanctus Iohannes ait: Non diligamus verbo & lingua, sed opere & veritate. Et hæc omnia aromata debent emi nummo charitatis, iuxta illud: Omnia vestra in charitate fiant. ☞ Maria Salome significat perfectos vel contemplatiuos. Nam Salome interpretatur pacifica. Sic perfecti & contemplatiui, & CARTHVSIENSES intra se pacifici (subactis vitijs) à tumultu seculi separati, solis cœlestibus intenti sunt. Et merito signantur per Mariam, quæ alia interpretatione dicitur illuminata, vel illuminatrix, quia ipsi à deo illuminati, etiam cæteros illustrant. Hi vnguenta conficere debent de balsamo, id est, de omnibus beneficijs à deo collatis quia balsamum est gutta nobilissima. Sic sunt beneficia dei, præcipue quæ crescunt in horto saluatoris nostri Iesu, & inde conficere debent triplex vnguentum, scilicet cordis, oris & operis. Primum vnguentum cordis, est deuotio, quod valde placet deo. Vnde dicit CASSIANVS: Melius est deuotum in minoribus, quàm sine deuotione in maioribus operibus inueniri. Deuotio autem est voluntas quędam prompte tradendi se ad ea quę pertinẽt ad dei famulatum. Deuotionis vero signa, vt sunt gestus, vel fructus, vt est dulcedo, non multum opus magnificant. Secundum est vnguentum oris. Et est gratiarum actio pro omnibus beneficijs

[Margin notes: Matth. 18; Galat. 6; 1. Iohan. 3; 1. Cor. 16; Maria Salome.; Cassianus; Deuotio quid.]

Psalm.102 diuinis. Psal. Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius, imo nedum pro prosperis, sed etiã pro aduersis gratias agere debẽt

Chrysost. proficiẽtes. Chrysostomus in tractatu de symbolis. Admoneo vos ait, vt in omnibus benedicatis dominum. Si venerint mala benedicatis dominum vt

Cassiodo. dissoluantur, si bona, vt perseuerẽt. Dicit etiam Cassiodorus super psal. Meliora meretur suscipere, qui collata bona ingratitudine probatur non amittere. Tertium vnguentum est omnium horum perseuerãtia, vt in ijs exercitijs bonis homo non frangatur tædio, nec statuat sibi terminum, sed semper tendat in melius, quia in spirituali profectu non est status. Nã

August. vt dicit Augustinus: Vbi dixisti sufficit, ibi defecisti. In oblatione quoque hostiæ pacificæ agni offerri debuit cauda tota, ad designandum quod deum pacificat opus bonum & est meritorium. cũ perseuerãtia

Chrysost. vt inquit Chrysostomus: Tolle perseuerantiam, &

Gregori. nullum obsequium habet mercedem. De quo ait Gregorius: Incassum bonum agitur, si ante terminum vitæ deseratur. Hoc vltimum vnguentum conuenit & necessarium est omnibus existentibus in aliquo prædictorum statuum. Et quicunque est in vno statu, nõ omnino alienus est ab alio, quãq̃ principaliter circa exercitia vnius status studium eius versetur, imo semper habet aliquid de alijs. Quam diu eñ in via sumus, non debemus statũ pœnitentium postponere, quia de cõmissis malis semper pœnitere oportet. Insuper etiã semper peccatores manemus. Quis eñ

Iob. mundũ gloriabitur se habere cor? Quia vero inter hoïes conuersamur, semper erit q̃d ipsi ã nobis portẽt & q̃d nos portemus ab ipsis, qa defectuosi sumus omnes. Oportet etiam vt in virtutibus semper proficiamus, quod spectat ad statũ secundũ. Inhærere vero deo per dilectionis affectum, & iugiter vacare eius cõtẽplatiõi, sũme necessariũ est (q̃tũ humana ista

tẽporalis vita admittit) quia est finis omnium quæ agimus. &participatio beatitudinis in hac vita, in futura vero vita res nostra est.

¶ De cicatricibus Iesu, ex quibus velut libro intus & foris scripto, amorẽ eius ad nos legere debemus. Exhortatio. V.

VIdete manus meas, & pedes meos, qa ego ipse sum. Lucæ 24. Ob recordationẽ immẽsi gaudiĩ, q̃d virginea mater dei Maria habuit, quãdo vnicũ supcharissimũ filiũ Iesum, crudelissime, &in sua ꝑsentia occisum, tumulatũ, ab oĩbus desperatũ, ã se sola vero firme fide expectatũ, rediuiuũ inspexit, alloquebat̃, cõtrectabat, &ꝓ impetratiõe gaudij huiuscemõi &gratiæ, deuotissime eã salutemus. dicẽtes: Aue Maria. Videte manus meas, &c. vbi supra. Charissimi dies sanctificatus illuxit nobis, in q̃ recordamur mortem absorptã, & vitã nobis restitutã æternã. Hæc est dies quã fecit dñs, surgẽdo ã mortuis vt merito lætari & exultare debeamus in ea, ꝓ magnitudine boni nobis collati. Vt autẽ de tanto bono certificaremur dignatus est dñs cõdescẽdere| nostræ infirmitati, eã dẽ ꝑ multa veræ resurrectiõis & nouæ vitæ signa & indicia erigẽdo&modicã fidẽ humanę tarditatis augmẽtãdo & roborãdo, amoris q̃q; tepiditatẽ accendẽdo& inflãmando. Inter cætera vero inditia illud ꝑcipuũ esse videtur, &omni iugiter deuotiõe amplectẽdũ ꝙ sc; quinq; vulnerum cicatricibus ornatum (cũ quibus in cruce pepẽdit) sese discipulis manifestauit. Per illã enim apparitionẽ nõ solũ fidẽ instruxit, sed etiã amorẽ excellẽtiss. insinuauit, q̃si diceret, ꝙ facto exhibuit: Videte manus meas &pedes & legite in eis Psal. 117.

& discite, atque intelligite quantum dilexerim vos. Sicut sum foris confixus, ita sum vobis intus cõnexus. Credite, & reamate. Hæc est potissima causa quare cicatrices reseruauit. Assignant tamen aliæ causæ. Quarum prima est, vt ostensa vulnerum cicatrice infidelitatis vulnus sanaret. Quas cicatrices & tunc seruauit & in iudicio seruaturus est, primo ad fidem resurrectionis instruendam. Deinde vt patri pro nobis supplicans, quale genus mortis pro homine pertulerit, semper ostendat. Tertio, vt sua morte redemptis quàm misericorditer sint adiuti, propositis eiusdem mortis insinuet inditijs. Et postremo, vt in iudicio quàm iuste damnentur impij denuntiet, ostensa quàm ab illis accepit cicatrice. Non ergo ex impotentia curandi cicatrices seruauit, sed vt perpetuum victoriæ suę circumferat triumphum. Sed (vt dicere cœperã) propterea reseruauit cicatrices, vt eas ostendendo, excellentiam nobis ostenderet suæ eximiæ charitatis, & ad reciprocam induceret dilectionem. Ambrosius: Seruauit cicatrices, vt imprimeret discipulis memoriam passionis suæ non esse intermittendam (cuius signa circumferret in suæ gloriæ maiestate) sed vt in eis legerent & reuoluerent opera redemptiõis humanæ, exẽplar virutis, viã perfectionis. Hunc librum preciosissimo sanguine exaratũ (Iesum dico in manibus & pedibus vulneratum, in latere quoque lanceatũ) prę cũctis fidelibus contulit fratribus Carthusiensibus legendum, intelligendum, deuorandum. Tanta dignatione nos super omnes dignificauit, vt suos nos fore cubicularios discerneret & secretarios, quos suo semper voluit præsentes esse conspectui, quem iugiter cõtemplaremur. Hoc verum est ex parte ministerij nobis commissi, licet ministri sæpe se subtrahant, alijs intenti vilibus. Attendamus charissimi ministerium nostrum, dum merendi tempora subsunt, & hunc librum scriptum intus & foris legamus. Foris in humanita-

Ambrosi.

te eius legamus omnium virtutum perfectionem ad sequendum. Intus in diuinitate eius legamus omnē felicitatem ad quiescendum. Vt autem perfecte legere, & veraciter intelligere hūc librum valeamus, primo eum deuoremus. Toto ore, id est, affectione ex libera voluntate Iesum capiamus, & comedendo hunc librū, erit in ore nostro tāq̄ mel. Iuxta mellifluū Bernardum: Iesus est in ore mel. Amaricabit autē vētrē nostrū. Quia Iesus vulneratus, missus in ventrem memoriæ amaritudinem inducit, tamē saluberrimā. Vnde dicit in Threnis, & cantatur in solennijs eucharistiæ: Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea. Bona medicina animæ est Iesus vulneratus. Amaritudinem in salutem stabilem, dulcedinem in deuotionem laudabilem, sanitatem in illuminationē infallibilem operatur. Sumamus hāc medicinā Iesum, qa nisi sumptus fuerit, amaritudinem & dulcorē operando, ipsum cognoscere non valebimus. Dicitur enī in psalmo: Gustate & videte. Huius figura præcessit, quando (vt narrat historia Regum) IONATHAS fluens mel gustauit, & aperti sunt oculi eius. Ionathas, id est, columbæ donum, hoc est, homo fidelis ex spiritus sancti dono deo deuotus, qui q̄rit agnoscere & contemplari deum suum, fluentem super terrā, .i. humanatum, in terra cum hominibus conuersantem, vt oculi cordis habilitentur, capacesque reddantur illius excellentissimi luminis, primo debet deum & hominem IESVM affectu purificato ab omni peccato, & ab omni inordinato amore creaturarum recipere, atque dulcedinem ipsius experiri, & tunc illuminabitur & agnoscet eum: Beati inquit, mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Diuina enim consolatio (teste BERNARDO) est liquor nobilissimus, non funditur à deo, nisi in vas mundum. In

Apoc.10.
Thre.3.
Psalm.33
1.Reg.14
Baruch.3.
Matth.5.
Bernard.

quo receptus, vngit, mollit, sapit, exuperans om̃em
Philip.4 sensum. Rursus incenditur vt vrat & luceat, vrit vt
omnem rubiginem peccatoꝝ consumat, dissimilitu-
dinem tollat, charitatem incendat & augeat. Lucet,
vt dilectum in quo diligens delectatur ostendat. Diui-
nitas quæ propter dulcedinem in libro Regum per
Cantico. 1 mel fluens, eadem propter misericordiam in Canti-
cis Canticoꝝ per oleum vel vnguentum effusum de-
signatur. Qui ergo gustat Iesum, legat Iesum. Legat
pro vna lectione aliquid in quinq; vulneribus, quæ
ostendit in argumentum nouæ vitæ & veræ resurre-
ctionis, postꝙ resurrexerat à mortuis. In pedibus le-
gat ad imitandum affectiones Christi, quibus nihil
vanum, nihil terrenũ desiderabat, sed humilitate su-
perbiam, paupertate auaritiam calcauit, & calcare
docuit, quarum prima initium, secũda vero omniũ
malorum radix est. Vt autem hæc mala à nobis tolle-
rentur, ipse dignanter in pedibus clauos accepit, & in
ipsis mortuus est, & rediuiuus cicatrices ostendit. In
manibus legat Christi actiones, quibus fortiter salu-
tem nostram operatus est: vna manu apprehendens
obedientiam, altera patientiam: factus obediens vs-
Philip.2 que ad mortem, mortem autem crucis, curãs tali me-
dicamine vulnera impatientiæ & inobedientiæ no-
stræ. Parentes quippe nostri libertatem quam debe-
bant patienter expectare, & mereri, volentes præri-
pere, inobedientes facti sunt. Et facta rapina pomi,
vulnus animæ lethale acceperunt, quo omnes mori-
Psalm.68 mur. Christus vero quod non rapuit exoluit, dum
immunis ab omni vulnere Adæ, manibus cruci di-
gnanter pro pomo affixus est. Harum cicatrices redi-
uiuus ostendit. In vulnere lateris, quo itur ad cor,
& vulnus cordis præsentat, legat charitatem Christi
qua maior inueniri non potest. Ibidem plane intelli-
get, quantum eum dilexit deus, quãtum Iesus homo
vt animam suam daret, iustus pro iniusto. Hac chari

tate dominus Iesus nostrorum operuit multitudinē peccatorum. Huius mortis vulnus rediuiuus ostendit. Huius libri & horum vulnerum lector attendat, vt quod intelligentia didicit, opere impleat: quia sciens voluntatem domini, & non implens, vapulabit multis. Sit ergo affectione humilis & pauper, in actione obediens & patiens. Sit corde Iesum super omīa diligens. Contraria his bonis vitia in se crucifigat & mortificet. Et si signa aut cicatrices huius mortificationis veraciter habuerit, ipse quidem in nouam vitam transiuit, suæ autem resurrectionis inditia aliis ostendit, & in proximo est, quod ad cœlestem gloriā perpetue victurus ascendet. Lucæ 12

¶De gaudio Christi quod habuit in sua resurrectione, de gesticulatione Iudæorum, pariter & metu.

Exhortatio VI.

Concidisti saccum meum, & circundedisti me lætitia. Psalmo 29. Excedit plane charissimi capacitatem nostram agnoscere, quali gaudio repletus fuerit dominus noster Iesus, quando conscisso sacco mortalitatis suæ, lætitia gloriosæ resurrectionis circundatus reuixerat. Enimuero materia maximi gaudij in eo copiosissime extiterat. Iā enim pœnalitas transierat in impassibilitatem, mortalitas in immortalitatem, ponderositas in agilitatē mouendi se subito de loco in locum, grossities in penetrabilitatem eundi per corpora dura, tenebrositas in luminositatem, corpus despectum in corpus glorificatum, anima (quo ad inferiorem portionem eius) exposita & impleta doloribus & tristitijs, in securita-

tem nunq̃ dolendi, & semper gaudendi. Et quis oẽm materiam gaudendi (quæ à domino Iesu in sua resurrectione obuenit) explicet? Consideremus nunc charissimi, quantum poterimus, dño hoc præstante, & gustemus qualiter illa deo gratissima aia, deuotissima illuminatissima, & purissima, sine vlla compunctione & deo personaliter vnita, & vltra oẽm creaturam vnice dilecta, affectuosissime ascenderit fruitiue in deum, gratias pro tantis beneficijs humillime agẽdo & dicendo: Exaltabo te domine qm̃ suscepisti me. O cui
Psalm. 29 hoc sapit, congaudendo dño Iesu, quid sentit? Maria mater Iesu sensit. Viri mortificati & deuoti hoc sentiunt, vnusquisq; pro captu suo. Hoc est enim celebrare resurrectionem domini Iesu, credere in eo factam, & in nobis fiendam, diligere eam, & gaudere de ea. Dixit ergo dominus Iesus rediuiuus: Exaltabo te domine, id est, laudabo te, glorificabo te, quoniam suscepisti me, ex manibus inimicorum & affligentiũ & crucifigentium liberasti me, & in statum gloriosum adduxisti me, nec delectasti inimicos meos sup
Delectatio quid. Gaudium quid. me. Delectatio est nomen commune bestijs & hominibus, sensibus & animabus. Gaudium vero proprie est in appetitu rationali. Vbicumque ergo est gaudium, ibi est delectatio, sed nõ ecõuerso. Delectatio eñ potest esse sine gaudio. Dicit ergo, nec delectasti inimicos meos super me. Quia non sunt permissi inimici domini Iesu delectari super eum, nec in sensibili appetitu, nec in rationali: quia non est gaudiũ impijs. Gau
Isaiæ 48 & 57. dium enim præsupponit pacem: Sed non est pax impijs, dicit dominus. Nisi enim quieuerit appetitus in vero bono coniuncto & scito, non potest esse gaudium, sed est gestus, vel gesticulatio in falso bono coniuncto, vel adepto & cognito. Iudæi vero gaudere visi sunt, cum Iudas Iesum venderet, sicut scriptum
Lucæ 22 est: Gauisi sunt, & pacti sunt pecuniam illi dare, & læ
Matth, 27 tati sunt cum caput ante crucem agitarent, & cæter.

Sed manifestum est, quod de vero malo & falso bono lætati sunt, vt illud proprie de ipsis dici poterat: Lætantur cum male fecerint, & exultãt in rebus pessimis. Ergo non sunt ꝟe delectati super eũ. Et illa falsa delectatio, quàm diu durauit? Certe ad momentũ. Prouer.10
Vnde Iob ait: Gaudium hypocritæ ad instar puncti. Iob. 2
Iudæi & hostes Christi hypocritæ in euangelio nominantur. Et vere hypocritæ erant, sub specie iusti zeli suas impietates celantes, cum essent detractores Christi, deo odibiles, falsi testes, ex odio & inuidia sanguinem innocentem tradentes, & quem hæredem nouerant & dei filium negantes & occidentes, postquam excæcasset eos malitia ipsorum. Gaudium ipsorum hypocritarum super captiuitate & occisione Christi comparatum ad gloriam resurrectionis eius (quæ in perpetuum manebit) est adinstar pũcti hoc est, ad modicum tempus. Quod sicut erat falsum gaudium, ita erat & anxietatibus plenum. Quid putandum est, cogitauerunt cogitationibus timidis impij Iudæi, quando audierunt quod capientes Christum omnes prostrati erant in terram, & Malchus grandi miraculo curatus? Talia enim ab omnibus libenter narrantur. An non timuerũt, quod adhuc de manibus ipsorum se excuteret, sicut alias frequenter fecerat? Semper em̃ præsumit sæua perturbata conscietia. Præsumit em̃ semp maiora aduersa. Hoc ipm etiã aperte in fine Pilato dixerũt: Et erit error posterior peior priore. Quantum etiã timuerunt qñ videbant eum à nullo falso teste posse conuenienter conuinci, ab Herode solum illudi, à Pilato defendi, in tãtum iam in suis friuolis accusationibus spe frustrati vt ad terrendum iudicem, & à iustitia declinandum recurrerent, dicendo: Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris? Gestu ꝟo turpi haud dubiũ furebãt qñ sententiã iniustã à iudice obtinuerãt, & sub cruce dñi Iesu illudebãt. Sed qd ꝑsumebat sęua turbata cõscia

Lucæ 12 · Actu. 2 · Sapien.17 · Matth.27 · Iohan.18. · Marc. 15 · Sapien.17

quando tribus horis solem eclipsari, & horribilem noctem (quod à seculis inauditum erat) induci videbant? Terræmotum fieri, petras scindi, velum rumpi, monumenta aperiri, turbas tundentes pectora dolere, tribunum videntem Iesum valido cum clamo-
Lucæ 23 re morientem, iustum & dei filium confiteri sentirēt, audirent & viderent? Sed his clariora successerunt, quando milites custodes, & mortui de monumentis
Matth. 27 exeuntes, & multis apparentes, & nedum ipso die, sed etiam alijs diuersis diebus, multiplices Christi ap-
Ioh. 20. 21 paritiones: insuper & eius coram multitudine ascensio, spiritussancti missio, apostolorum cum maximis miraculis prædicatio, testimonium præbuerunt q̃d vere ipse dominus Iesus resurrexisset & viueret. Nō sunt ergo Iudæi, & inimici Iesu lætati super eum. Potius ipse delectatus est super eos, quia per mortem q̃ inferebāt mortem occidit, diabolum (mortis authorem) superauit & ligauit, mundum vicit, peccata deleuit, mortuos perpetuos ad vitam sempiternam perduxit, hostes suos sibi in fide & amore subdidit, & p̄ ignominiam passionis intrauit in gloriam suam. Et
Lucæ 24 ex his colligere possumus, quod affectuosissime & gaudiosissime dominus Iesus concisionem sacci corporis sui mortalis, iam circundatus lætitia resurrectionis deum exaltauerit, id est, diuinam excellentiam laudauerit & glorificauerit. Concisio sacci est ruptio vinculi quo naturaliter corpus animæ colligat. Hæc ruptio erat in domino Iesu amarissima, quia ipse illā ruptionem clarissimo intueb atur & intelligebat, & imaginabatur, & sentiebat, eo quod nulla tormenta
Deuter. 25 animarum eius in ipsius operationibus impendere videbant: quod non est in vllo homine. Insuper secūdum mensuram peccatorum ipsi domino Iesu data fuerat mensura tormentorum. Cum ergo super se haberet peccata totius generis humani, pœna quā exoluebat pro eis, erat maxima ac amarissima. Idcirco

etiam subsequens in resurrectione lætitia erat excellentissima, & gaudium nobilissimum. Cōgaudeamus charissimi fratres domino Iesu amatori, saluatori & glorificatori nostro, p̄dicta atq; similia pio corde recolentes in præsentia ipsius: quia ipse intuetur corda singulorum. Tempus adest, quo cōcidetur saccus noster: Vtinam possemus domino Iesu opitulante, dicere: Concidisti saccum meum, & circundedisti me lætitia. (Psalm. 29) De communi cursu, in morte homines transeunt de pœna minore in pœnam maiorem. Et beatus iudicatur, qui ad pœnas purgatorij deputatus fuerit. Misera conditio. Legimus in scripturis sacris atq; historijs, & sæpe audiuimus qualia passi sunt mali homines (vt de sanctis martyribus sileamus, qui per grauissima tormenta concisionem sacci acceperunt, & æternam lætitiam sine mora recipere meruerūt) Sed isti mali homines post horrenda supplicia, conscisso pœnosissime sacco, in gehennalibus pœnis demersi sunt. Quid nobis futurum sit, ignoramus. In tali discrimine totis medullis cordis ad dominū Iesum confugiamus, amicitiam & familiaritatem cum ipso contrahamus, ipsi in vita conformemur, cordis munditiam & innocentiam in concisione sacci nostri eidem præsentemus: & haud dubium, statim sempiternæ lętitiæ indumento vestiemur.

¶Quàm fuerit necessaria resurrectio Christi. Exhortatio VII.

OPortebat Christum pati, & resurgere à mortuis. Lucæ 24. Plura sunt quæ necessitatem resurrectionis domini Iesu videntur inducere, ex quibus aliqua p̄ponam. Primum est commendatio diuinæ iustitiæ, ad quam pertinet exaltare illos, qui se propter deum humiliāt, secundum sententiam matris Iesu; (Lucæ 1) Deposuit potentes de sede,

&[exaltauit humiles]. Quia igitur dominus Iesus, Christus domini, & ipsemet dominus, propter charitatē
phil. 2. Iohan. 12. &obedientiam dei, se humiliauit vsq; ad mortem crucis, oportebat quod exaltaretur à deo, vsq; ad gloriosam resurrectionem. Psalm. 138 Vnde ex eius persona dicitur in psal. Tu cognouisti. i. approbasti, sessionem meam id est, humilitatem & passionem, & resurrectionem meam, id est, glorificationem in resurrectione. Vt ergo ad gloriosam resurrectionē peruenire mereamur ducem nostrum dominum Iesum imitemur, & humiliemus nos, humiliter implendo ea quæ tenemur perficere ex promissione facta in baptismate & professione. In quarum prima facti sumus Christiani, in secūda vero Carthusiani: & ea faciamus ex charitate & obedientia. Qui in his dominum Iesum imitati non
1. Cor. 15. fuerint, resurgēt quidem, sed resurrectiōe ignominiosa. Quia iuxta Apostoli sententiā: Omnes quidē resurgemus, sc; boni & mali, sed non omnes immutabimur. Oēs eñ resurgemus ad incorruptonē, sed non omnes ad gloriā, ad impassibilitatē, ad claritatē, ad agilitatē, ad subtilitatē corporis q̄ subtilitas potest dici sua spiritualitas. Portemus crucē cū Christo, viuam9 in cruce cum Christo, moriamur in cruce cū Christo & indubie resurgemus & viuemus gloriose æternaliter cum Christo. Secundum quod necessitatem resurrectionis inducit, est nostræ fidei instructio, qa per Christi resurrectionem, confirmata est fides nostra circa diuinitatem eius, iuxta illud APOSTOLI:
1 Cor. 13. Etsi CHRISTVS crucifixus est ex infirmitate nostra, id est, ex infirmitate ex nobis, & pro nobis assumpta, sed viuit ex virtute dei, quæ videlicet virtus diuina eum resuscitauit, & viuere fecit. Excedit enim resuscitatio mortui angelicam sublimitatem, excedit humanam humilitatem, excedit omnis creaturæ vigorositatem, nec omnino spectat nisi ad viuificantem trinitatem. Quia ergo domin9

Iesus est verus homo & verus deus, mortuus est ex humanitate, & resurrexit & viuit ex deitate. Propterea bene dicitur, quod propria virtute resurrexit. Nã per mortem nõ fuit separata diuinitas, nec ab anima nec à carne Christi, quis anima à carne separata fuerat. Potest igitur anima Christi mortui & caro considerari dupliciter. Vno modo ratione deitatis, & sic corpus vnitum diuinitati animã resumpsit quã deposuerat, & anima diuinitati vnita corpus resumpsit qd dimiserat. Et hoc innuit apud Iohannem, vbi dominus dicit: Nemo tollat animam meam à me, sed ego pono eam, & iterum sumo eam. Hoc em̃ dicitur ratione diuinitatis. Si vero cõsideremus corpus & animã Christi mortui, secundum virtutem naturæ creatæ, sic non potuerunt sibi inuicem reuniri, sed oportuit Christum resuscitari à deo. Hæc fides dilectissimi versetur iugiter in vobis, & exerceatur animo vigilantissimo, & intellectu illuminatissimo: quia fundamẽtũ est vniuersæ structuræ spiritualis ædificij, & maxime conducit ad profectum & finem salutis. Nam sine ea non remanet qcquam. Tertium quod necessitatẽ resurrectionis inducit, est subleuatio nostræ spei. Quia dum videmus dominum Iesum resurgere, qui est caput nostrũ, speram⁹ & nos resurrecturos. Vnde Apostolus ad Corinthios reprehendit falsos prædicatores, dicens: Si (id est, quia) Christus prædicat, quod resurrexit à mortuis, quomodo quidã dicunt in vobis quoniam resurrectio mortuorum non est? Ipsa enim resurrectio domini nostri Iesu, est causa efficiens, & exemplaris nostræ resurrectionis. Efficiens quidem, inquantum humanitas (secundum quam resurrexit) est quodammodo instrumentum diuinitatis ipsius, & operatur in virtute eius. Et ideo sicut alia quæ CHRISTVS in sua humanitate fecit, vel passus est, ex ỽtute diuinitatis ei⁹ sunt nobis salutaria, ita & resurrectio eius est causa efficiens nostræ

Iohan. 10.

1. Cor. 15.

resurrectionis virtute diuina: cuius propriũ est mortuos viuificare. Quæ quidem virtus præsentialiter attingit omnia loca & tempora. Et talis cõtactus virtualis sufficit ad rationem huius efficientiæ. Et quia primordialis causa resurrectionis humanæ est diuina iustitia (vt supra dictum est) ex qua Christus habet potestatem iudicium fecere, inq̃tum filius hominis est, virtus effectiua resurrectionis eius se extendit non solũ ad bonos, sed etiam ad malos, qui sunt eius iudicio subiecti. Sicut aũt resurrectio corporis Christi (ex eo ꝙ corpus illud est personaliter verbo vnitum) est prima tempore, ita est prima dignitate & perfectione. Semper autem id quod est perfectissimum, est exemplar eius quod est minus perfectum, secundũ suũ modũ. Et ideo resurrectio Christi est causa exemplaris nostræ resurrectionis. Quod quidem necessarium est, non ex parte resuscitantis, qui nõ indiget exemplari, sed ex parte resuscitatorũ, quos oportet illi resurrectioni cõformari, iuxta illud Pauli: Reformabit corpus humilitatis nostræ, cõfiguratũ corpori claritatis suæ. Et hoc intelligitur de solis bonis & sanctis. Licet enim efficacia resurrectionis Christi se extendat ad resurrectionem tam bonorum quã malorum, exemplaritas tamen eius se extẽdit ꝓprie solum ad bonos: qui sunt facti cõformes filiationis ipsius. Non solum autem resurrectio Christi est causa efficiens resurrectionis corporum nostrorum, sed etiam animaꝝ nostrarum, iuxta illud Apostoli: Resurrexit propter iustificationem nostram. Quæ resurrectio nihil aliud est quam resurrectio animarum Et super illud psalmi: Ad vesperum demorabitur fletus, dicit glossa, quod resurrectio Christi causa est resurrectionis nostræ, & animæ in præsenti, & corporis in futuro. Ratio in promptu est quia resurrectio Christi agit in virtute diuinitatis, quæ quidem se extendit nõ solũ ad resurrectionem corporum, sed eti

Iohan. 5. Phil. 3. Rom. 8. Rom. 4. Psalm. 29

tiam ad resurrectionem animarum. In qua concurrit etiam ratio exemplaritatis, quia Christo resurgenti, debemus etiam secundum animam conformari: vt sicut Christus resurrexit per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Ex his satis patet quàm iuste & recte Apostolus arguit eos, qui prædicabant resurrectionem non esse. Præstatur nihilominus nobis fiducia sperandæ resurrectionis, qui in puluerem, & penè in nihilum post mortem reducimur, nec maneret nobis vlla spes resurgendi, nisi dominus Iesus amator noster, & saluator, causam nostram nimis malã in in se suscepisset, ꝓ peccatis nostris moriendo, & pro resurrectione nostra resurgendo, per quã Christi resurrectionem, spes nostra subleuata & confirmata, & in nobis reposita est. Vnde ait Iob: Scio (ꝑ certitudinem scilicet fidei) quòd redemptor meus, id est, Christus Iesus, viuit, à mortuis resurgẽs, & ideo in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo deum quem visurus sum ego ipse & oculi mei conspecturi sunt, & nõ alius, quasi diceret: Ego ipse idem numero post resurrectionem, qui ante mortem, contra dictum Aristo. 2 de generatione, qui dicit ea quæ corrumpuntur redire, non eadem numero, sed tantũ specie. Sequitur: Reposita est hæc spes mea in sinu meo .i. in corde meo. Loqtur sanctus Iob de ista spe tanq̃ de re charissima, q̃ in sinu absconditur, ne ꝑdat. Videtis charissimi ex ijs dictis, q̃ necessaria fuerit Christi resurrectio, vt ꝑ eã ad bona opera, & votoꝝ atq; promissoꝝ nostroꝝ impletionẽ (ex charitate & obedientia, atq; humilitate exhibenda) ꝓuocaremur, & in fide & spe rei arduæ nimis valde, tamen optatissime saluberrimeque corroboraremur. Sunt nihilominus & aliæ necessariæ causæ, quare oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis. Tum propter patris præordinationẽ, tum etiam propter Christi exaltationẽ

Rom.6.

Iob.19.

tum propter humanam redemptionem, tum propter ſcripturarum impletionem. Si igitur propter pręſcriptas cauſas & alias (vtique aſſignabiles) oportebat Chriſtum dominum pati & reſurgere, & ita intrare in gloriam ſuam, quæ omnia oſtendunt cauſam noſtram malam, iudicium dei durum, & iudicem iuſtũ, quid oportet fratres nos agere, quid pati, vt intrare poſſim⁹ gloriam à deo paratam iuſtis & ſanctis dei? Non ſimus ergo ſegnes, remiſſi, negligentes, vel ſecuri, ſed toto corde, & pauidi ad miſericordiã domini cõfugiamus, quã nulli veraciter poſcenti deus dene-
Coloſſ. 3 gat, & inſiſtamus opibus iuſtitiæ. Cũ eñ Chriſtus apparuerit vita noſtra, tunc nos apparebimus cum eo in gloria.

¶ De virtute Chriſti reſuſcitantis mortuos in carne & ſpiritu, & quomodo debeamus quærere quæ ſurſum ſunt, deq; nobilitate Chriſti reſurgentis. Exhortatio VIII.

SI conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens quæ ſurſum ſunt ſapite, non quę ſuper terram. Ad Coloſ. 3 Scitis chariſſimi ex ſacra pagina ſcripturarũ, duplicẽ fore reſurrectionem, quas ſua bñdicta paſſione dñs Ieſus nobis cõmeruit & ſua reſurrectione exẽplificauit & figurauit: ſcilicet corporalis, qua corpus reſuſcitatur ad vitam naturalem, & animæ propriæ, non alienę reunitur, ita quod ille vnus & idem qui aliquando vixerat & fuerat homo, & per mortem deſierat eſſe homo, & impoſſibile erat per naturam iterũ reuerti ad eſſe humanũ, & fieri homo, virtute diuina idem per oĩa reuertatur, & ſit ipſemet qui ante, & non alius. Vnde pulchrè

habetur in libro Iob: Scio quòd redemptor meus vi uit,& in nouissimo die de terra surrecturus sum: Et rursum circundabor pelle mea,& in carne mea videbo deum saluatorem meum. Quem visurus sum ego ipse,& oculi mei conspecturi sunt,& non alius. Sic ergo Christus resurrexit. Vnde dicitur in Euangelio: Surrexit dominus vere. Et omnes nos quoque in die iudicij resurgemus: De quo Apostolus ait: Ecce mysterium vobis dico, omẽs quidem resurgemus. Tanta est Christi secũdum diuinitatem potestas, q̃d omnium mortuorum corpora simul quædam comesta, quædam exusta, alia putrefacta, alia per particulas in orbe dispersa, vnico nutu voluntatis simul resuscitabit,& in momento coram eo stabunt perfecta Subest enim ei cum voluerit posse. De hoc Paulus: In ictu oculi, in nouissima tuba omnes resurgemus. O admirabilis virtus operandi hoc. Nouissima tuba est vox Christi retrahentis omnes ad vitam. Ictus oculi, momentum est, Hanc resurrectionem sua resurrectione Christus dominus exemplificauit. Alia est resurrectio spiritualis, qua homo per gratiam dei resurgit à morte animæ, quod est peccatum mortale, de qua ait Apost. Surge qui dormis,& exurge à mortuis,& illuminabit te Christus, sc3 lumine gratię vitæ spritualis, qua homo viuit in deo, quod nullus potest efficere (sicut nec corporalem) nisi solus Christus. Hanc resurrectionem sua resurrectiõe Christus dominus figurauit: Quia sicut Christus resurrexit à mortuis per gloriã patris, ita & nos in nouitate vitæ (scilicet spiritualis) ambulemus. Hinc itaque dixit Apostolus: Si consurrexistis cum Christo.i. si vere à morte animæ seu vitijs surrexistis, sicut Christus vere surrexit à morte corporis, quæ sursum sunt quærite, id est, bona cœlestia & æterna, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, Illa desiderate, adipisci satagite, vtpote æter

Iob. 19
Lucæ 24
1.Cor. 5
Sapien. 12
1.Cor. 12
Ephes. 5
Roma. 6
Coloss. 3
Isaiæ 64
1.Corin. 2

nam felicitatem, animæ & corporis glorificationem vt deo per claram visionem & perfectum amorem in gaudiosissima fruitione iungamini. Hæc enim quærere, est quærere quæ sursum sunt. Quamuis enim deus vbiq; est, tamen proprie dicitur esse in cœlo, vbi est per effectum sibi proprium, scilicet per misericordiam qua omnes ibidem existentes beatificat. Est etiam intelligendum quæ sursum sunt quærite, id est, ipsum deum quærite, qui supereminet vniuersę creaturæ in infinitum in esse, in bonitate & charitate, et similibus: Vnde canimus: Sursum corda, habemus ad dominum. Quæ sursum sunt sapite, hoc est, diuina contemplata in fide, & amata in charitate, interno gustu sapite. Hæc est vera & proprie dicta sapientia. Beatus qui accipit. Donum dei est. De quo habet in Apocalypsi: Dabo ei inquit dominus, calculum cãdidum, id est, intellectum purificatum à phantasmatibus, & affectum ab omnibus immundis amoribus, & in calculo nomen nouum scriptum, hoc est, notitiam diuinam, & affectionem hominibus insuetam quod nemo scit, nisi qui accipit. Dicit dominus Iesus
Lucæ 11 Omīs qui petit, accipit. Petamus ergo & accipiemus.
Iacob. 1 Sanctus Iacobus ait: Si quis indiget sapientia, postulet à deo, qui dat omnibus affluenter, &c. & dabitur
Coloss. 3 ei. Ideo monet & Paulus: Quæ sursum sunt quærite.
Matthæ. 7 Quia iuxta verissimam dñi Iesu sententiam, qui quę
Lucæ 11 rit inuenit, & pulsanti aperietur. Debemus ergo illa sapere quæ sursum sunt, non quæ super terram. Imò carnalia & terrena debemus despicere & fastidire, nisi inquãtum sunt nobis necessaria, & simul stare possunt cum diuinis. Quæ vero cum deo haberi non possunt, sunt plenissime abijcienda, nedum mortalia peccata, sed etiam venialia. Quia & si venialia deum ex corde non excludunt, tamen deo prędilecto domino nostro, & vere nos amãti, & cõtinue bona nobis maxima pſtanti displicent, & disponunt ad deum à cor

de expellendum, quando placent, & scienter committuntur: sufficit quod ea committimus ex negligẽtia vel errore, & non ex proposito. Conemur charissimi fratres quæ sursum sunt quęrere & sapere, quia sicut hoc est optimum ac verissimum signum spiritualis consurrectionis, ita quòd homo viuat in deo, sic pessimum signum est, scilicet mortis spiritualis. quærere quæ sunt super terram, & ea sapere. Tales, creaturas plus diligunt quàm ceratorem, ideo in deo nõ viuunt, sed in peccatis, & serui sunt diaboli. Resurgamus ergo à vitijs & peccatis, & caueamus ab eis, qa deus odit ea in hominibus quos vult saluos facere, sed seipsos per peccata impediunt, ideo maxima hominum multitudo perit. Propter peccata dominus Iesus mortuus est amarissima & turpissima morte. Ipse est flos totius humanæ naturæ conceptus de spiritu sancto in virgine matre de purissimis sanguinibus eius, plenus spiritu sancto à momento creationis eius, & omnibus charismatibus gratiæ eius repletus. Non enim ad mensuram dedit ei pater spiritum: Pater eñ diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Vnde & de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiã pro gratia, &c. Tãtam enim accepit Iesus gratiam, quod nullæ creaturæ maior dari poterat. Adimpleuit enim gratia omnem capacitatem naturæ eius. Fuit etiam ornatus omnibus virtutibus, nulla dempta. Vnde omnia quæ cogitauit, dixit, & fecit, fuerunt actus verarum & perfectissimarum virtutum. Quapropter sanctitas eius excessit sanctitatẽ omniũ creaturarũ simul acceptã. Et omnibus hominibus (quantum in eo fuit) promeruit gratiam & gloriam. Fuit etiam maximę dignitatis, rex regum & dominus dominantium in cœlo & in terra. Vnde dicit: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, nedum post passionem, sed etiam ab initio suæ conceptionis. Vnde in Psalmo: Quid est homo quòd memor es eius,

Iohann. 3
Iohann. 1
Matth. 28
Psalm. 8

aut filius hominis quia visitas eũ? Minuisti eum paulominus ab angelis, propter naturã humanam, quæ minor est natura angelica, sed secundum gratiam excedit omnem creaturam ipse homo Iesus dignitate. Vnde sequitur: Gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. Oia subiecisti sub pedibus eius, &c. Fuit insuper vnitus deo, nedum sicut prophetę, vel sancti coniuncti sunt deo, vnde venerationem & gloriam accipiunt, sed super hæc coniunctus fuit deo hypostatice, id est, in vna persona, ita quod dñs Iesus virginis Mariæ filius est verus naturalis dei patris filius, eo quod personæ verbi, id est, filij, filij inquam potentiæ intellectiuæ generantis in actu intelligendi diuino, sit personaliter vnitus, ita quod est vna persona verbi & hominis. Fratres aduertite & intelligite. Voluit deus omnem hominem saluum fieri (quantum in eo fuit) sed per peccata perpetrata impediebatur. Vt ergo homines peccatores salui fierent, maluit tam præclarã personam dñm puto Iesum, charissimũ filium suum mori pro peccatis, q̃ peccata inulta remanere. Et tamen homines volẽtes saluari, procliui & faciles sunt ad peccandum, non considerantes, quod saluator eorum propter peccata mortuus est, & ꝙ iterũ (inquantum in ipsis est) Iesum crucifigũt. Sed dñs Iesus iam securus est, quia resurgens ex mortuis iã non morit mors illi vltra non dominabitur. Timeat ille qui peccat, quia sine vltione non saluabitur. Nullum malũ ibit impunitum. Videmus in opere saluatiõis nostræ seueritatem dei in eo quod proprio filio suo non pepercit. Misericordiam vero, quod pro omnibus nobis tradidit illum. Charitatẽ etiã, quia sic dilexit mũdum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternã. Resurgamus igitur spiritualiter cum dño nostro Iesu, ne ipsum peccando iterũ crucifigamus, sed absti-

[Margin notes: 1. Timo. 2 (beside "nis. Fratres aduertite"); Roma. 6. (beside "mors illi vltra"); Rom. 8. (beside "ibit impunitum"); Iohann. 3 (beside "bis tradidit illum")]

nendo à peccatis, tãdem resurgere cum ipso in nouissimo die corporabiliter mereamur: quando corruptibile hoc induet incorruptionem,] impassibilitatem, agilitatem & perpetuam claritatem.

❡De desiderio modoque videndi Iesum. Exhortatio IX.

VOlumus Iesum videre. Iohannis. 12 O vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorũ. Oliquescat aĩa nostra ad vocẽ vel verbũ istud, de rore cœli mellitum fratres dilectissimi. Det nobis dñs Iesus (super om̃ia desiderabilissimus) cor vnũ. i. voluntatem vnã, vt concorditer ac veracissime dicere valeamus: Volumus Iesum videre, non pulchras mulieres, nec alia q̃ ad carnales spectant voluptates, nõ ludos nec alia q̃ spectant ad seculi vanitates, non populi applausum, nec alia q̃ spectant & honorum dignitates, non auꝝ, nec alia quæ spectant ad rerum temporalium preciositates, nec vllam aliã creaturã, sed volumus Iesum videre. O nobilissima voluntas, q̃ à solo summo & infinito bono. i. Iesu, mota est ad volendũ ac desiderandũ, seu amandum: & non ab vlla alia creatura. Et si interdum ab vlla creatura incitatur vt eã velit, desideret ac amet, illi tamen non consentit, in ea quiescendo, sed per eam transit ad eũ & in eum quẽ vnice amat. i. Iesum, & dicit indesinenter cũ om̃ibus sanctis: Volumus Iesum videre. Itaq; fratres dilectissimi, sic cogitemus, sic loquamur, sic agamus, sic viuamus, vt interrogati cur hæc facimus, veraciſ dicere valeamus: Volumus Iesum videre. Hic sit finis oĩm. Homo creatus est ad deũ cognoscẽdũ. i. videndũ & diligendum, q̊d sequiẽ ex visione & cognitione, & fruendum, q̃d sequiẽ ex vtroq;. Et hęc tria sunt vnus actus. i. simul & vnicè fiunt. Dicitur tamen secũdum

Homo ad quid creatus.

August. Augustinum, visio tota merces, consummatio tamẽ beatitudinis fit diligendo atq; fruendo. Inde est q̊d
Iohan.17 dicit sanctus Iohannes: Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum deum verum, & quem misi= sti Iesum Christum. Igitur Iesus est vita æterna, & finis omnis creaturæ rationalis & intellectua= lis secundum suam diuinitatem. Qui ergo dicunt, volumus Iesum videre, innuunt æternam se beatitu dinem inquirere, quia in deo, filius non est aliud à patre & spiritu sancto, sed tota trinitas est vnus de= us. Volunt ergo non solum personam Iesu videre, sed vnicum deum, patrem, & filium, & spiritum san= ctum, & filium incarnatum. Hoc autem inditum est vniuersæ intellectuali creaturæ. Vnde Philosophus Aristoteles ait primo Ethicorum: Omnia bonum ap petunt, id est, ęternam beatitudinem. De quo sanctus
Boetius Boetius ait: Omnis mortalium cura, quamuis diuer so calle incedit, ad vnum tamen finem beatitudinis nititur peruenire. Est enim mentibus hominum ve= ri boni naturaliter inserta cupiditas. Id autem est bonum, quo quis adepto, nihil vlterius desiderare queat. Cuncta enim in se bona continet, cui nihil ad di potest, neq; auferri. Est ergo hoc bonum ipsa bea titudo, & status bonorum omniũ aggregatione per= fectus. Hunc statum (inquit idẽ) diuerso tramite mor tales omnes adipisci conantur, sed ad falsa deuius er= ror abducit. Vnde sicut ebrius ad domum quo trami te reuertatur ignorat: sic ebrĳ in desiderio peccati, adeo sunt attoniti, vt viam vitę inuenire nequeant. Nos vero læti bibentes ebrietatem spiritus, non pec cata, volumus Iesum videre: & hoc ardenti deside= rio. Paruum desiderium facit hominem tędiosum in
Apocal.3 operando. Orat enim sine deuotione, ieiunat cũ mur muratione. Et meretur tepidus ex ore dei eĳci cum reprobatione. Ardens desiderium operatur magna &
Cantic.8 fortia. Vnde in Canticis dicitur: Fortis vt mors di=

lectio. Tales nihil metuunt aggredi: De quo Hieronymus: Nihil amantibus durum, nihil difficile. Sim⁹ ergo fratres volendo Iesum videre fortes in opere, ardentes in desiderio. Est enim Iesus amabilis valde excedens capacitatem nostram. Vnde canit: Nec lingua potest dicere, nec litera depromere, expertus potest credere, qd sit Iesum diligere. Iesus dulcedo cordium, fons veri, lumen mentium, excedit omne gaudium, & omne desideriũ. Hoc beatus Augustinus expertus fuerat, quando dicebat. Intromittis in me affectum inusitatum, quem nulla lingua explicare queat. Vnde nil (inquit) me delectat, nisi de te audire, de te loqui, de te conferre. Hinc beato Bernardo Iesus erat mel in ore, melos in aure, iubilus in corde. Ideo canitur: Iesu decus angelicum, in aure dulce canticum, in ore mel mirificum, in corde nectar cœlicum. Iesu dulcis memoria, dans vera cordi gaudia, sed super mel & omnia, eius dulcis præsentia. Nil canitur suauius, auditur nil iucundius, nil cogitatur dulcius, quàm Iesus dei filius. Sed nemo hæc accipit, nisi vere pœnitens, & mundo corde Iesum quærens. Ideo canitur: Iesu spes pœnitentibus, q̃ pius es petẽtibus, q̃ bonus est quærentibus, sed qd inuenientibus? Hoc nemo scit, nisi qui à Iesu acceperit calculum candidũ & in eo nomẽ eius scriptum. Petamus & accipiemus quæramus & inueniemus, pulsemus & aperietur nobis, si tñ pure (nil aliud quærendo) hæc fecerimus. Ibi latet vis. Idcirco canitur: Iesum quæram in lectulo, clauso cordis cubiculo, priuatim & in populo, quæram amore sedulo. Volumus Iesum videre. Sed vbi quæremus? vbi inueniemus? aut vbi videbimus? Pastores dixerunt: Eamus Bethlehem, & videamus hoc verbum quod factum est, & dominus ostendit nobis. Solicita igit mente quæramus eũ in domo panis eucharistiæ, vbi illuminata fide videbim⁹ Iesum & gustabimus suauitatem amoris sui. Zachæus quę-

Hierony. Bernard. Augustin. Apocal.2 Lucæ 2 Lucæ 19

siuit videre Iesum,&ab inuento hospitio etiam rece-
Lucæ 19 pto audire meruit: Hodie domui huic salus facta est, quia venit filius hominis quærere & saluũ facere q̊d perierat. Sursum igitur ascendamus, omnibus tempo ralibus &creaturalibus occupationibus relictis,& Ie sum videre,&in cordis hospitio recipere, omnium q̄ que peccatorum veniam. salutem etiam æternam ob tinere merebimur, Iudęi viderunt eum in passione
Isai.53. sua, sicut ait Isaias: Vidimus eum,& non erat aspect9 &desiderauimus eum despectum,&c. In exercitio do minicæ passionis Iesus videtur. Quę visio docet eius ad nos charitatem, emundat nostra peccata, perfecti- onem virtutum præstat, gloriam sempiternam pro- mittit. Hæc carmen indicat: Iesus amor dulcissimus & vere suauissimus, plus millies gratissimus, quã di- cere sufficimus. Quando cor nostrum visitas, tunc lucet ei veritas, vilescit mundi vanitas, &intus fer- uet charitas. Hæc probat tua passio,& sanguinis ef- fusio, per quam nobis redemptio, datur & dei visio.
Matth,28 Venit Maria Magdalenę videre sepulchrũ, id est, Ie- sum in sepulchro. Et quia perseuerauit quærendo at- que lugendo, videre Iesum meruit. Ita faciamus,& Iesum videbimus. Vnde canitur: Cum Maria dilu- culo Iesum quæram in tumulo, cordis clamore que rulo, mente quæram non oculo, tumbam perfundam fletibus, locum replens gemitibus, Iesu prouoluar pe dibus, strictis hærens amplexibus, Iesu stringam ve stigia, &flendo figam labia, vt detur mihi venia, atq; perfecta gratia. Gauisi sunt discipuli viso domino in
Iohan,20 die resurrectionis eius. Quia domino Iesu compas- si sumus in eius passione, congaudeamus ei in eius re surrectiõe,& videbimus eum triumphatorem diabo- li &mortis. Cantatur: Iesus rex admirabilis, &trium phator nobilis, dulcedo ineffabilis, totus desiderabi- lis. Mane nobiscum domine, mane nouo cum lumi- ne, pulsa noctis caligine, mentem replens dulcedine

Dicit beatus Iohannes: Vidimus gloriam eius, scilicet Iesu, gloriam quasi vnigeniti à patre, plenum gratiæ & veritatis. Hoc erit perfecte in futura vita. Talem volumus Iesum videre. Tunc dicemus quod canitur: Iam quod quæsiui video, quod concupiui teneo, amore Iesu langueo, & corde totus ardeo. O beatum incẽdiũ, ó ardens desideriũ, ó dulce refrigerium amare dei filium. Sis Iesu nostrum gaudium, qui es futurus præmium, in te sit nostra gloria, per cuncta semp secula Amẽ. Volumus Iesum videre, etiã. Amẽ. Iohan.1

DE ASCENSIONE CHRIsti in cœlum. Titulus quintus.

De Christi ascensione, nostræque liberatione captiuitatis, & quomodo spiritus concupiscat aduersus carnẽ Exhortatio I.

AScendisti in altum, cepisti captiuitatẽ, accepisti dona in hominibus. Psalmo 67. Verba hæc Psalmistæ ad literã scripta sunt de præsenti solennitate, quæ Apost. Paulus facta modica variatiõe verboꝝ allegat, dicẽs: Vnicuiqꝫ nostꝝ data est gratia secundũ mensuram donationis Christi, propter quod dicit: Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. In quibus primo tangitur Christi Iesu dñi gloriosa ascensio, secundo nostræ miseræ captiuitatis liberatio, tertio diuini muneris copiosa donatio. Circa primum notandum est, quod ascensio dñi Iesu dicit gloriosa, eo q̊d ipse q paꝝ ante possibilis & mortalis ignominiose occisus erat, nunc ꝓpria virtute & merito in Ephesi.4

præſentia omnium angelorum, & ſanctorum, qui tunc erant de curia &familia cœleſti,& in præſentia fidelium,vſq; ad dexteram dei,id eſt,ad meliora bona æternę beatitudinis imperpetuum regnaturus aſcenderit.Propria inquam virtute aſcendit,nedum diuina,quæ operatur oĩa in omnibus,ſed etiã humana, eó quód ex redundantia animæ glorificatæ in corpus (quod reſurgendo reſumpſerat)iam eidem corpori glorificato cõnaturale erat,vt protinus ibi eſſe poſſit quo vellet eſſe ſpiritus, ſecundum quod beatus Auguſtinus ait in libro 22.de ciuitate dei. Sic igitur dicitur aſcenſio hũanæ naturæ in Chriſto glorioſa,quia virtute humanæ naturæ glorificatæ fiebat. Diuinitas enim propriæ non dicitur aſcendere, quia non eſt in loco circumſcriptiue.Dicitur etiam aſcenſio Chriſti glorioſa,quia tunc poſt meritum paſſionis,intrauit gloriam ſuam, vt ex illo iam die vſque in æternum in nomine eius omne genu flectatur, cœleſtium terreſtrium &infernorũ, & omnis lingua cõfiteatur, quia dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris. Talis autem confeſſio,proprie dicitur gloria. Dicitur enim gloria quaſi claria, quia clara cum laude notitia. Ex iſta Chriſti aſcenſione, etiam toto humano generi gloria prouenit. Ipſa enim ſua aſcẽſio,eſt cauſa effectiua & exemplaris noſtræ aſcenſionis,quaſi inchoando noſtrã aſcenſionẽ. Quia enim ipſe CHISTVS caput noſtrum eſt,oportet vt illuc ſequantur membra quo caput præceſſit, ſcilicet ad habitationem &ſocietatem angelorum in cœlis, quod vtique valde mirabile eſt,vt natura noſtra intantũ vilis de limo formata,&in limum redacta,ſup cœlos glorioſe aſcẽdat.Hinc eſt quod aſcenſio domini admirabilis in Letanijs,pnũtiatur. *Secundo* tangitur in themate præaſſumpto, ;noſtrę miſeræ captiuitatis liberatio. Nimis enim miſerabile erat, q̃d hoĩes ad imaginem &ſimilitudinẽ dei creati,&in tanta di-

Phil.2. Phil.2. Eph.1.

gnitatis sublimitate collocati, vt diuinæ fore possent consortes naturæ, & filij dei, & regni cœlestis cohęredes, etiam quantacunq; sanctitatis excellentia præeminerent, aut diuina gratia atq; muneribus pollerēt aut salutari pœnitentia præcellerent, non ad regnū ad quod cōditi erāt, ascenderent, sed ad loca infernalia & tenebrosa (q̄q̄ pacata) post huius vitæ laboriosum certamē descenderent. Sed ecce dominus Iesus per meritum suæ passionis claustra infernalia destruxit, portas ęreas cōtriuit, vectes ferreos cōfregit, hoc est, obligationem ad pœnā, & impedimēta ęternę beatitudinis cōtracta ex originali culpa, & cæteris peccatis, q̄ erant fortissima & inuincibilia ab vllo puro homine, ipse dominus Iesus, deus & homo plenissime amouit, & oēs iustos secū ex limbo eduxit, & p̄cedēs tā ipsis q̄ etiam omnibus postea vocandis, iustificandis, & glorificandis, cœlum aperuit, id est, ingressum beatitudinis post solutionē debiti naturæ, id est, mortis, immediate quo ad purgatos vel mediante pœna purgatorij, q̄ ad purgandos, patefecit, & tanto fœdere sibi sociauit, & iure possessionis obligauit, q̄d nec omnes dęmones, nec vllę deceptiones, aut fraudes: sed nec ipsi beati, neque vlla creatura eos à captiuitate domini Iesu possent eripere. Et hæc est captiuitas liberrima, honorificentissima, & felicissima, omnes iustos innumerabiles simul à potestate dæmonū, ab omnibus vitijs, & ab omni quod molestū esse posset, aut nocere, esse æternaliter liberos, & summo bono deo esse inseparabiliter coniunctos per claram ipsius visionem, per perfectam ipsius fruitionem, seu dilectionem, & securissimā cōpræhensionē seu tentionē. Tertio tangitur in themate diuini muneris copiosa donatio. Et quāq̄ hęc donatio p̄cipue facta sit in die sancto pentecostes qn̄ (vltra solitū) plenitudo gratiæ spiritussancti operatiōe abūdātissima corda fidelium repleuit, nihilominus etiā in isto die dn̄s Iesus ma-

Rom. 8.

Lucæ 24. 1. Cor. 1. gister bonus, discipulis suis spiritualia dona cōcessit, quando docuit eos expectare promissum patris, & q̄ si de paruulis, quibus lacte opus erat, non solido cibo iam perfectos & viros constituit, vt statim ad virilia opera manum mitteret, puta ad instātiam & perseuerantiam orationis, ad constantiam fidei, ad obseruātiam ieiuniorum. Ex decursu enim euangelij habetur manifeste, quòd ad hæc erant (adhuc dn̄o Iesu cum ipsis ambulāte) ignari, ignaui, & imbecilles. Non eñ

Matth. 6. Lucæ 17. sciebant, quomodo orarent, ideo dicebāt: Doce nos orare. Item, inconstantes in fide, ideo dixerunt: Adauge nobis fidem. & à domino capto refugerunt. Nō

Matth. 9. ieiunabant, & excusabat eos dominus: Non possunt ieiunare, q̄diu cum ipsis est sponsus. Veniet autē tempus cum auferetur ab eis sponsus (hoc est, hodie) & tunc ieiunabunt. Ecce charissimi fratres, tantillū de præsenti solennitate dictum sufficiat. Sed vt participes esse valeamus tantæ gloriæ, tantæ libertatis, tantæ donationis, admonere volo charitatē vestrā, vna mecū (sicut assuetus sum facere) simplici modo, & rogo vt eadē charitate vos sumatis, quali ego offero, p pastorali cura, & solicitudine pro vobis. Studeamus nos omni diligētia & q̄tidiano exercitio tales exhibere, vt cum omnibus iustis p dona dei, & liberā captiuitatē gloriosè ad cœlos ascēdere mereamur. Ecce illi sancti q Christo ascēdēti associati fuerūt, nōdū ascēderūt ad cœlos, ꝓprie loquēdo, q̄a nondū resumpserūt corpora sua, sed recepti sunt aīę eorꝫ in loco ipsis

Apoc. 6. Heb. 11. apto, hoc est, in cœlo, donec impleatur numerꝰ fratrū ipsorꝫ cōsaluandorꝫ, deo aliqd melius prouidēte ꝓ nobis, ne sine nobis cōsumarēt, corporibus resumptis, donec occurramus oēs in vnitatē fidei, & agniti

Ephe. 4. 1. Th. 4. onis filij dei, in virū pfectū, in mēsurā ętatis plenitudinis Christi, & simul rapiamur obuiā Christo in aera & tūc semp cū ipso erimꝰ. Sicut ergo sancti primo merito ascēderūt & spiritu, q̄ spiritu & corpore simul, &

nos ita faciamus. Quãtũ fragilitas pmittit, semp corda sursum habeamus, nõ sursum ad aliquẽ locũ, sed ad dominũ, q pcellit oia dignitate. Semp oculi nostri sint ad dominũ, oculi inq̃ intelligentiæ p illustrationem fidei: corda.i. volũtates, p affectionem & amorẽ & dicamus ei: Tibi dixit cor meũ, exqsiuit te facies mea, faciẽ tuã domine reqrã. Et subiũgam9: Quid eñ mihi est in cœlo, & à te qd volui super terrã? Deus cordis mei, & pars mea, deus inæternũ. Mihi adhærere deo bonũ est, ponere in dño deo spẽ meã. Taliter ascẽdentes, captiuã ducam9 captiuitatẽ sensus nostros interiores & exteriores: q proni sunt ad malũ, misera diaboli & vitioꝝ oppressi seruitute, qui habent aliã legẽ in mẽbris nostris capti, in eadẽ lege peccati, in q̃ detinentur captiui ad diaboli voluntatẽ. Sensus nostri est ipsa anima nostra rationalis, quæ in diuersis organis carnis existens, rerum particularium accipit cognitionẽ. Ipsa qppe anima nõ est tanti luminis, q̃d possit p se agnoscere singularia, sicut angeli. Ideo datum est sibi corpus organisatum quasi instrumẽtum viuidũ, p quod ea cognoscere posset. Propter peccatũ vero primoꝝ parentũ, corpus factũ est mortale, & instrumẽtum corruptum. Ideo aggrauat animã: q̃ propter idẽ peccatum grauata est ex fomite, .i. difficultate faciendi bonum, & facilitate faciẽdi malum. Cum igitur dicitur quòd caro concupiscit aduersus spiritũ, non est ipsa caro intelligenda, qa in ea nõ est concupiscentia, vel peccatũ proprie loquẽdo, sed est aĩa in carne, id est, sensualitas quæ ex infirmitate cõcupiscit aduersus rationem. De hac materia videatur sanctus Cyprianus in prologo libri de Cardinalibus operibus CHRISTI: Sed ascendendo cognitione & amore in deum, quòd vtiq; homini gloriosissimum est, qui potest se ibi figere vbi angelus stare non potuit, ducit secum captiuitatem seipsum à rebus infimis, quas per organa corporis pcipit eleuãdo

Psalm.24.
Psalm. 26
Psalm.72
Psal.67.
Gen.6.
2.Ti.2.
Galatas 5

& cohibendo, & liberando, & secundũ dictamẽ rectæ rationis ipsis vtendo, & in seruitutem Christi redigẽdo, vnde liber efficitur à peccatis, & diabolo. Istud videmus in virtuosis hominibus, qui aliquando iugo seruitutis diabolicæ premebantur, luxuria, gula, curiositate visus & auditus, & criminali recordatione morosæ cogitationis, cæterisq́; vitijs sensuum seruiẽtes qualiter ascensione felicissima in deũ prædicta oĩbus vitijs renuntiauerũt, captiuãtes sensus suos in obsequium Christi, ornãtes eos pulcherrimis virtutibus, castitate, abstinentia, continentia linguæ, visus & auditus, memoriã habentes vererũ peccatorũ in amaritudine animæ, & non cũ oblectatione, recordãtes dominicam passionem, & similia dona dominantes sensibus suis humanis loco hominum, imo hominibus exempla bona præstantes. Qui ita ascenderunt, & seipsos captiuos per dei gratiã duxerunt, glorificent deũ, & alijs adhuc ascendendo laborantibus condoleant & opitulentur. Qui vero etiam post plenam conuersionem ad deum, adhuc tyrannicum ius peccatorum in sensibus suis sentiunt atq́; imperiũ, & se impelli violẽter sentiunt ad gulam, ad luxuriam, ad complacentiã præteritorum delictorum, & ad cætera vitia, nõ sint pusillanimes. Sentire enim non est consentire. Quod si ex infirmitate ceciderint, fortiter resurgant, insistent, auxilium domini requirant, ascendant pro posse, captiuitas eis tradetur. Ducent tandem sensus ad imperium rationis, ornabunt sensus suos optimis moribus, in die iudicij cum Christo & omnibus sanctis cœlos ascendent.

2. Cor. 10

¶ Ascensio domini cuiusmodi pepererit gaudia, & de spirituali ascensione hominis.

Exhortatio. II.

PRæbuit dominus Iesus seipsum viuum post passionē suā, in multis argumentis per dies quadraginta apparens eis, (id est, Apostolis) Actuum primo. Hodierna solennitate recolitur ineffabile gaudium, quod habuit dominus & saluator noster Iesus Christus cum omnibus sanctis, quos ex infelici & miserabili captiuitate diabolica per passionem suam eripuerat, & secū quadragesimo die post resurrectionem suam in vita gloriosissima, felicissima atq; liberrima captiuitate ducebat, quando cum ipsis ad cœlestia regna ascendit. O quale gaudium erat ipsi glorioso domino I E S V, victoriam & triumphum de diabolo reportanti in gloriam patris, & humani generis reparationem ad æternam salutem. O quale gaudium ipsis iam ereptis & glorificatis secum in cœlum ascendentibus. O quale gaudium omnibus spiritibus cœlestis curiæ. Non enim minori iubilatione & gaudio recipere poterant de victoria gloriose reuertentem dei filium suum dominum, quam ducebant eundem in sua natiuitate humana ad cāpum adhuc mortalem & pugnaturum. O quale gaudium gloriosæ semper virgini Mariæ matri eius virgineæ, & omnibus qui eundem dei filium in humana forma ꝓpria ascendere viderunt. Quantū aliquis alium diligit, tantū de suo profectu & bono successu gratulatur. Ipsi vero, & ꝑcipue mater eius diligebant eū super omnia, ergo maxime gaudebāt. Qualiter autē pijssim⁹ filius matrem, & dulcissimus magister discipulos in recessu suo valefaciēdo cōsolatus sit, & benedixerit & q̄tus mœror salutaris summo gaudio miscebatur, pia deuota, & religiosa mēs penes seipsam reuoluere potest. Si eñ (sicut ecclesia cātat de sancto Martino) piū est gaudere cū Martino, & piū est flere Martinum: cur non esset piū idipsum impēdere Christo, cū vtiq; incōparabiliter maior subsit causa? Amor Christi ineffa

bile gaudium subministrauit propter gaudium & gloriam ipsius. Separatio vero eius & desiderium essendi cum ipso, pias lachrymas, sancta suspiria, atq; tristitiam, quæ secundum deum est, salutarem præstabat. In cœlestibus nulla tristitia locum habere potest, sed sola lætitia. In terris vero lætis semper tristitia miscetur. Idcirco ascẽdentibus cum Christo in cœlum, nulla tristitia esse poterat, sed bene in terris remanentibus. Et nos charissimi congaudeamus sicut boni filij dei, domino deo nostro, magistro nostro, redẽptori nostro, amatori nostro, patri nostro Iesu Christo & omnibus alũnis eius, qui iã sunt secũ in gloria & pijs suspirijs, & sanctis desiderijs, & veris affectib⁹ ascendamus iugiter in cœlos, donec realiter ipsis sociari mereamur. Et hoc fiet in nobis, si post passionem in multis argumẽtis nos viuos præbere per dies quadraginta potuerim⁹. Resurrectio spiritualis (sicut in

Sermõe 2. solennitate paschali diximus) per testimonium sacræ scripturæ & angeli .i. conscientiæ, nec non & per diuersa argumẽta apparitionum .i. diuersas virtutes astruitur. Sed talis resurrectio & noua vita, non meretur statim cœlos ascendere. Oportet enĩ eum qui sic vere cum domino Iesu resurrexit, seipsum viuum præbere per dies quadraginta qui est numerus mysticus, sacer & perfectus. Numerus iste constat ex decẽ quater ductis. Omissis diuersis considerationibus, capiam⁹ per decẽ, decem dominica præcepta. Præcepta aũt dantur de actibus virtutum. Virtutes aũt ad quas oẽs reducũtur, sunt quatuor, scz, prudentia, iustitia fortitudo & temperantia. Præbere ergo seipsum viuum post passionẽ per dies 40. in multis argumẽtis, est post vitia & peccata & vitiosas passiones quæ animã affligunt, cruciant & occidunt, præcepta dominica prudenter, iuste, fortiter & temperate adimplere. Non enĩ est possibile decem p̄cepta dominica adimplere sine præfatis virtutibus, Iustũ est deũ colere q̃d

spectat ad religionē, q̄ est pars iustitiæ, & parentes, q̄d spectat ad pietatem, & nulli negare quod vellet qs iuste sibi tribui, & nolle alteri facere q̄d nollet sibi fieri, quod spectat ad alias partes iustitiæ. Et hæc om̄ia præcepta dn̄ica sonant. Et quia in hac vita quædam aduersa & dura in obseruantia mandatorum dei occurrunt, ita vt dicat manufortis Dauid: Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras, necessaria est in omnibus talibus animi fortitudo. Et e diuerso quia quædam blandiuntur, & emollire animū virilē moliunt̃, in talibus necessaria est tēperantia. Sed si moderatrix prudentia defuerit (q̄ auriga virtutum dicit̃) currus virtutū subuertit̃. Idcirco necessaria est prudentia vt videat quis quas necessarias circunstātias obseruare debebit in virtuosis actibus diuinorū præceptorum. Prudentia, & si om̄ibus in via dei ambulantibus necessaria sit, permaxime tn̄ feruentibus, q̄a de facili exorbitant & præcipitant se, ita vt perficere iter virtutū non possint. Qui aūt nouerit se moderari, tandem perueniet ad finem dierum quadraginta, ad perfectionem sc3 virtutū, occisis vitijs, moderatis passiōibus, & tunc sibi lumen aperietur, quo sibi sine periculo prospicere poterit, & alijs consulere. Tunc occurrent omnia lucide & prompte, quæ antea erant ignota & difficilia. In admirabilem pacis & quietis locum se animus recipit, cum in perfectionis virtutū culmen ascenderit. Qui talis esse poterit se vtique in deo viuere probauit, sed nondum per certitudinem euidentiæ. Quia sicut Christus per diuersa argumenta suam resurrectionem astruebat, ita tamen, quod fides (quæ est non apparentium) de sua diuinitate, & etiam resurrectione in cordibus fidelium remaneret. Sic etiam resurrectio spūalis & vita probatur, & præbet̃, vt tamen non sit certitudo euidentiç, q̄a gratia dei in abscondito latet, & virtutes theologicç, q̄ a solo deo infundūt̃, & vitā ꝟtutibus p̄bēr, ex nobisip̄s

Tobię.4
Matth.7
Psalm.16
Actu.1
Hæbr.11

non sunt. Idcirco euidenter scire non possumus, nec exhibere vitam animæ spiritualem. Talia enim omnia in futurum seruantur incerta, ita vt nesciat homo vtrum Eccl. 9 amore an odio dignus sit. Habet nihilominus magnam certitudinem & probamentum vitæ spiritualis qui mysticum quadragesimę numerum prout præmisimus, impleuerit. Hic iam potest ascendere in cœlum Hic quia consurrexit vere cum Christo, quæ sursum Coloss. 3 sunt quærit, vbi Christus est in dextera dei sedens, & quæ sursum sunt sapit, non quæ super terram. Hic di Philip. 3 cere potest cum Apostolo: Nostra conuersatio in cœlis est, scilicet secundum animam, quæ secundum Augustinum verius est vbi amat, quàm vbi animat. Hic sedet iuxta Isaiæ vaticinium, in pulchritudine pacis Isaiæ 32 & in tabernaculis iustitiæ, & in requie opulenta. Hic gustat pacem dei, quæ exuperat omnem sensum. Excedit enim omnem dulcedinem. Gustari quidem potest, sed nemo effari. Hanc mundus dare non potest, recipi tamen in hoc mundo potest ab eo qui primo se ipsum pacificauerit, vt etiam filius dei dici meruerit Matth. 5 iuxta illud: Beati pacifici, quoniam filij dei vocabun Rabanus. tur. Dicit Rabanus: Pacifici sunt, qui omnes motus Pacifici q. animi componunt, & rationi subijciuut, quia his nihil repugnat, qui similes patri suo sunt, qui est summa quies. Et vera quædam pax est, vbi nihil repugnat. Amplius de hac pace præparante hominem ad Augusti. gustum dei, dicit Augustinus in libro de verbis dñi quod pax est serenitas mentis, ne scilicet intellectus errore obscuretur: tranquillitas animi, ne scilicet appetitus sensitiuus inordinatis passionibus moueatur simplicitas cordis, id est, voluntatis, vt scilicet libere in deum dirigatur. Beat⁹ talis mūdicors & pacificus, quoniam etiam in hac vita deum videbit & perfruetur. Non enim ita facile ignis sursum ascendere potest, sicut mens à creaturis purgata & in se pacifica, ascēdere valet ad videndum deum & fruendum. Qui

vero fine hac pace ex virtutibus acquisita, secundū quod iam prædixi, putant se posse ad pacem dei peruenire, & in deū ascendere, desipit & errat. Hic charissimi maxime ad nos Carthusiēses spectat exhibitio vitæ spiritualis, ascensus in deum, fruitio pacis, sicut accipere possumus ex verbis mellifluí Bernardi, scribētis ad Carthusienses. Ait enim: Altissima est professio vestra, cœlos trāsit, par angelis est, angelicę similis puritati. Non enim vouistis omnem sanctitatem, sed omnis sanctitatis perfectiōem, & omnis consummationis finem. Non enim vestrum est languere circa communia præcepta, neque hoc solum attendere quid præcipiat deus, sed quid velit, probantes quę sit voluntas dei bona, beneplacens & perfecta. Aliorum est deo seruire, vestrum est adhærere. Aliorum est deum credere, scire, amare, & reuereri: vestrum est sapere, intelligere, cognoscere, frui. O quantum ab hac perfectione adhuc distamus fratres mei. Dominus Iesus, qui est pax nostra, secum ad cœlos corda nostra rapiat, imbuat, & perficiat.

Bernard. ad f. de monte dei

¶Septem domini ascensiones imitandæ. Exhortatio III.

VEnite ascendamus ad montem domini. Isaiæ secundo: In hac venerādā festiuitate Ascensionis domini nostri Iesu Christi, venite charissimi & totis præcordialibus desideriis ascendamus in montem domini, hoc est, in cœlum, vt aliquando realiter illuc peruenire valeamus. Et si est arduum valde, vt peccatores, & pulueres & vermes ascendere possent ad tantum fastigium, non est tamen desperādum, quia ducem habemus fidelem & veracem, omnipotentem & misericordem, volentem & potentem

ſuum promiſſum adimplere, dn̄m Ieſum Chriſtum: qui cum exultaſſet vt gigas ad currendam viam, hodie aſcendit ad montem domini, & ſedet ad dextram virtutis dei. Hunc ducem ſequamur, notemus viã ꝙ cucurrit. Reliquit enim nobis exemplum vt ſequamur veſtigia eius. Quia ſi in cordibus noſtris aſcenſiones viarum eius diſpoſuerimus, de valle lachrymarum, in domum domini lætantes ibimus, euntes de virtute in virtutem, donec videamus deum eorũ in Sion. Cæterum præſuppoſitis alijs imitationis domini vijs, ex ſerie ſancti euangelij perpendimus ſeptem aſcenſiones domini Ieſu, in quibus eum ſcandendo ſequi debemus. Primo aſcendit de aquis Iordanis in deſertum, vt tentaretur & probaretur. Iſtũ aſcenſum chariſſimi fratres iam fecimus. Poſt baptiſmata enim amararum lachrymarum pœnitentiæ, vel piarum lachrymarũ maioris profectus, aut certe ſuauium lachrymarum æternæ vitæ ad deſertum venimus Carthuſianum, vbi non delitiatur, ſed contunditur caro, vbi tentamur & probamur quales ſumus, vbi tota vita noſtra eſt militia & tentatio. Vbi monemur per S. Auguſtinum perſeuerare vſq; in finem, qa tentatio pſeuerabit vſq; in finẽ, vbi vnicuiq; dicit̃ noſtrũ a quodam: Fili accedens ad ſeruitutẽ dei ſta in iuſtitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Occurrunt enim nobis euntibus ad terram promiſſionis, & montem domini Amalec, Seon & Og in hoc deſerto, vbi ſunt ſerpentes igniti, & ſcorpio, & diſpas. Iſtæ ſunt diuerſæ tentationes, inter has tentationes ambulamus per iter patientiæ, & peruenimus cum Chriſto ad probationem. Tribulatio enim patientiam operatur: patientia vero probationem. Quod enim fornax auro, quod lima ferro quod flagellum grano, illud confert tribulatio iuſto. Secundo aſcendit dominus in montem Thabor, vt transfiguraretur. Hic aſcenſus eſt nobis ſumme ne-

Pſalm. 18 · Iohan. 13 · Pſalm. 83 · Pſalm. 121 · Pſalm. 83 · Iohann. 1 · Matt. 3. 4 · Iob. 7 · Auguſtin. · Eccleſi. 2 · Nume. 21 · Deutero. 3 · Roman. 5 · Matth. 17

cessarius, ne in tentationibus per pusillanimitatem deficiamus. Igitur ne luctum & laborem interminabilem, aut inutilem arbitremur, Christi transfigurationem attendamus, & eandem gloriam spe certa expectemus: qa cõfigurati corpori claritatis eius, hęredes erimus dei, cohæredes autem Christi. Ipse em̃ ait Volo pater, vt vbi ego sum, & illi sint mecum, vt videant claritatem meam, &c. Et alibi: Vbi sum ego, illic & minister meus erit. Sed quia spes parit multitudinem gaudiorum, ne lætitia secura sit & torpens, ad ascensum hunc ambulare debemus per viam timoris quia dicitur nobis: Exultate ei cum tremore. Beatus enim est homo, qui semper est pauidus. Adiunctæ enim sunt sibijnuicem duæ istæ molæ timor & spes, inter quas molimur, quas loco pignoris accipi prohibuit Moses. Tertio habemus in euãgelio, quod dominus Iesus ascendit ad montem orare solus. Ex quo enim spes transfigurationis nostrę differtur, affligit animum. Ne animus ergo dormiat, ascendere debemus in montem & orare. Oratio quippe est ascensus mentis in deum. Quod melius perficimus soli quàm comitati. Ne autem oratio ipsa fiat in peccatum, ambulandum est per viam deuotionis. In hoc ascensu est conformitas voluntatis nostræ ad diuinam. Omnem ergo orationem & petitionem nostram condire debemus, dicendo: fiat voluntas tua. Et non sicut ego volo, sed sicut tu. Quarto dominus Iesus ascendit in montem cum discipulis suis, quando doctrinam EVANGELICAM tradidit. Huc ascendamus fratres, & discamus nouum testamentum, quod latebat sub vmbra veteris. Ascendamus per viam meditationis, meditantes in lege domini die ac nocte. Beati em̃ sunt, qui scrutãtur testimonia eius. Cognita vero veritate, dandũ est talentũ ad vsurã, diriuãdi sunt fontes nostri foris, vt abyssus abyssum inuocet, & cortina cortinã trahat,

Philip. 3
Galat. 4
Iohan. 17
Iohan. 12
Psalm. 2
Prouer. 28
Lucæ 4.
Oratio.
Matth. 26
Matt. 5. 6. 7. 8
Psalm. 1
Psalm. 118
Prouer. 5
Psalm. 41

Matth.21 Quinto ascendit Iesus asellum. Et nos subiugale ani
1.Cor.9 mal ascendamus, de quo dicit Apostolus Paulus: Ca-
stigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Corpus
itaq; nostrum est animal subiugale, quod insidere de
bemus, id est, per rationem subigere, & gubernare,
Numer.22 ac eius seruitio vti. Non licet nobis hoc iumentum
ad modum Balaam prophetæ insipientis, latera eius
fuste cędendo ad iter prauum impellere, aut gladio
2.Petr.2 interficere. Alias sicut subiugale animal hominis vo-
ce loquens prohibuit prophetę insipientiã, ita ipsum
corpus corriperet animæ rationalis insipienitã, si hu
mana lingua loqueretur dicẽdo: Tu ministerio meo
vteris in peccatum, propter quod tamen tibi commẽ
datum non sum. Stomachus diceret: Tu me grauas
cibo & potu. Caput diceret: Tu me grauas fumo ci-
bi & potus. Simili modo cætera membra loquerent.
Ita diceret totum corpus: Tu me interficis non præ-
bendo necessaria, aut quia nimis me grauas, &c. Ita-
que ascendendum est super asinum vel asellum per
Roma.6 viam temperantiæ, vt sicut seruierunt membra no-
stra immunditiæ ad iniquitatem, ita temperentur ad
Psam.118 seruiendum munditiæ ad iustitiam. Hoc Psalmista
imprecatur dicẽs: Confige timore tuo carnes meas.
Roma.12 Sed contra nimietatẽ Apost. monet dicens: Sit ratio-
nabile obsequium vestrum. Sexto ascendit domi-
Iohan.12 nus Iesus in crucem vt exaltaretur, iuxta illud: Cũ
Cantic.8 exaltatus fuero à terra, &c. Et illud Canticorũ: Ascẽ
dam in palmam. Ista exaltatio significat statum per-
fectionis. Hunc ascensum faciunt, qui carni & seculo
Galatas 6 mortui sunt, quibus cum Apostolo mundus crucifi-
Lucæ 9 xus est, & ipsi mundo, qui audiunt & sequuntur, tol
lę crucem tuam quotidie, & relinque omnia quæ ha-
bes, & sequere me, &c. Ad hanc perfectionem ex vo-
to nostro tendere tenemur, ex quo hunc statum as-
sumpsimus. Quapropter crucem in oculis hominũ
circumferimus in habitu nostro. Via vero facilior &

compendiosior ad istam excellentiam est obediẽtia. Christus enim dominus per istam viam ad crucem peruenit, patri factus obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Extra obedientiam vix, aut raro fiunt homines perfecti. Obedientia enim tanquã crucis patibulum omnia membra hominis immobiliter astringit. Non potest ambulare cum velit: & posita est custodia ori eius. Sic arctata sunt membra, ne liceat eis debita explere officia: victum, habitum, incessum, gustum, somnum, orationem, exhortationem, lectionem, non in suo, sed in alterius constituit arbitrio. Septimo dominus Iesus ascendit in cœlum. Post crucem ascendit in cœlum: quia oportebat Christum pati, & sic intrare in gloriã suam. Sic nos post palmam victoriæ omnium vitiorum in cruce obedientiæ per viam perseuerantiæ ascendemus in montem domini. Quia solus qui perseuerauerit in finem saluus erit. Hæc est via, iusti intrabunt per eam, & nõ transibit per eam incircuncisus & immundus, nec alienus, sed qui redempti & saluati fuerint à domino, cum exultatione portantes manipulos suos. Ibi videbitur deus deorum in Sion, nõ per speculum, sed ad oculũ, non in ænigmate, sed in facie. Ad quã visionẽ recipiat nos, qui hodie præcessit nos, cum venerit iudicare nos Iesus Christus dux noster, iudex & aduocatus noster.

Philip. 2
Psal. 140.
Lucæ 24
Psalm. 23
Matth. 10
Isaiæ 52
Psalm. 83

¶ Sex itinera eundi ad patrem. Exhortatio IIII.

RElinquo mundum, & vado ad patrem. Iohannis decimo sexto. His verbis innuebat dominus Iesus discipulis suis, quòd mundum erat deserturus præsentia corporali, iturus per passiõem & ascensionem tanquam per quasdam intermedias vias: quarum vna fuit tardior, altera velocior, imò velocissima, ad patrem tanquam ad finem optatum.

Grego. De hoc ascensu est præsens solennitas. Et quia oĩs
1.Iohan.5 Christi actio, nostra est instructio, placeat nobis vt mundum, qui totus in maligno positus est relinquamus, & eamus per intermedias vias, quarum vna tardior videtur, eo quod nunc agitur, sc; per passionem
Gal.5. crucifigendo carnem nostram cum vitijs & concupiscẽtijs, & per secũdã eũdo velocissime post mortẽ ad patrem tanq̃ ad finem vltimum satiantem omne desideriũ nostrum, & totam capacitatẽ nostrã adimplẽtem. Hoc est em̃ quod cũ Philippo dicimus: Ostẽde
Iohan. 14 nobis patrẽ & sufficit nobis. Retardant autẽ cõmuniter homines venire velociter ad hunc finẽ, qa ignorãt, aut negligunt ambulare itinera p̃fataꝝ intermediarum viarum. Quapꝑter volo charitati vestræ demonstrare aliqua rectissima & optima itinera, & hortari vt illa expedite ambuletis, & sic ad patrem citissime perueníetis.
I. Primum iter est iter martyrij. Istud iter est optimum, breuissimum atque certissimũ. De hoc est communis sentẽtia doctorum, ꝙ qui martyrium suscipit ꝓ fide Christi, vel etiam ꝓ q̃cunque virtute conseruanda, vel exercenda, decedens, immediate ingredit cœlum.
Cyprianus. Vnde inquit sanctus Cyprianus O delicata passio, & gloriosa confessio, absoluitur ꝑ martyrium anima à vinculo carnis, & in cœlo cũ triumpho eleuatur ab angelis. Et propterea dicitur extra. de celebratione missarum. c, Cum Matthę. Quod iniuriã facit martyri, qui orat pro martyre. Quia orans pro martyre, denotat eum eius suffragio indigere, quod falsum est, cũ iã certissime ꝑuenerit ad cœlũ. Et hoc multis exemplis ostendit deus, vt patet in legendis sanctoꝝ.
II. Secũdũ iter est purgatio baptismalis, cuius effectus est, vt sanctificatus intret in regnũ cœloꝝ. Quod intelligendũ est, nedũ de pueris, q actu alia peccata nõ fecerũt, sed etiã de adultis, q̃tacunq; peccata ꝓpria originali addidissent. Ad hoc ostẽdẽdũ baptisato Christo, apti sunt cœli, & vox patris into-

nuit: Hic est filius meus dilectus, quod intelligendum est non solum de Christo, sed de quocunque baptisato debite, inquantum sc3 est filius per adoptionem. Filio autem debetur paterna hæreditas. Sed sicut filius naturalis non potest bis à matre secundū carnē nasci sic nec adoptiuus potest amplius in baptismo adoptari, ergo illud iter est nobis dudum baptisatis clausum Idcirco oportet ad aliud iter accelerare. Tertiū iter est iter cōpunctionis. Non tamē oīs cōpunctio seu cōtritio valet immediate conducere in cœlū, sed illa q̄ tam intensa est, q̄d aufert culpā & pœnam. Hanc habuit Dismas latro, crucifixus cum Christo à dextris ideo audire meruit: Hodie mecum eris in paradiso. Hanc habuit Maria Magdalene, qñ dimissa sunt ei peccata multa. Hanc quędam meretrix habuit, quæ audita p̄dicatione, cū tāta cōpunctiōe & lachrymarū effusione ad confessionē accessit, q̄ in pcessu ipsi9 præ dolore mortua fuit. Et cum cōcionator (dubitans de eius salute) recommendaret eam populo, vox de cœlo audita est, q̄ non indigeret illa eorū orationibus, sed potius ipsi suis. Immediate enī euolauerat ad regna cœlestia. Quartum est iter pfectionis, de quo dicitur in Prouerbijs: Iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectum diem, id est, perfectam conuersationem. Hæc perfectio consistit in perfectissima charitate quæ secundum Apostolum, est vinculum perfectionis. Heu charissimi fratres, hæc adhuc longe est à nobis. Attendamus signa eius, vt agnoscamus imperfectionem nostram. Sunt enim signa eius martyrij desiderium pro dei honore & proximi salute, carnem experiri spiritui subiectam, sedatum se fore satis à passionibus (& si aliquantulum interdum insultum aliquem patiatur, quia hoc non est contra perfectionem) cogitationibus turpium non multum molestari, per contemplationem animum suum cum deo occupari, concipe

Matth.3 & 17, Lucæ 3.9.

III.

Lucæ 23

Lucæ.7,

IIII.

Prou.4.

Coloss.4

re visionis eius affectum, peccati odium, mundi fastidium, vitam præsentem habere in patientia, & mortem in desiderio, in alijs exercitijs (nisi quantum charitas vrget) non delectabiliter occupari, sed magis contemplationi & lectioni vacare. Per hoc iter hor-
Gene.17. tatus est dñs Abraham incedere, dicens: Ambula coram me, & esto perfectus: id est, totaliter dirige mentem tuam ad me, omnia ad me referendo, & meæ voluntati ac beneplacito te subijciendo, & sic eris perfe-
Psalm.118 ctus. De hoc ipso habetur in Psalmo: In toto corde meo exquisiui te. Hoc perfectionis iter intrauerat
Philip.1 Apostol⁹, qñ dicebat: cupio dissolui & esse cũ Christo. Hoc iter impleuerant sancti, Paulus primus eremita, Benedictus, Bernardus, Ludgerus & alij multi, quibus post eorum obitum statim aperti fuerunt cœli, vt patet in legendis ipsorum. Ad ambulãdum hoc iter perfectiõis, institutus est sacer ordo noster Carthusiensis, sicut & omes aliæ religiones. Cæremoniæ vero & statuta, sunt quædam adminicula ambulandi facilius hoc iter. Qui ergo cæremonias bene obseruauerit, & secundum statuta se regulauerit, & secundum dictamen rectæ rationis (quod homini propriũ est) in omnibus moralibus virtutibus vixerit, & in his feruenter, non tepide progrediendo, non retrocedendo, voluntatem propriam abnegando, superioribus non detrahendo, non otio & confabulationibus murmurationibusq; vacando, sed potius pijs exercitijs, scilicet orationi, deuotioni, contemplationi, & attentioni in diuino officio cum omni reuerentia & vigilantia diuinas laudes persoluendo, & in his bonis omni laude dignissimis se infimum æstimando, perseuerauerit, & ad perfectionem peruenerit, cœlum sibi apertum haud dubium post mortem experietur.
Religiõis priuilegia Quãuis enim in religione nonnulli perdite ac damnabiter viuant, ipsa tamen religio propterea non est mala, sed optima, & status perfectionis, & tanti pri-

uilegij, vt in sui susceptione omnia peccata & eorum pœnas relaxet, secundum sanctum Thomam, & alios doctores. Et quia bonum non minoris est virtutis aut efficaciæ, quàm malum, idcirco sicut aliquis mente retractans malum quod fecit, & inde gaudẽs & complacens sibi in illo malo, consensumq; pr̨ebens à nouo peccat. Sic etiam religiosus recordans professionis suæ, & complacens sibi in eo, & consensum pr̨bens effectum primæ professionis consequitur, scilicet remissionem omnium peccatorum atq; pœnarum. In isto itinere charissimi fratres nos constituti sumus prospiciamus quòd caute ambulemus, vt fructũ huius itineris percipere mereamur, & post finem huius vitæ statim in cœlum euolare ad patrem valeamus.

Quintum iter est iter tribulationis, Vnde Sapiens: V.
Iustum (ait) deduxit dominus per vias rectas, & o- Sapien.10
stendit illi regnum dei. Et paulo post: Honestauit illũ in laboribus, quasi labores & tribulationes sint viæ rectæ, per quas ostendit deus perueniri ad regnum
suum. Et in Actibus dicitur: quod per multas tribula Actu. 14
tiones oportet nos intrare in regnum dei. Hoc figuratum fuit in filijs Israel, qui per desertum ducti fuerunt in terram promissionis, in quo deserto maximos labores & tentationes sustinuerunt. Pauci tamẽ intrauerunt terram promissionis, quia pauci bene vtuntur tribulationibus. Non omnis tamen tribulatio liberat hominem à peccato & pœna, sed solum cõ Psalm.50
tritum & humiliatum. Nec etiam liberat à toto, sed plus & minus, secundum patientiam & deuotionem sustinentis. Vnde aliquis posset tanta sustinere, & tã patienter & deuote, quòd plene purgatus in fine subito ad cœlestem patriam euolaret. Exemplum de Lazaro mendico, & de sancto Seruulo, vt refert sanctus Gregorius quarto Dialogorum.

Sextum iter est in- VI.
dulgentiarum, quæ dicuntur plenariæ concessæ particularibus personis in articulo mortis, vel alicui ec

clesiæ, quas solus papa potest conferre ex rationabili causa, & discrete, ex thesauro ecclesiæ sibi cõmisso, qui thesaurus constat ex merito infinito passionis Christi, & meritis sanctorum. Recipiens etiam debet implere quod iniungit in forma indulgentiæ, cum plena deuotione & cõtritione, ac firmissimo proposito cauendi de cætero peccata, &c. Et talis secundum Ray. & Hosti. decedens, immediate ad cœlum euolat. Hoc iter est delicatorum, & nõ legittime pro corona cœlesti certantium. Vnde parum respectu cæterorum habebunt de præmio essentiali (cæteris paribus.) Est etiam minus securum, quia multa requiruntur ad indulgentias, tam ex parte dantis ex causa, quàm etiã ex parte promerentis, Quapropter consulitur omnibus, quòd promereri studeant plenarias indulgentias, quoties eis offeruntur, sicut fecit Sancta Catharina de Senis, in extremis vtens quater indulgentijs plenarijs, vt si in vno defectus esset, in alio effectum sortiretur. Indulgentiæ etiam totaliter committuntur diuino beneplacito, sine quo nullus eas promereri valet. Habeat ergo necessarium est, amicum deũ, qui eas voluerit promereri. Felix per omnia esset, q ex itinere perfectionis deuenire posset ad iter matyrij, sicut cõcessum fuit sancto Mennæ, Expediamus ergo nos charissimi ab intermedijs vijs supra nominatis per aliquod horum itinerum, vt post dominũ nostrum Iesum Christum velocissime venire valeamus ad patrem.

¶De lapsu nostro in primo Adam, & ascensione per secundum, id est Christum. Exhortatio. V.

Gene. 5.

AScendit in cœlum. Ex symbolo Apostolorũ. A gaudijs paradisi ad luctum vallis miseriæ à vita ad mortem, à felicitate perpetua a d de-

lores & pericula inferni, lapſum fecimus. Et cadendo non ſolum in lutum vitiorum (dei ſimilitudinem a- mittendo) ſed etiam ſuper lapidem oſſa noſtra quaſ- ſando & frangendo .i. fortitudinem reſurgendi per- dendo, cecidimus. Itaq; ſecus infernum diſſipati iace- mus infernalium beſtiarum impetum, leonis circum- euntis & quærentis deuorationem, lupi rapacis ra- ptum, draconis tractum, pauidi ac tremuli expectan- tes. O quis fremẽtiũ beſtiarum, & inquirentiũ nos perdere aſtutiſſimorum dæmonio℞ aſtutiã atq; cona- tum euadere poterit? Certe pereuntium comparatio- ne euadentium numerus paruus eſt: veritas teſtatur in euangelio. Sed nunquid vſq; ad internetionem hu- mani generis iuſti iudicis ira deſęuit? Vere idem ipſe miſericordiarum pater exiſtẽs, non continuit in ira ſua miſericordias ſuas, ſed miſit nobis ſaluatorem & propugnatorem, & ducem vnigenitũ chariſſimũ fili- um ſuũ, qui mundaret nos ab omni ſorde vitio℞, cõ- ſolidaret ad vitam bono℞ mo℞, deduceret per viam meritorum. Attendamus ducem noſt℞, aſcendamus poſt eum, vt de terra miſeriæ & omniũ malo℞, tan- dem venire valeamus ad gaudia cœlo℞. Legimus in euangelio multas aſcenſiones ſaluatoris, & ducis no- ſtri Ieſu Chriſti. Baptiſatus confeſtim aſcendit de a- qua. Et ecce aperti ſunt cœli, ſpũs ſanct⁹ in ſpecie co- lumbæ deſcendit, & manſit ſup eũ, & vox facta eſt dicẽs: Hic eſt filius meus dilectus, &cæ. Gaudeamus fratres, quia baptiſati ſumus, quia poſt ducem noſt℞ aſcenſum magnum fecimus. Cœlum tunc nobis aper- tum eſt, & ad eius gloriam aſcripti ſumus in libro vi- uẽtium, à porta inferni abſtracti ſumus. Spiritusſan- ctus cum omnibus chariſmatibus omnium virtutũ atque donorum in nos deſcendit in columbæ ſpecie quia ornãdo nos deo, innocentiam donauit. Vnde à ſordibus originalis culpæ mundati ſumus, & dei in nobis ſimilitudo reparata eſt: Dictumquè eſt

Pſal. 140
1. Petri 5
Matth. 24
Pſalm. 76
Matth. 3

ſup ſingulos à deo patre : Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi complacui. Itaq; in adoptionē filiorum dei
Roma.8 recepti ſumus, & in hæredes eius. Cohæredes vero vnici filij eius naturalis Ieſu Chriſti. Sicq; fortitudo nobis reſtaurata eſt, in lapſu quaſſata, & confracta: quia
Iohan.1 dedit nobis poteſtatem filios dei fieri. Dixit: In quo mihi complacui: quia gaudium domini (vt habetur
Eſdræ.8 in Eſdra) eſt fortitudo noſtra, imò ſalus noſtra, & be
Miche.8 atitudo noſtra gaudium eius eſt. Felix eſt nobis iſte aſcenſus, ſi permanſerimus in eo. Sed ſicut Adā maximus ab originali innocentia, ita & nos ab innocentia reſtituta lapſi ſumus, nedum ſemel, ſed vicibus innu-
Hiere.2. meris. Prohdolor, illud Hieremiæ dominus dicere poteſt animæ noſtræ: Quàm vilis facta es nimis, iterans vias tuas. Vere vilis, quia de filio dei ornato & pulchro, & tantæ dignitatis factus eſt filius diaboli turpiſſimus, imò ſeruus & vile mancipium eius. Et anima ſponſa Chriſti, facta eſt proſtituta dęmonis. Nihil in vniuerſo vilius eo. Sed non eſt peccatoribus de ſalute deſperandum. Attendamus ducem noſtrū: Aſcendit enim in nauiculam. Aſcendamus & nos in ta
Matt.4. bulam pœnitentiæ, & in mari vitæ huius amaritudi
Thre.2. nibus nos impleamus. Sit quaſi mare contritio no-
Eccle.4 ſtra, ſit in confeſſione amara confuſio adducens gloriam, ſit in exercitijs ac laboribus amara ſatiſfactio. Perſeueremus ſuper tabulam, vtique ad portum ſalutis, & ciuitatem noſtram cum I E S V duce noſtro perueniemus. Ecce chariſſimi fratres, duos aſcenſus fecimus, primum ignorantes in infantia egimus. Secundum à diebus diſcretionis ſcientes inchoauimus, & in ipſo moramur. Quem vt conſulte perficeremus, conſulte in hoc mari procelloſo, ad ſinum religionis declinauimus, nedum ſecuriores effecti ſed etiam fructuoſiores, digniores pœnitentiæ fructus ferentes. Et videte, glorioſior nobis aſcenſus è vicino in monte T H A B O R Chriſto

ascendente & ducente (prout testantur Euangelistæ) paratur, vbi IESVS transfiguratus est ante suos Matt.17
Facies quippe eius resplenduit sicut sol, vestimenta Lucæ.9
autem eius facta sunt alba sicut nix. Hic est ascensus gloriosus, cum homo primo tenebrosus & niger à viciosis operibus, affectionibus, cogitationibus, intentionibus depuratus, in operibus iustitiæ transformatus, lucere cœperit, p̄ximis sicut sol iustitiæ in virtute sua, amictus lumine sicut iustitiæ indumento, blandus bonis, terribilis malis, blandus in vestimentorum candore, terribilis in vultus fulgore. Post gloriosum hunc ascensum, sequitur specialis quidam ascensus in mentis tranquillitate: & hic firmat præcedentem. Fit autem ascensus iste per patientiam, quę opus perfectum habet. Vnde secundum beatum Iaco.1.
THOMAM, octaua beatitudo non est nisi firmitas præcedentium beatitudinum. Est autem hæc Matt.5
Beati qui persequutionem patiuntur propter iustitiã & cætera. Patientia autem æquanimiter aliena mala Patientia
tolerat, nec propter ea à via iustitiæ declinat, sed potius mala irrogantibus compatitur. Signatur autẽ quid facit
iste ascensus in ascensu domini IESV dicentis: Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur & cætera. HIERVSALEM interpretatur Matt.20 Mar.10. Luc.18
visio pacis. Ad quam visionem duo nos ducunt, scilicet passionis & compassionis promptitudo. Hinc IESVS ascendens Hierusalem ad patiendum, etiã compassionem exhibuit, cum videns ciuitatem fleuit super eam. Fœlix ascensus, in quo possidemus animas nostras, per quem & conregnabimus. Post ascensum in trãquillitate animi per patientiam, statim sequitur ascensus in contemplationem: de qua sanctus AVGVSTINVS dicit in libro de Trinitate: Contemplatio est illa species quæ rapit omnem animã desiderio sui, tanto ardentiorẽ q̃to mundiorem & tanto mundiorẽ q̃to ad spiritualia surgentẽ, tãto

Hierusalẽ interpratatio.

Augustinus.

ad spiritualia surgentē, quāto cardinalibus affectibus & terrenis desiderijs morientem. Hæc haberi nō pos sunt mēte turbata. Quia (vt dicit Gregorius quinto Moralium) nunquam commotioni contemplatio iū-
Greg.
gitur, nec præualet mens turbata conspicere, ad q̄d vix tranquilla valet inhiare. Signatur aūt hic ascensus per ascensum domini in templum, vbi omnes eiecit de templo. Sic oportet omnes turbas cogitationum & affectuum, & inquietudines eijcere de templo contemplationis. Post contemplationem sequitur ascensus in perfectiōem charitatis, sicut post chorum cherubin sequitur chorus seraphin. Quamuis enim sine amore conditoris (qui charitas appellat̃) nequaquam contemplatio celebretur, tamen quanto quis in cognitione dei profecerit, tanto amplius in amorem conditoris inflammatur. Finis enim contēplationis est per amorem in conditorem quiescere. Hunc ascensum dominus Iesus demonstrauit, quando præ magnitudine charitatis crucem ascendit. In qua ascensione potissima nobis inditia charitatis reliquit. Vnde dicit: Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm vt quis animam suā ponat pro amicis suis Superexaltauit aūt dilectionē suā, ponendo aīam suam etiā pro inimicis suis. Supremus ascensus Christi hodierna solennitate exhibitus est: quādo super oēs cœlos ascendit, de quo in Symbolo: Ascendit in cœlū Et p̄ hūc ascensum noster in patria ascensus designatus est. Ait em̄: Vado parare vobis locū. Illum .s. quē post eū ascēsuri sumus. Locus q̄dem paratus est à domino. Nos vero parari ad ascensum illum per p̄fatos ascensus debemus, & infatigabili desiderio ad illū anhelare. Specialiter cū oramus in dn̄ica oratione, Adueniat regnum tuū, liquescere debet aīa nostra & nedum nunq̄ frigescere, sed semp magis desiderio inflāmari. Regnū dei, est videre deū sicuti est, & diligere eum sicut amandus est, & ex visu & amore fruitio,

Iohann. 2 — Iohan. 15 — Psalm. 67 — Ephesi. 4 — Iohan. 14 — Matth. 6

quod est gaudiū superans oēm sensum. Ecce regnum dei, quod debemus cogitare cū oramus. Quis digne optat illud? Quis intelligēs & sentiēs hoc, nō in amorem eius rapit? Adepto illo regno, sequet laus sanctificans nomē patris: & hoc est illud halleluia, q̊d audiuit Iohan. cantari in cœlo. Sed nemo ad hāc laudem idoneus est, neq; aptus illo regno, nisi q fecerit volūtatem eius, q̄ implere neqt, nisi comederit panem dei quotidianū, i. fretus diuino auxilio. Ad oia aūt ista indignus est peccator. Quapropter remissio peccator præteritor, & euasio futuror necessaria est. Quātū ergo miseria præsentis vitę sustinet, iugi desiderio ascendere debemus in regnū dei. Et qa inter oia exercitia spiritualia non est, q̄ immediatius coniungit anima deo, q̄ sumendo in sacramento & visibili signo deum (quia si digne hoc peragit sacrificiū, anima intrat in deū, & de⁹ in eā, efficitq; ex duobus vnus spūs) debemus charissimi fratres pro tunc ad momentum ascendere in regnū dei, visu, amore, gustu, & tacito clamore, cātare halleluia. Quod si ad hæc adhuc infirmus est animus, propter carnem, & seculū, & alia mactet carnalia desideria, & seipsum, & oīa in præsentia Iesu pro se mactati, cuius sanguinem videt separatim à corpore, quamuis non separatum. Deberent tamen omnia exercitia præcedere, & in illo momento, si ad collectionem & effusionem spiritus necessarium fuerit, vt fit communiter, per exercitia siue dominicæ passionis, siue mortificationis, breuissime assumpta, saltum facere in libertatem spiritus, siue collectionem, siue effusionem, ad gustandum deum.

¶ Quid sit iubilatio. Exhortatio VI.

ASCendit deus in iubilatione. Psalmo quadragesimosexto. Verbis istis Psalmi innuitur, q̊d dominus noster Iesus Christus verus deus, hodierna solennitate cœlos ascenderit in iubilatiōe.

Hæc iubilatio referri poteſt ad diuinitatem eius,&ad humanitatem. Si ad diuinitatem eius refertur,illa eſt puriſſima & perfectiſſima, & prorſus infinita,&origo omnis iubilationis tam in hominibus,quàm in angelis. Eſt origo omnis iubilationis,quia non eſt vlla vera iubilatio,niſi concepta fuerit de ſolo deo. Et iſta iubilatio non prouenit domino Ieſu ratione ſuæ aſcenſionis,ſed ineſt ei à natura. Hæc enim iubilatio eſt diuina eſſentia. In deo quippe non eſt aliquid accidentale donum,ſed quicquid in deo eſt, hoc eſt eſſentia ſua & natura, & incommutabilis ſubſtantia. Eſt igitur deus iubilatio ipſa immenſa æternaliter ſubſiſtens. Sed dicet aliquis: Quid importat aut ſignificat iubilatio? Hic oportet loqui de humana iubilatione, vt per eam diuinam nobis vtcumque iubilatio

Iubilatio. innoteſcat, Eſt vero iubilatio gaudium cordis, quod nec verbis explicari poteſt,nec penitus reticeri. Iubilatio hæc differenter habetur ab hominibus, vel ſecundum quòd participãt gaudium magis vel minus, vel ſecundum quòd ſunt exercitati in ſpiritualibus exercitijs magis vel minus, vel ſecundum quòd habent naturalia dura vel mollia,&cæ. Et hæc faciunt gaudium, vel contegi in corde, vel erumpi foras magis &minus. Eſt igitur iubilus vel iubilatio gaudium de deo. Gaudium vero,ſicut & multa alia, ortum ha

Rabanus. Amor diuinus. bet ex amore. Vnde Rabanus: Amor diuinus eſt ignis in meditatione mentem purificans à ſordibus vitiorum,lux in oratione,mentem irradians claritate virtutum,mel in gratiarum actione mentem dulcorans dulcedine diuinorum beneficiorum, vinum eſt in contemplatione, mentem inebriãs iucunda & ſuaui dulcedine,ſol eſt in æterna beatitudine mentẽ clarificans sereniſſimo lumine, & ſuauiſſimo calore exhilarans ineffabili gaudio perenni iubilatione. Inter omnes autem appetitiuas operationes, inuenitur amor eſſe principium,quo ſublato, neque gaudiũ erit

si adipiscitur aliquis quod non amat, neq; tristitia si impediatur ab eo quod non amat: si videlicet amor tollatur, & per consequens tolluntur omnes appetitiuæ operationes, quæ quodammodo ad gaudium & tristitiam referuntur. Diligentissime obseruāda sunt hæc ijs qui volunt bene & laudabiliter gaudere, & nolunt inutiliter contristari. Item ijs qui nolunt male gaudere, & volunt vtiliter contristari. Videant ij qd amant. Regulent amorem suum. Ametur solus deus & alia in deo, & propter deum, & erunt regulata gaudium & tristitia. Vt vero ad radicem iubilationis perueniamus, scrutemur vlteriora. Nihil amatur nisi bonum, vel sub ratiõe boni: nec bonū amatur, nisi cognitum. Omnem enim cognitiõem sequitur appetitiua operatio, & primo amor. Qui si non sequatur, non sequitur etiam gaudium vel tristitia. Radix igitur iubilationis est cognitio. Amor vero boni adepti, est causa vicinior gaudij illius, quod dicitur iubilatio. Non enim omne gaudium est iubilatio, sed solum illud q̄d de deo cognito & amato habetur. Ad iubilationem igitur requiritur cognitio & amor dei. Cum ergo in deo sit perfectissima suipsius & omnium cognitio, & purissimus amor, sequitur quòd in deo sit etiam iucundissimum gaudium & iubilatio. Quæ oṁia cum non sint in deo accidentia, sed eius substantia atq; essentia: eapropter sunt etiam immensa, incommutabilia & infinita, excedentia cognitionem & æstimationem nostram. In nobis vero sunt participatiue, accidentaliter & limitata. Ex his tamen participatis possumus vel modice aduertere, quæ sit iubilatio dei & ipsius Christi Iesu secundum diuinitatem eius. Si vero referatur iubilatio (de qua dicitur: Ascendit deus in iubilatione) ad Christi humanitatem, sic proprie in eius ascensione impleta est hæc Psalmi prophetia. Quamuis enim dominus Iesus ab instāti suæ creationis & vnitiõis cum verbo in vna personalita

te, fuerit secundum portionem superiorē animæ, vere beatus & comprehensor in cognitiōe, in amore, in iubilatione, etiam super omnes spiritus angelicos, creaturaliter tamen participatiue & limitate secundum capacitatem humanam auctam & explosam p singularem gratiam, & in resurrectione & hodie in ascensione esset, quo ad portiōem inferiorem animæ ab omnibus miserijs libera, & in corpore glorificato & suo modo spūali: tñ specialiter gaudebat ascendēdo iubilatione felicissima in deo (quē actualiter contemplabatur & amabat) eo q̊d humanitas in eo ad cōsessum cum deo patre sublimabatur vltra oēs choros angelorum in gloriam summi dei, & in salutem, consolationem, & laudem totius generis humani, vt merito dicatur: Ascendit deus. i. Christus Iesus, in iubilatione. Ascendit etiā iubilantibus angelis, qui omēs (haud dubium) festine suarum sedium reparatori, imo suo dño & creatori, & glorificatori occurrerunt cum iubilo. Et qua putamus conscenderit iubilatiōe cum eo redempta & capta sancta sanctorum innumerabiliū captiuitas? Iubilabant non minus Maria mater Iesu, & Apostoli, & discipuli, & mulieres, & omēs qui aderant, videntes quem super omia diligebant cum tanta gloria propria virtute ad cœlos conscēdere. Amor enim est causa iubilationis. Et quia ipsi adhuc indispositi erant & inhabiles ascendere cum Iesu

Actu. 1 ascenderunt (sancto Luca testante) in cœnaculum cētum viginti homines, ieiunijs & obsecrationibus se aptantes, vt virtute induerentur ex alto, qua imbuerentur, & præpararentur, & dignificarentur aliquando ascendere post Iesum. Factum est. Ascenderunt cum iubilatione ad Iesum relinquentes nobis exempla & doctrinas, quibus prouocati & docti, nitamur quotidie & in fine vitæ cum iubilatione ascendere

Esdræ 8 ad Iesum. Hoc vtique p̄uidebat Iesus deus, ascendēs

Neemi. 8 in iubilatione. Gaudium em̄ dñi (vt dicitur in Esdra)

est fortitudo nostra, hoc est, iubilatio dñi Iesu est nostra fortitudo, qua iubilando ad eum ascendimus. Gaudebat enim de futura nostra hac iubilatione. Fratres mei charissimi, vt mereamur ascendere post finẽ huius miseræ vitæ ad Iesum in iubilatione, discamus nunc in vita, vt tunc sciamus in morte. Est magna ars ascendere ad Iesum. Discamus hanc artem. Tempora ad hoc nobis indulta, non pereant. Singulis diebus assignetur aliquod tẽporis spacium, in q̃ (semotis omnibus occupationibus) se animus recolligat in deum videntem, vel intelligentem & amantem, vt videat, amet, & iubilet. Cum deum in sua propria specie videre nequeamus, inter cætera media & ænigtiata l, & similitudines, aut species intelligibiles efficacissima ad videndum deum, non videtur isto medio aliquod melius quo præsentatur animo deus videns & amãs. Ad quem videntem & amantem, & cum q̃ est nobis habendus iugiter sermo. Quamuis enim maleuolis & peccatoribus terribile videtur, quod à deo videantur, tamen hominibus bonæ voluntatis blandus & suauis est. Amat quippe bonos incomparabili amore, in seipso optimus est, imò solus bonus, & totus desiderabilis, & delitiæ eius sunt esse cum filijs hominum. Accedamus igitur cum fiducia ad thronum gratiæ eius, ad contemplãdum eum, nõ fraudabimur quia ipse testatur: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Ad cuius visionem, statim amor accedit. Et his duobus existentibus, iubilatio succedit, & confabulatio, & sermo durant. Deus videns & visus, amans & amatus exigit ab amante anima, vt moriatur omnibus peccatis, & defectibus & imperfectionibus, & se exornet omnibus virtutibus, & amorem sibi soli totaliter dedicet. Vult eñ solus amari. Aĩa vero respondet deo, se totã totaliter offerẽdo ad oĩa petita sine fallacia, qa scit se deũ fallere non posse. Vnde dicit, in toto corde meo exquisiui te, & cæt.

1.Cor.13

Li.1. vide capite 2,

Prouer. 8

Matth. 5

Psalm. 118 De illa totalitate sæpe habetur in Psalmis. Vt autem anima deo deuota inter tot occupationes humanarum rerum, & tentationes varias, & seculi turbationes, semp se in tuto recipere valeat, debet assuescere fugere & accedere ad deũ. Deputet dietim aliquã morulã temporis, & colligat spiritum suum, & deum videntẽ & amantem atq; præsentem requirat, donec sentiat spiritualiter aspectum eius in intimis per fidem: nec deijciatur animo quis si non statim, vel semper inueniat quod requirit. Perseueranter quęrat & inueniet,
Matth. 7 pulset & aperietur ei, petat & accipiet iuxta promis-
Lucæ 11 sionem veritatis. Plures deficiunt à perseuerantia. Idcirco non perueniunt ad quęsitum. Cum vero peruenerit ad deum, qui vtiq; semper adest, colligat fasciculum beneficiorum eius, & gratias agat, pro peccatis veniam & reconciliationem petat cum fidutia, nihil hæsitãs. Iniuria maxima est diffidere de deo, &c. Emendationem offerat vsq; ad minima, ne aliquid relinquatur in oculis summæ maiestatis offensiuum. Amorem suum totaliter, ab omnibus abstractum, soli deo in veritate dedicet, & ad omne beneplacitum diuinum resignatissimo corde seipsum offerat. Gaudium, pacem, consolationem, desiderium, finem, & omne bonum in solo dilecto deo constituat. Ex hoc exercitio deriuabuntur riuili diuinæ largitatis, quibus intellectus illustrabitur, memoria fœcundabitur affectus inflãmabitur & dulcorabitur, & omnes animæ vires pro capacitate vniuscuiusq; ditabuntur. Cũ ergo anima ijs assueta, per exercitia & dei donum in diuino amore firmata fuerit, in omni tentatione, & turbatione, & damnis perpessis, & quibuscunq; afflictiuis, statim ad id q̃d diligit, & vñ solatiũ habere cõsueuerat, confugiet, & si inuenerit amorem cum dilecto deo inito illæsum, inmediate contemnet omnia, & gaudebit se & sua in tuto conseruasse. Solummodo enim quærit deum diligere, & ab eo diligi, & ipsi

placere: &in hoc ſtatuit omne bonum ſuū. Quo ſano &integro comperto, alia ꝓ nihilo reputat. Idcirco de nullo alio habito gaudet ſi deū offenderit, nec de amiſſo aliquo dolet, non offenſo dilecto domino. Et qm̄ pſens ſermo in longum prolatus, non finit de ijs ampliora loqui, remitto vos fratres ad directorium contemplatiuorum, &ꝓlogum eius, &ad aliū tractatum de effuſiōe cordis, in qbus hæc ad longū docet.

ℭQuomodo Chriſtum ſequi debeamus aſcendentē, a viſco miſerę captiuitatis noſtræ abſoluti. Exhortatio. VII.

Aſcendiſti in altū, cepiſti captiuitatem, accepiſti dona in hoībus. Pſal. 67. Pſalmus iſte ad literā loqtur de dn̄o noſtro Ieſu Chriſto, ſicut patet per Apoſtolū Ephe. 4.
dicentem: Vnicuiq; noſtrum data eſt gratia ſecūdum menſuram donationis Chriſti, propter q̄d dicit: Aſcendens in altū, captiuā duxit captiuitatē, dedit dona hoībus. Nec refert verborum varietas cum maneat eadam veritas. Vnde Auguſtin.
Auguſtinus: Cū propheta dixerit: Accepiſti dona in hominibus, Paulus apoſtolica authoritate maluit dicere, dedit dona hoībus, vt ex vtroque verbo, vno ꝓphetico altero apoſtolico (quia in vtroq; eſt diuini ſermonis authoritas) ſenſus pleniſſimus redderetur. Vtrūq; em̄ verum eſt, &quia dedit hoībus, &quia accepit in hoībus. Dedit hominibus, tāquā caput membris ſuis. Accepit in hoībus idē ipſe vtiq; in mēbris Auguſti.
ſuis. Itē Auguſt. Paulus apoſtolica authoritate, ſecundū quod filius cū patre deus eſt, dicit: Dedit dona hominibus, mittens ſpm̄ qui eſt patris &filij: Sed ſecundum quod idem eſt caput in eccleſia, accepit dona in Matth. 25
membris, dum ipſa membra accipiūt. Vnde ait quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Hæc cha

rissimi referre volui, vt non turbemini cum in scri-
pturis sanctis in verbis nonnunquam varietatem in-
ueneritis, quia est vnus & idem spiritus veritatis, qui
veritatē in tali varietate voluit tradere, cuius autho-
ritati sancta mater ecclesia columna veritatis innitit
1. Tim3 dominus autē noster Iesus, saluator & verus amator
noster, post victoriam diabolo deuicto, morte oc-
cisa, vita perpetua hominū repata, claustris inferna-
libus diruptis, ingressu cœlesti reparato, hodierna so
lennitate super omnes cœlos spirituales, quocunque
noīe censeantur, siue sint homines sancti, siue spirit9
angelici, in dextera dei patris, .i. in melioribus bonis
æternæ beatitudinis, & sup oēs cœlos materiales in
empyrio se recepit, quia vltra empyrium non est lo-
cus vllus. Sessio ad dexteram patris (hoc est, in melio
ribus bonis æternæ beatitudinis vltra oēs cœlos spiri
tuales) ei debet ratiōe iuris naturalis cū sit fili9 dei na
turalis, etiā secūdū hūanā naturā ꝑpter gratiā vnio-
nis. Vn9 est em̄ fili9 dei patris, & fili9 ꝟginis matris Ie
sus Christ9 hęres dei. Etiā eadē hęreditas sibi debetur
Lucæ24 ratiōe victorię, iuxta illud: Oportebat Christū pati &
ita intrare in gloriā suā. Ascēsus vero sup oēs cœlos
materiales, sibi cōpetebat ex conditiōe stat9. Iā em̄ e-
rat glorificat9, corp9 glosū hn̄s, & vitā immortalē &
incorruptibilē, & impassibilē. Idcirco loc9 ei cōuenie-
bat & decebat cœlestis & incorruptionis. Loc9 em̄ de-
bet esse ꝓportionat9 locato. Cœlū ergo empyriū (q
est locus beatorꝝ spirituū, & hominū in aīa & corpore
glorificatorꝝ) super oēs eū decebat. Et de hac decētia
gaudiū q̄ddā habuit, nō qdem ꝙ tūc de nouo de hoc
gaudere inciperet, qn̄ in cœlū ascēdit, sed quia nouo
mō de hoc gauisus est, sicut de re impleta. Processit
igitur hæres dei patris, dn̄s Iesus Christus in hære-
ditatē suā. Et quia nos cohæredes eius esse debemus
Col.3. dignū est ꝙ ad eā mēte saltē (qa corpore nōdum vale
mus) trāseamus. Sic Apostolus monet: Quæ sursum

ſunt q̄rite, vbi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens, q̄ ſurſum ſunt ſapite, nō q̄ ſuper terrā. Et iterū ad Phil. affirmat, qd ipſe cū ſuis fecerit dicens: Noſtra conuerſatio in cœlis eſt, ſc; quoad animā, p fidē, ſpem & charitatē. Hæ em̄ virtutes (qn̄ pfectæ ſunt) ſemp ſimul ſunt & inſeparabiles, & p eas anima leuatur in cœlum Quia (ſicut dicit Auguſt.) anima (quæ eſt principalis pars hominis) verius eſt vbi amat, q̄ vbi animat. Ergo anima q̄ amat deū, verius eſt in cœlo quā in terra Et quia ſancti poſt iudiciū erūt in cœlis etiā in corpore glorioſo, ideo ſubiūgit Apoſt. Saluatorē expectamus dominū Ieſum Chriſtū, q reformabit corpus humilitatis noſtræ, cōfiguratū corpori claritas ſuæ. Proprius ergo locus noſter eſt cœlū empyriū, vbi nos amator noſter expectat Ieſus. Noluit eſſe nobiſcū in terra præſentia corporali (q diuinitate ſemper nobiſcū eſt) nedum qa eū nō decuit manere in terra, ſed etiam propter meritum fidei noſtræ, q̄ eſt de non viſis. Vn̄ ait S. Ioh. Spūs ſanctus adueniēs, arguet mundū de iuſtitia, ſc; eoꝝ q credūt (vt exponit Auguſt) Ipſa qppe fideliū cōparatio, infideliū eſt vitupatio. Vn̄ ſubdit, qa ad patrē vado, & iā nō videbitis me. Beati em̄ q nō viderūt & crediderūt. Secūdo, ppter ſpei noſtræ ſubleuationē. Nā ipe dicit apud Ioh. Si abiero, & p̄pa rauero vobis locū, iteꝝ veniā & accipiā vos ad meipſum, vt vbi ego ſū, & vos ſitis, hoc eſt, in cœlo empyrio. Per hoc em̄ ꝙ Chriſt. hūanā naturā aſſumptam in cœlo collocauit, dedit nobis ſpē illuc pueniēdi ordinato tēpore, q iteꝝ in terræ puluerē reſoluimur. O ſtupēda fides, O admirabilis ſpes. Tertio addirigendum charitatis affectū in cœleſtia. Dicitur em̄ apud Matthæum: Vbi eſt theſaurus tuus ibi eſt & cor tuū. Si ergo Chriſtus eſt theſaurus noſter, cū ipſe ſit in cœlo, ibi erit vtiq; & cor noſtrū. Cum Chriſto ergo (& ſi nōdum corpore) mente in cœlum aſcendamus. Secundum membrum innuit captiuitatem captiuitatis, dicens; cepiſti captiuitatem, Apoſtolus dicit captiuam

Philip. 3
Auguſt.
Iohan. 16
Iohan. 14
Matth. 6.
Pſalm. 67
Ephe. 4

duxit capitiuitatem. Satisfactor enim omnium peccatorum dominus Iesus in captiuitate diaboli miserabiliter detentos (descendens ad inferos) absoluit & felicissima captiuitate (quæ vere liberos efficit) secum ad cœlum adduxit. Cepit ergo captiuitatem, et duxit. Charissimi fratres, ascendendo cum domino Iesu, etiam nos capiamus & ducamus captiuitatem. Quæ est hæc captiuitas quam capere & ducere debemus? Ipsa est misera dilectio nostra. Præceptum est

Deutero. 6 Matth. 22 Marc. 12 Lucæ 10

nobis: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, hoc est, ex tota voluntate tua, in qua est affectio id est, quædam spontanea ac dulcis ipsius animi ad aliquid inclinatio. In corde ergo, id est, in voluntate est sedes amoris. Exequutio vero amoris ex imperio voluntatis per alias potentias exprimitur, cum dicitur: Et ex tota mente tua, id est, intellectu & ratione, vel vita intellectiua, & ex tota aīa tua, id est, vita sensitiua, & ex tota fortitudine, vel virtute, vel ex omnibus viribus tuis, id est, ex omnibus potentijs motiuis & exequutiuis. Omē ergo quod sumus & quod possumus, debemus ex amore syncerissime impendere domino deo nostro, ita quod dilectio nostra nulli impendatur, nec vlli adhæreat, nisi soli deo. Per hoc efficimur liberrimi, & vnus spiritus cum deo. Quod si dilectio nostra alicui creaturæ adhæserit, tunc capta est visco, quemadmodum auicula visco in pennis vel alis capitur, ne libere auolare valeat. Viscus est inordinata inclinatio, vel affectio ad seipsum, quæ dilectionem deo debitam tenet, vel retardat. Hæc affectio quęrit mollia & sensibilia, & propriam commoditatem. Euitare nititur omnia quę molesta sunt in spiritu vel in carne, in præsenti vita, vel in futura. Similiter omnia exercitia corporalia vel spiritualia facit vt sibi acquirat mercedem in præsenti & in futuro. In omnibus semetipsum quærit. Etiam deum nō propt deū, sed propter seipm quęrit, Et fit q̄d talis pu-

tat quod deum diligat, cum in veritate seipsum, non deum diligat. Affectio insuper ad cognatos, ad benefactores, & quoscunque alios inordinata, propter quorum complacentiam impeditur, vel tardatur dilectio in deum, viscus est. Occupatio intellectus circa studia scientiarum & artium, quæ non conueniunt statui studentis, nec conducunt ad amandum deũ: imò aliqua obsunt plurimum, viscus est. Impẽsio virium in opera exteriora, quæ non iuuant amorem dei, sed impediũt, viscus est. Affectio inordinata ad quascunque creaturas, viscus est. Captiuitas hęc in misera nos detinet seruitute, nec ad cœlum conscendere permittit. Absoluamus fratres charissimi captiuas affectiones nostras, & captiuas ducamus in libertate spiritus, quo solum domino deo nostro placere desideramus. Hæc sit prima & principalis nostra cura, vt illi placeamus. Ista vero complacentia non petitur nec desideratur propter seipsam, sed propter deum, cui non potest amore coniungi nisi placeat. Hoc innuere videtur Apostolus Iohannes, dicens: In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Augustinus: Non prius dileximus, vt quasi merito nostræ dilectionis ipse diligeret nos, sed & ipse prior dilexit nos, vt præeunte gratia eius, nos eum diligamus. Deus est ergo qui operatur in nobis vt ei placeamus, & reciproce vult vt ipse nobis placeat. Quia veri amatores non quærunt nisi amare & amari, & inuicem placere. Igitur qui placere deo desiderat, suiipsius & omnium obliuiscitur, nec est ei cura de aliquo nisi de solo deo, qui sibi solus plenissime placet, & omnis volũtas eius, & om̃e beneplacitum eius, & omnia opera eius, & omnia mã data eius atque consilia. Inter hæc vertit se ad seipsum ad proximum & ad omnia quæ amari possunt, & ea in deo, & propter deum ordinatissime diligit, iuxta mandatum domini, dicentis: Hoc est pręceptum me-

1. Ioha. 4
August.
Iohan. 15

um, vt diligatis inuicem, ficut dilexi vos, ſcilicet, ad æternam beatitudinem, & non ad aliquid aliud. Et pro hac dilectione implenda, impendit omnes vires intellectiuas, & ſenſitiuas, & exequutiuas. *Sic implē*
Deuter.6 do mādatum hoc: Diliges dominum deum tuum ex
Matth.22 toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex tota ani-
Marci.12 ma tua, & ex omnibus viribus tuis, ducit omnes af-
Lucæ 10 fectiones ſuas captiuas in cœlum.

DE SPIRITVS SANCTI miſſione. Titulus ſextus.

¶Spiritus ſancti donorūq; eius effuſiōe, ſalutem noſtram conſumatam eſſe. Exhortatio I.

Repleti ſunt omēs ſpirituſancto. Actuum 2. Hodierna ſolennitate perpetua noſtra ſalus nobis facta eſt. Neq; enim incarnatio, neq; paſſio, neq; reſurrectio, neq; in cœlum Chriſti domini aſcenſio nobis profuiſſet, ſi non hodierna die diuinis impleti chariſmatibus Apoſtoli per vniuerſum modum docturi gentes (de quibus nos nati ſumus) miſſi fuiſſent. Quomodo em̄ gentes crede-
rent ſine prædicante? quomodo vero apoſtoli prædi
Roma.10 carent niſi mitterent? Sine fide vero impoſſibile eſt
Hebr.11 placere deo. Itaq; initiū recuperationis noſtræ incarnatio dn̄i eſt. Miſſio vero ſpirituſſancti ſalutis noſtrę pro ſtatu huius viæ conſummatio eſt. Quapropter profuſis gaudijs totus in orbe terrarū mundus exultat. Notandum eſt aūt, quare hæc repletio ſpūſſan-
Roma.10 cti Apoſtolis conceſſa eſt. Chriſtus em̄ finis legis eſt
1.Cor.3 & initiū vel fūdamētū ecclę ſcd̄m Apo. Tāto aūt aliqua meliora ſunt, quanto magis appropinquant fini & principio ſuo, q̄ vnum ſunt. Dicit em̄, finis eſt principium, qa eſt primū in intentiōe. Dicit etiā principiū

finis qa est vltimũ in exquutiõe. Quãto etiã aliqd vi cinius est igni & lumini, tanto magis pticipat de igne & luce. Similit̃ q̃to sancti erãt viciniores Christo, tan tomagis pticipabãt de eo. Vñ scdm doctores, q̃to,p: phetia vicinior erat Christo, tãto erat clarior. Idem est de sanctitate. Quãuis em̃ Hiere.,ppheta in vtero le git̃ sanctificat9, hoc tñ clarius habetur de Iohã. Bap. de q̃ veritas dicit, q: inter,pphetas Iohã. Bap. maior nemo est. Puritas vero matris dei, q̃ est,ppinquissima Christo, tãta est, q̃d nequit maior infra deũ cogitari. Hinc est ergo q: Apo. primitias spũs habẽtes legũt̃ spũ repleti. Erãt em̃ nobiliora membra Christi, p q̃s sicut p viuida instrumenta tenebras veteris legis illu straret, & nouellos ecclesię filios igniret & illuminaret Quod vtiq; fieri non prius congruebat, q̃ sacramẽtũ nostræ salutis per passiõem, & resurrectionẽ, atq; as censiõem domini foret impletũ. Quod em̃,pphetę de Christo futuꝝ, hoc Apo. annũtiare debebãt p̃teritũ & factũ. Ideo Ioh. dicit: Spũs nondũ erat datus, qa Ie sus nõdũ erat glorificatus. Ad annũtiãdũ vero Chri stũ nõ vni genti (sicut,pphetæ) sed toti mũdo (sic ut Apo.) reqrebat̃ maior gratia, & illustratio, & auxiliũ. Credẽda em̃ q̃ in noua lege publicãt̃, sunt multo plu ra & magis ardua, ac excedẽtia, q̃ erãt credẽda in lege antiqua. Repleti sunt ergo spiritu sancto Apostoli .i. donis spiritussancti. Non enim spiritussanctus sibi in corporauit Apostolos in vnitate personæ sibi vnien do, sicut verbum dei deus vniuit sibi humanam na turam, incorporando sibi intantum quo'd dicatur diuinitas CHRISTO corporaliter inhabi tare, sed largiore beneficio ipsos suis donis ditauit. Asscribitur autem spiritui sancto istud potius quàm patri aut filio, quia quicquid ad amorem, ad bonita tem, ad gratiam, ad dulcedinem & ad similia per tinet, spiritui sancto appropriatur, eo' quo'd proce dit per similitudinem amorosæ inclinationis,

Hiere.1 Luc.1 Lucæ 7 Anselmus Roma.8 Ioh.7. Colo.

ſecundum modum voluntatis à patre & filio, ſicut filio appropriatꝛ quicquid ad cognitionē ptinet, eo q̃d pcedit à patre ſecundū modum intellectus, & patri appropriatur q̃cquid ad poteſtatē pertinet, eò quòd ſit principium perſonarum in diuinis. Tamē quicquid vni pſonæ appropriatur, etiā aliaꝝ duaꝝ pſonarum eſt, quia tres pſonæ ſunt vnus deus. Cū ergo dicitur ꝙ hodie ſpiritu ſancto diſcipulos repleuerit, non excludūtꝛ pater & filius, ſed potiꝰ includūtꝛ, quia ſpiritus ſanctus eſt amboꝝ ſpiritus. Qualiter aūt & q̃bus donis impleti ſunt, eſt breuiter dicēdum: Biformes ſunt virtutes. Quædā ſunt morales, quæ diſponunt & pficiunt hominē quòd bene ſit mobilis ad imperiū rationis, ſcꝫ ad finē connaturalē huiuſmodi. Quędā ſunt virtutes theologicæ, quæ diſponunt & pficiunt hominē ſecundum ꝙ eſt per rationē mobilis ad finē ſupernaturalē, ſed hoc imperfecto & ſufficienti mō, q̃a imperfecte cogniſcimus & diligimus deū. Quapropter vt ad finē ſupernaturalē perfecte & ſufficiēter homo moueatur, indiget motore excellentiore & ſupernaturali, ſcꝫ deo, & vt faciliter & bene ab eo moueatur, indiget etiā diſpoſitiōe & perfectiōe ſupernaturali. Hoc autem fit per dona quæ pſupponunt virtutes theologicas, per quas coniūgitur homo deo. Neceſſe eſt eñ ꝙ mobile aliquo mō cōiungatur motori, & etiā ꝙ ſit ſibi proportionatū, quæ proportionatio vel diſpoſitio eſt perfectio mobilis, inq̃tū eſt mobile. Homo ergo mouēdus ad finē ſupernaturalē a deo coniungitꝛ ei per fidē, ſpem & charitatem. Per hęc tñ nō eſt prōpte mobilis à deo. Quapropter infunduntꝛ ei habitus q̃dā, q̃bus prompte redditur mobilis ad imperiū diuinum, & dona ſpirituſſancti vocātur, vt eſt ſapientia, intellectus, ſcientia, conſilium, pietas, fortitudo & timor. Prædictas virtutes & dona habebant Apoſtoli, q̃n in die pentecoſtes receperunt ſpiritum ſanctū. i. dona & ꝟtutēs à ſpiritu ſancto, Oēs aūt ꝟtutes ſunt

Virtutes ſunt biformes.

connexæ. Qui em̄ vnam virtutem, vel vnū donū habet vere, habet omnes virtutes & dona. Sed quia (vt prędictū est) in oēs gentes docendas mittendi erant Apostoli, hodierno die omnia prædicta excellentiori modo à spiritu sancto receperūt, & inamissibiliter, q͂a decuit fundamenta duodecim ecclesiæ super Christū fundāda, de quibus in Apocalypsi legitur, esse firma. Vnde nūquā post hāc receptionē mortaliter peccare potuerunt. In quali aūt gradu singuli Apostoli singula receperūt, ipse nouit q̄ fecit oia in numero, pōdere & mensura. Omnes tñ per virtutes & dona dispositi & proportionati erāt promptissime moueri ad imperiū rationis, & instinctum diuinum, prout congruebat & necessarium erat pro ædificatione & instructione fidelium. Quod vt possent efficaciter docere, datæ sunt eis excellentissimo modo gratiæ gratis datæ, quæ dantur ad aliorum vtilitatem. Erant ergo quadam supereminēti certitudine fidei illustrati, sermone sapiētię q̄ad cognitionē diuinoꝝ, & scientię, quoad cognitionē rerū humanarū illuminati, gratia q̄que sanitatū & operatione virtutū superexcellēter dotati, spiritu ꝓphetiæ, & discretione spirituum quoad secreta cordium perscrutanda, illustrati, ad exprimendum aliis intelligibilem mētis cōceptum (ita quod oim gentiū linguis loquerēt, & in proprio idiomate loquētes ab oibus intelligerent) singulari gratia peculiariter priuilegiati, ad sacram scripturam varaciter interpraetādam prompte & variis modis (cum tñ essent idiotæ) mirifice ditati. Talibus Christi discipuli & amici adimpleri benedictionibus post abscessum eius meruerūt & non in sua præsentia, quia adhuc præsentem sensualiter amauerunt. Quapropter indispositi ad spiritualia extiterunt. Ideo dicit dominus: Nisi ego abiero paracletus nō veniet ad vos. Si Christi præsentia sanctissima, propter carnem & sensum præpediuit accessum paracleti, quid putamus fratres mei?

Apoc.21.
Sapi.11.
1.Cor.12.
Iohan.16.

Nunquid amor immundissimę carnis impediet influ
xum purissimi spiritus in nobis? Vtiq; impediet, non
2.Cor.7 infundet sapiens sapientia vnctionem preciosissimā
nisi in vas mundissimum atq; dignissimum. Mundes-
mus itaq; charissimi corda nostra ab omni immun
ditia carnis & spiritus, vt donum spiritussancti non
Actu.8 per emptionem, vt pseudo Simon & Magus voluit
sed per suam largitatem consequi mereamur.

Quomodo aptissimo tempore Apostolis spiritussanctus sit datus, & quomodo nobis eiusdem dona prębeantur. Exhortatio II.

NOndum erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Ioh.7 Ille nouit quando spūs erat dandus qui nouit plenitudinem temporis,
Galat. 4 in q̄ mittendus fuerat filius suus. Illud vero scrutari & agnoscere, soli dei est. Videtur tamē esse vna ratio quare scilicet debebat mitti filius illo tempore, nec alio, & dari spiritus illo tempore, nec alio. In vtroq; quærebatur gloria dn̄i, ipsius cognitio per fidem, cultus & amor, reconciliatio & salus humani generis docere & exhibere immortalitatē aīæ, corporis resurrectionē, & vtriusq; glorificationē, & q̄cunq; ad hęc ꝑtinent. Et q̄d hæc per mediatorē dei & hominū facta essent, & in ipso veraciter adimpleta, demōstrādū erat. Vt aūt hoies hæc reciperent & crederēt, tēpus
Ecclesi. 3 vtiq; aptum & opportunū seruandū erat: Oia em̄ tēpus habent. Quod vtiq; tempus nouit ille qui condidit tēpora. Videt aūt tunc aptū tempus fuisse vt mitteret veritas, qn̄ oēs à veritate errabant. Et tūc sal. æterna prædicaret quando oēs de futura vita & salute dubitabant & diffidebant, Opposita em̄ iuxta se

posita magis elucescunt. Sic etiã videt opportunum tẽpus fuisse tunc primo resurrectionẽ & ascensiõem atq; ęternã vitã omniũ mortalium mortalibus annũ tiare, cũ hæc in ipso mediatore Iesu Christo peracta ostendere poterant Apostoli, & alij missi per infusam sapientiã & stupendam eloquentiam, nec non & per manifestissima & maxima miracula, oẽm naturã excedentia. Maximum eñ diuinũ testimoniũ fuit veritati euangelij impensum, qñ hoiẽs idiotæ subito accensi, nouerunt & audebant pro Christo occiso, ipsis occisoribus inimicis eius testimonium pstare p clarissimam sapientiã, cui resistere aduersarij non poterãt cũ intellectu & explanatiõe profunda sacræ scriptutæ, cũ eloquentia clarissima, ita vt nedũ intelligerent oĩa idiomata & loquerẽt, q ante vix vnũ nouerãt, sed etiam ipsis in vno idiomate loquẽtibus, eoꝝ verba auditores diuersaꝝ regionũ pfecte vno tẽpore in proprio idiomate intelligerent, prout dicit in Actibus Apost. Stupebant oẽs & mirabant adinuicẽ dicentes: Nonne ecce oẽs isti q loquũt Galilæi sunt? Et qũo audiuimus vnusquisq; linguam nostrã, in qua nati sumus? Et nõ solũ in Iudæa, sed & à solis ortu vsq; ad occasum, & in oẽm terrã exiuit sonus eoꝝ, & in fines orbis terræ verba eoꝝ, & pdicauerũt vbiq;, dño cooperante, & sermonẽ confirmante, sequentibus signis & stupendis miraculis, prout constat legẽtibus Actus Apost. & legendas sanctoꝝ. Et cõuersi sunt ad deũ maxima milia hominũ ex omni natiõe q̃ sub cœlo est: & adhuc ante finẽ seculi reliqę cõuertẽt & reget v̄bũ dei (put in Apoc. legit) oẽs gẽtes in virga ferrea Ecce q̃ta vtilitas ex datiõe spũs. Manifestatio eñ spiritus dat ad vtilitatẽ. Quæ aũt vtilitas facta esset, si ante glorificationẽ Iesu spũs dat⁹ fuisset? Qũo p mediatorẽ Iesũ recõciliationẽ, resurrectionẽ, ascẽsionẽ, & ętnã salutẽ hoĩb⁹ ĩpetratã crederet, quẽ adhuc mortalẽ aut viderẽt, aut audirent? Et ideo q̃uis aliq̃ spũs

Lucæ 21

Actu. 2

Psalm. 18

Matth. 16

Apoca. 19

1. Cor. 12

Portio data fuit pro sui aduentus manifestatiōe, abundantia tamē spiritus ad opportunum tempus, post scilicet suam glorificatiōem, seruata fuit. Et nos charissimi non arbitremur nos posse ad abundantiora dei dona peruenire, secūdum communem legem, nisi Iesus primo in nobis fuerit glorificatus. Primo ergo in nobis vetus homo peccator crucifigatur, mori
Rom. 6. atur & sepeliatur, resurgat tertia die (qui dies dicitur dies gratiæ) nouus homo qui secundum deum creatus sit, qui in nouitate vitæ ambulet. Quæ vita postquam perfecte exhibita & probata fuerit in multis argumentis, vt vere se resurrexisse noster nouus homo gloriari possit. Tunc demum ascendat in cœlum ibiq; perpetue commoretur semper, sicut ipse deo cognitus & præsens est (sicuti sunt omnia) ita deus iugiter sibi præsens sit, illum attendat, illi inhæreat, ille solus placeat, illi soli placere desideret, illius voluntati totaliter suam voluntatem conformet, nihil cogitare, loqui, audire, sentire, nec se mouere in corpore, nec intelligere, scire, vel velle in anima velit, nisi secūdum illum, & cum illo. Hic glorificatus, & in deo gloriosus, accipiet dona in hominibus, id est, dona
Psalm. 67 spiritus sancti in viribus seu potentiis & sensibus humanis tanquam missis & Apostolis suis. Et erit super mirabile videre quum intelligat & videat intellectus quantum diligat, & quid gustet affectus, quàm recta sit intentio, quàm regulata volūtas, quàm disciplinati omnes sensus, vt sciri possit, quod vere quinquage
Actu. 2 simo die in iubilæo & iubilatione, in ineffabili gaudio homo ille ex seruo factus sit liber & vere redierit ad possessionem pristinam, ad paradisum delitiarum dei. Hic iam edoctus à spiritu sancto omnem veritatem, aptus est & alios docere viam veritatis, & eiiciendo quasi scintillas, id est, ardentia verba, valet
Sapient. 3 alios ad charitatem inflammare, nec non probata eius virtus corripere prævalet insipientes, imbuere

malos, seu amaros bonitatem aut dulcedinem, immorigeratos disciplinam, errantes scientiam. Ecce quantus fructus & quanta vtilitas, quod dona spiritus post glorificationem primo dantur. Si enim ante glorificationem darentur, pauci, vel nulli ædificarentur. Non enim prædicatio eius accipitur, qui leuis in moribus esse videtur, vt ait Gregorius. Et Leo Papa: Facilis ad exhortãdum fit oratio, efficax ad suadendum. Validiora tamen sunt exempla quàm verba, & plenius est opere docere quàm voce. Quæ opa necesse est vt ex radice charitatis prodeant, quæ diffusa sit in corde ipsius per spiritum sanctum, qui datus est ei, sicut Apostolis, vt erudire valeat cum ipsis plurimos. Nemo tamen humilis frater hæc audiens, & longe adhuc se distare à perfectione considerans, de felici hoc statu resurrectionis, & ascensionis, id est, glorificationis & receptionis donorum spiritus sancti, desperet. In omni enim statu spirituali est inuenire aliquid de inchoatione, aliquid de profectu, & aliquid de perfecto, excluso tamen mortali peccato, q̊d stare non potest cum spirituali vita, & incluso conatu proficiendi. Quia qui non conatur proficere in vita spirituali, retrocedit, & semper seipso deterior fit: & ideo talis non potest sentire, nec quidem habere spiritualia ista, quæ in solennitatibus his tribus loquutus sum. Est tamen magna cõfusio & culpa apud deum religosum non proficere, cum semper teneat ad perfectionem tendere, secundum scripta sanctorum catholicorum doctorum. Frater ergo humilis, q modicum proficere studeat pro portione sua, tantũ ascẽdere valet, quantum resurrexit (si perseuerare nouerit) & tantum de spiritu recipiet. Si enim anim⁹ liber à creaturis fuerit (vel secundũ quod liberare se à creaturis præualuerit) ille talis ascendere potest in deo citius quàm ignis naturaliter sursum. Vtiq; deus & spiritus eius implebit cor euacuatum à creatu-

Gregorius
Leo Papa.
Roma. 5

ris(vel secundum quod euacuatum fuerit) citius q̃ vas vacuum implebitur aqua positum in vel contra fluxum torrentis. Proprium em̄ est deo misereri, nec oleum Elisæi stetit, q̃ diu vas vacuum inuenit. Vnusquisq; ergo pro possibilitate sua euacuet se ab omni inordinato amore creaturarum, hoc est mori, p hoc tamen non dicitur quòd aliquis debeat se per indiscretiõem destruere, sed carnis curã non facere in desiderijs. Et vnusquisq; proficere studeat in virtutibus potius q̃ in scientijs, hoc est resurgere. Et hæc omia faciat, vt deo placere & inhærere valeat, hoc est, in cœlum ascendere, quatinus post hanc glorificatiõem inactionem spũs habere & sentire valeat. In receptione em̄ spũs hõ no agit, sed patiť felicẽ istã inactionẽ.

4. Reg. 4

Roma. 13

¶De vtilitate fructuq; pacis. Exhor. III

VOS autẽ sedete in ciuitate, quoadusq; induamini virtute ex alto. Lucæ vltimo. Dominus Iesus p̃cepit discipulis suis, vt in ciuitate. s. Hierusalem, manerẽt, quia ibidem erant promissum patris altissimi, sc; dona spiritussancti plura & maiora quàm hactenus habuerant, recepturi. Et ego charissimi loco dei (cuius authoritate immeritus fungor) dico vobis, sedete & manete in ciuitate, id est, in vnitate (quia ciuitas dicitur quasi ciuium vnitas) donec induamini virtute ex alto, id est, donec id quod in vobis nondum est, aut imperfectum est, quoad reformationem interioris hominis, in virtute spiritussancti in vobis perficiatur, ad consequutionem perfectę & sempiternæ gloriæ. Vnitas quippe animorum est simul cohabitantibus summe necessaria. Sic ad cœlestia regna proficiscentibus, vnitas charitatis. Quapropter dominus Iesus patrem pro nobis rogauit, dicẽs: Pater sancte, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi vt sint vnum, sicut & nos, vnum scilicet per charitatem. Et infra: Vt omnes vnum sint, sicut

Ciuitatis interp̃tat.

Iohan. 17

tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnũ sint Vnum. s. in fide, in charitate, in pace, quia in vnũ regnum sunt futuri. Ideo infra subiungit: Vt sint cõsũmati in vnũ. Quã dulce fuit in corde & in ore dñi Iesu hoc vnum, de quo alias dixerat: Vnũ est necessarium. Vnum in via, & vnum in puentione, vnus qui est in se vnũ, gustat vnitatẽ, & nouit dulcedinem huius quod dicit vnum. Gustauerat Paulus Apostolus, qui totiens hortabat fratres, vt concordes & vnanimes forent & dicerent oẽs vnũ hoc ipsum, ne essent in eis schismata. Verũq nõ gustauit amaritudinẽ diuisionis vnitatis (sicut nos expti sumus) non potest vnitatis suauitatẽ ita facile sentire. Sentit tñ. Iam multi sunt anni, q̃d mutua charitate gaudemus. O q̃ magnum bonum est hoc, & spũssancti donum præcipuum, & pcipere hoc animo, p̃ illo virulento pestifero maligni spũs toxico, inuicẽ inuidere, & odio habere & die noctuq; tã in diuinis q̃ alibi exturbare & persequi, inuicẽ mordere, comedere, & consumere vsque a sepulchꝝ. Visitationis tpre actus spũs sancti vertere in actus spũs maligni, & vbi deberet salus fratris & emendatio inquiri, q̃rere ibidẽ fratris confusionẽ, detrahere, mẽtiri, turbare, lætari, malefacere, & exultare in rebus pessimis. & ex imminentia hoꝝ maloꝝ eodẽ tpe alios nõ posse dormire, alios nec cibum capere, alios vero celebrationẽ intermittere. Hæc oĩa facta sunt, & fiunt, vbi nõ est vnitas charitatis. Quapropter cũ Apost. Paulo, ego obsecro vos fratres in dño, vt digne ambuletis vocatione q̃ vocati estis, sc; in ordine Carthusiano, cũ omni humilitate, & mansuetudine, & patientia, supportate inuicẽ in charitate, & sitis soliciti seruare vnitatẽ spũs in vinculo pacis. Sic pseuerantes, manebitis in ciuitate & nõ discedetis à Hierosolymis, hoc est à visione pacis, sed expectabitis promissum patris, donec induamini virtute ex alto, Habemus eñi commendatiõem, q̃d mutua

Lucæ 10

Roma. 15
Philip. 1. 2
1. Cor. 1. 12

Prouer. 2

Ephesi. 4

Ibidem.

pace & charitate gaudemus. Perseueremus in his, & indubie promissum patris, hoc est, spiritus sancti dona abundantissime ex alto percipiemus. Quia vero bonum pacis multipliciter alias in collatione venerabilis patris Friburgi, charitati vestræ commendatū fuit, superfluum puto eius dictis venerandis aliquid adijcere. Volo tamen pacis fructus nonnullos nominare, vt charitatem vestram ad eius custodiam valeam efficacius prouocare. Scriptum est enim apud S.

Iob.22 Iob: Habeto pacē, & per hāc habebis fruct⁹ optimos.

Pacis fructus septē. Primus.

Primus fructus eius (vt à viliori ad nobiliora conscendam) est multiplicatio rerum tēporalium. Dicit

Hierony. enim beatus Hieronymus, quod concordia paruæ res crescunt. Quod si scriptura hoc non loqueretur, ipsa tamen quotidiana experiētia docet, & in hac domo manifeste ostendit. Ante paucos annos vix erāt in hac domo quatuordecim sacerdotes. Nunc autem dominus pacis vos pacificos multiplicauit, & bona Discordia autem monasteria multa ad extremā paupertatem deduxit, regiones deuastauit, homines & iumenta occidit, vrbes & castra cum villagijs destruxit.

II. Secūdus fructus est bona fama, honor, & gloria. Propter hanc enim describuntur in Actibus Apostolorum, discipuli habuisse gratiam ad omnem plebem. Erat

Actu.2 enim eis anima vna, & cor vnum, & erant vna

Actu. 4 nimiter in porticu Salomonis. Et erāt Apostoli iuxta

Actu.5 sentētiam Pauli bonus odor deo in omni loco, vtique propterea, quia erant pacifici, pacem annuntiantes. Et propterea multis honoribus eundem Paulum honorauerunt nonnulli. Erat enim ex illis, quorum pedes erant speciosi annuntiantium pacem, iuxta pro

Isaiæ 52 phetas Esaiam et Naum. O quanta laude digni sunt

Naum 1 religiosi pacifici, ita vt etiam irreformati omni laude digni habeantur, si fuerint pacifici. Quod si reformati nō fuerint pacifici, licet altissima etiam Carthusiana censeantur obseruantia religati, odio habētur

& omni confusiõe digni. Tertius fructus est mutua III.
conuenientium aut commorantium, fidelis amicitia
ac floridus adinuicem lætusq; aspectus, gratiosusque
occursus. Experimini charissimi fratres, quantã ami
citiam facit pax à spiritu sancto vobis donata, & ma
gis sentiretis si aliquando discordiam mutuam sensis
setis. De ratione pacis est duplex vnio. Vna est secũ-
dum ordinatiõem propriorũ appetituum in vnũ, quã
efficit charitas secundum quod deus diligitur ex to-
to corde, vt scilicet omnia referamus in ipsum. Et
hæc est amicitia hominis ad deum. Alia vnio est secũ
dum ordinationem appetitus proprij cum appetitu
alterius, quàm similiter charitas efficit, secundum q̊d
proximum diligimus sicut nosmetipsos. Ex quo cõ-
tingit quod homo vult impleri volũtatem proximi,
sicut suĳpsius. Et propter hoc inter amicabilia vnum
ponitur, scilicet identitas electionis, vt patet 9. Ethi-
corum. Et Tullius de amicitia dicit: quòd amicorum
est idem velle & nolle. Quando ista sunt in religiõe,
tunc est religio paradisus dei. Quartus fructus est IIII.
gratia dei, hoc patet in epistolis Apostolorum, qui to
tiens optabant pacem & gratiam fratribus. Impossi-
bile autem est magnam gratiam perseuerare in corde
perturbato. Idcirco in corde pacifico multa gratia
quiescit. Quintus fructus est dei filiatio. Vnde Mat- V.
thæus ait: Beati pacifici, quoniã filĳ de vocabuntur. Matth. 5
Chrysost. super Mat. Pacifici ad alios sunt, qui nõ so Chrysost.
lum inimicos in pace reconciliant, sed etiã qui imme
mores malorum diligũt pacẽ. Tales diligentes pacem Ephesi. 2
inquit idem, Christo sunt similes: q est pax nostra, q
fecit vtraq; vnum, pacificans per sanguinem crucis
eius, siue q̃ in terris sunt, siue q̃ in cœlis, scd̃m Apost.
vel qa secundum Aug. in deo est summa quies, & nil Augustin.
repugnans. Et sic habent tales similitudinem patris.
vel scd̃m Chrysost. pacifici dicunt, q nec odiunt nec
litigant, sed litigantes & discordantes ad pacẽ redu-

cunt. Hi recte vocantur filij dei, qa hoc vnigeniti opus fuit congregare dispersa, & pacificare contra se præliantia. Hoc autē est maximū & dignissimū esse filiū re-
Iohan.3 gis æterni. Vñ Iohā. Videte inqt, qualē charitatē dedit nobis pater, vt filij dei nominemur & sim⁹. Et vtiq; tales sumus, si veraciter pacem inter nos custodiamus. Sextus fructus est receptio spiritus sancti. Vñ
VI. vt Apostoli capaces spiritussancti redderēt, dixit p-
Ioh.22 turbatis & inquietis dominus Iesus: Pax vobis. Et post pacē datā insufflauit & dixit: Accipite spiritum
Actu.1 sanctū. Et hodierna solēnitate, ipsi & cæteri pseuerātes vnanimiter in orationib⁹, ait Lucas: in vno cœnaculo, in mutua pace & charitate, receperūt spiritū sanctū in plenitudine, qa repleti sunt oēs spiritu san-
VII. cto. Septimus fructus est in se deū habere p gratiam
Psalm.75 in psenti, & in futuro eū contēplari in æterna gloria
2.Cor.13 In pace qppe factus est loc⁹ eius. Hinc monet Apost.
Heb.13. Pau. Pacē habere, & de⁹ pacis & dilectionis erit vobiscū. Et iterū. Pacē seqmini cū omnib⁹, & sanctimoniā, sine q̄ nemo videbit deū. Ergo habentes pacem, vide-
2.Thess.3. būt deum in pace perpetua. Quā impcat Pau. Thess.
Glos. dicēs: Ipse aūt deus pacis det vobis pacē sempitnam. Qui aūt pacē dedit, vno vbo dedit oīa bona. Pax qp-
Augustin. pe in se exprimit authorē oīs boni. August. Pax est vna dictio, & tribus literis scribit, ad significādū trinitatē & vnitatē. Per p. patrē, p a. amorē spiritussancti, p x Christū filiū dei pax denotat. Spiritussanctus p a in medio huius dictionis positū repsentat, qa est nexus amoris ambo;, sc; patris & filij. Et caret plurali numero pax, ad euitādū multiplicatiōem diuinæ essentiæ. Beatus ergo p oīa, in q̄ fiūt tāti mysterij res, pax ipsa, qa sunt in illo oīa bona pariter cū illa. Itaq; charissimi fratres hos fructus optimos pacis, toto corde cōcupiscam⁹ & carpam⁹, & p ipsa pace tenēda etiā
Gala.5 moriamur. Nemo vos seducat vllo mō, nemo cōtur-
Ephe.4 bet, q aūt cōturbat vos, portabit iudiciū qcūq; ē ille

Pax dei q̄ exuperat oēm sensum.custodiat corpa nostra,& intelligētias nostras in Christo Iesu, & in ciuitate sctā Hierusalē, donec induamur virtute ex alto.

¶Cur spiritui sancto asscribatur dona dedisse hominibus,& de proprietatibus ignis septē Exhortatio.IIII.

CVm venerit paracletus, ille testimoniū phibebit de me. Iohan.15.Qn̄ auditis charissimi q̄d hodierna die paracletus spiritussanctus venit non debetis cogitare ꝙ illa tertia persona in deo sola venit, sicut ỽbum filius secūda psona in deo sola venit,qn̄ fuit incarnata qa sc₃ solus filius fuit incarnatus(quāquam illius incarnationis operatio à tota trinitate fuerit)sed deus spiritussanctus dicit̄ venisse,qa deus trinitas.i.supersubstātialis intelligentia,semper actu &incōmutabiliter intelligens &amās, dona dedit excellentissima hoībus isto die,q̄ ante nunquā data fuerunt,&illa,ꝑpter correspōdentiā vel cōuenientiam ꝓcessionis spiritus sancti (quæ est per modum amorosæ inclinationis, vl'amoris) magis spiritui sancto appropriāt̄, q̄ duabus primis personis:licet in veritate illa dona æqualit̄ tribus ꝑsonis conueniāt : qa tres ꝑsonæ nō sunt nisi vna simplicissima intelligētia amās.Donatio tn̄ talis,ad amorem ꝑtinebat . Voluit eñ deus ex charitate toti mundo pereūti subuenire, vt ostenderet cōsolatioēm, dulcedinē & beneuolentiam suam .Totus quippe mundus in tenebris ignorantiæ veritatis sedebat,& de vita futura post certissimā (quā q̄tidie experiebat̄) mortē omnino desperabat . Enutritus etiā in vitijs,perpetua tormēta expectabat.Redēptio qdē facta fuerat,sed nō erat q deferret tale ꝓcium . Ecclesia lugebat& metuebat.

Apostoli habebantur tanquā homines idiotæ, & simplices piscatores, & à Christo (iā occiso) seducti. Sed
Actu. 24. subito ex thesauro amoris sui, pater misericordiarū occurrit tantis malis, idiotas doctissimos doctores effecit, quales antea nunquam fuerant. Amore præcipuo eos inflammauit, luctum omnem in immensum gaudium, & metum vertit in fortitudinem inuincibilem. Quapropter de latebris erumpentes, in laudem omnipotentis dei & Iesu Christi saluatoris mundi, ora laxabant. Tantaque de Christo testimonia præfati idiotæ protulerunt, vt per milia passim, nedum quoscunq; homines, sed etiam hostes, Christiq; occisores & derisores, atque condemnatores conuerterent. Videte charissimi, quale per vniuersum mundū Apostoli spiritu sancto repleti testimonium de Christo dederunt, vt nedum cōuerterentur homines sed etiam innumerabilia martyrum milia exquisita tormenta, & mortes diuersas pro Christo susciperent. Ecce homines liberi arbitrij propter testimonium datum de Christo, quasi seipsos nō homines fecientes, priuauerunt se libertate sua, rebus seculi, mundi honoribus, carnis delitijs, & propriam voluntatem in alterius arbitrium resignantes, arduum satis & admirabilem viuendi modum arripuerunt. Ecce fratres, hic sumus de numero illorum qui talia pro Christo impleuerunt. Quis nos huc duxisset, si spiritussanctus de Christo nobis testimoniū non fecisset? Quis nos hic teneret, nisi paracletus nos cōsolaretur, illuminaret, igniret? Notate quod dico igniret. Spiritussanctus venit
Actu. 2. super Apostolos in cœnaculo orantes & ieiunantes, venit in motu vehementi, vt mouerentur, venit in lingua, vt loquerentur. Sed hæc eis nihil ꝓfuissent ad salutē, nisi venisset spiritussanctꝰ in igne, vt amore ignirentur. Sic nobis nil prodest in monasterijs vacare orationibus & ieiunijs, nec q̊d moti sumus à seculo huc venire, nec quod lingua docemus aut canta

mus,nisi igne amoris sui spiritussanctus nos igniret. Hoc enim solo intersignio testimonium perhibet, q̃d spiritum Christi habemus: Qui autem spiritum Christi habet, hic est eius, Experiamur fratres vtrum hic ignis sit in nobis, ne gratis hic moremur. Ex proprietatibus ignis materialis aduertamus hũc ignem spiritualem. Prima proprietas ignis est, quod incinerando ædificia alta humiliat: ita ignis spiritussancti per donum timoris corda superborum humiliat. Vnde Hieron. Vbi est dei timor, ibi non est mentis elatio, sed lachrymosa deiectio. Vnde in Ecclesiastico dicit: Timor domini expellit peccatum, scilicet superbiæ. Expulso autem peccato superbiæ, statim infunditur gratia. Deus enim humilibus dat gratiam. Istud est signum bonum: Dicit enim Bernardus: In veritate cõperi, nihil ita efficax ad gratiam promerendam & cõseruandam, quam non altum sapere, sed timere. Secunda proprietas ignis est, quod liquefacit dura: ita ignis spiritussancti per donum pietatis liquefacit indurata corda ad compatiendum miseris, & ad effusionem lachrymarum. Hoc donum habuit beatus Iob qui dicebat: Flebam quõdam super eo qui afflictus erat, & anima mea compatiebatur pauperi. Per hoc donum expellitur inuidia, quæ dolet & tabescit de felicitate aliena. De pietate vero dicit Bernardus: O clementissima pietas, quæ non solum tribuit beneficia ijs qui diligunt, sed etiam ijs qui offendunt. Ergo ipsa non solum gaudet de successu bono alieno, sed quantũ potest, bonum auget. Hoc bonum signũ est. Tertia proprietas ignis est, quod illuminat obscura: ita ignis spiritus sancti per donum scientię illuminat mentis ignorantiam. Vnde Iohannes ait: Cum venerit spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Per hoc donum excluditur ira, quę secundum Catonem, impedit animum ne possit cernere verum. Hæc (secundum Sanctum Iacobum) iusti-

Roman. 8
Hierony.
Ecclesi. 1
Iacob. 4
1. Petri. 4
Bernard.
Iob 30
Bernard.
Iohan. 16
Iacob. 1.

tiam dei non operatur. Hęcq; (secundũ Gregorium) dum mentem pulsat, spiritussancti locum turbat. Expellitur aũt hic malus ignis à bono igne. Quarta proprietas ignis est, quod mollia consolidat, ita ignis spiritus sancti per donum fortitudinis confortat nutãtia corda. Paulus ad Ephesios ait: Det vobis dominus virtutem corroborari per spiritum eius in interiori homine. Per hoc donum expellitur acedia, quę dissoluit hominẽ & deijcit, quod non valet operari bona spiritualia & ardua. vnde in Prouerbijs habetur: Piger dicit, leo est foris, tanquam diceret, timeo aggredi ardua. Fortitudo vero promptum facit ad ardua & omne bonum: quia omnia (inquit Apostolus) possum in eo qui me confortat. Quinta proprietas ignis est, quod separat aurum à plumbo, ita ignis spiritus sancti per donum consilij separat bona temporalia ab æternis, terrena à cœlestibus, spiritualia à corporalibus. Augustinus: Consilium spiritussancti est, vt temporalia contemnentes, deo pro æternis seruiamus. Si enim (vt ait dominus) vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Per hoc donum expellitur auaritia, quæ est radix omniũ malorum. Qui vero voluerint diuites fieri, incidunt in tentationes, & in laqueum diaboli, id est, spiritus maligni. Bonum signum repperit, qui radicem hanc concupiscentiæ amaram senserit in se eradicatam. Sexta proprietas ignis est, quod rubiginem consumit, ita ignis spiritussancti per donum intellectus rubiginem peccatorum inducentem obfuscationem intellectus consumit, & intellectum purgat, vt clare diuina mysteria intelligere valeat. Vnde ait: Intellectum tibi dabo & instruam te. Docet enim intelligere deum in nobis, & in creaturis. Inuisibilia enim dei (ait Apostolus) à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Per hoc donum expellitur gula, q̃ delectat in cibis & potibus, sed donum intellectus

Ephe. 4
Prouer. 22
Philipp. 4
Matth. 19
1. Timo. 6
Psalm. 31
Roman. 1

facit delectari in spiritualibus. Vnde in Isaia habetur: Isaiæ 28
Quem intelligere faciet auditum? scz diuinū, & ange
lorum, & doctorum. Sequitur: Ablactatos a lacte, auul
sos ab vberibus .i. separatos a delectationibus car:
nalibus. Quia delectantes in carnalibus, inepti sunt
ad intelligendum diuina. Econtrario, delectantes in
spiritualibus apti sunt. Septima proprietas ignis est,
quod sursum tendit, ita ignis spiritussancti per donū
sapientiæ corda q̄ possidet sursum tēdere facit. Qua
propter monet Apostolus fideles Coloss. dicens: Quę Coloss. 3
sursum sunt sapite, non quæ super terram. Sapientia
enim dicitur quasi sapida scientia, quæ abundat in ijs
qui vruntur igne spiritussancti, vt patet in Psal. vbi Psalm. 30
canitur: Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ do
mine. De hac dicit Basilius magnus. O dulcedo melli: Basilius.
flua, ó dulcedo admiranda, quàm dulcis es in medita
tione, dulcior in oratione, dulcissima in contemplati
one, sed superdulcissima in beatitudine patriæ. Per
hoc donum expellitur luxuria. Quia secundum Gre
gorium, gustato spiritu desipit omnis caro. Nam (vt 1. Cor. 2
inquit Apostolus) animalis homo non percipit ea q̄
sunt spiritus dei. Hic igitur ignis spiritussancti expel
lens omnia peccata, vrens suauissimo amore & con:
solans, si repertus fuerit in nobis, testimonium cre:
dibile nimis perhibet de Christo, quod ipse vere sit in
nobis, & nos in illo per inhabitantem spiritum e:
ius in nobis, viuificantem nos in vita ipsius, & testi
ficantē quòd vere filij dei sumus. Ex effectu enim Roman. 8
cognoscit causa. Ait aūt in Moral. Iob sanctus papa
Gregorius: Habitare animā in corpore, probant sen:
sus vitales corporis. Habitare vero spiritum in aīa
probat vita spiritualis. Hic ignis debet diligentissi:
me conseruari, primo sub cinere, id est, meditatione
mortis, secundo sufflando, id est, orando, tertio ma:
teriā igni ministrādo, id est, opa bona multiplicando
q̄a iubet dn̄s dicēs: Ignis i altari meo semp ardebit. Leuitic. 6

¶In die Pentecoſtes quomodo homines facti ſint dij, & præconia charitatis. Exhortatio V.

CHaritas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Ad Romanos 5. In ſolennitate natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti declaratur, quomodo deus factus eſt homo, non confuſione ſubſtantiæ, quaſi ex deo & homine fieret vna ſubſtantia vel natura (quod fieri eſt omnino impoſſibile) ſed vnitate perſonæ, quia manente vtraq; (vtriuſq; naturæ, diuinæ ſcilicet & humanæ) ſubſtantia, ex deo & homine facta eſt vna perſona, per gratiam vnionis. Tã tam enim gratiam donauit deus humanæ naturę, vt eam creando ſibi vniret in vnitate perſonæ. Hæc dicitur gratia vnionis. Hodierna vero ſolennitate declaratur quomodo homines facti ſunt dij. Hodie qppe deus in homines veniens diuinæ ſuæ naturæ eos participes effecit. Hoc innuit ſanctus Petrus in prima
1.Petri.1 ſua Canonica, vbi ait: Maxima & precioſa vobis promiſſa donauit, vt per hoc efficiamini diuinæ conſortes naturæ. Quod conſortium tantæ eſt excellentiæ
Pſalm.81 & nobilitatis, vt talibus dicat in ſpiritu Pſalmiſta,
Iohann.1 (cui etiam teſtimonio dominus in Euangelio aſtipulatur) Ego dixi dij eſtis, & filij excelſi omnes. De quibus Euangelium: Qui non ex ſanguinibus neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, ſed ex deo nati ſunt. Filius regis eſt rex, filius dei eſt deus. Ergo filij dei ſunt dij. Qualiter vero hoc fiat, dicit Apoſto-
Roma.5 lus: Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Per ſpiritum ſanctum deus factus eſt homo. Similiter per ſpiritũ ſanctum homo factus eſt deꝰ, & homines dij per gra

tiam adoptionis. Adoptauit enim deus homines in filios & hæredes. Hæc tamen omnia non fiunt cũ immutatione naturarum, sed per gratuita dona, dei dignatione exhibita. Quare vero necesse fuit quòd deus fieret homo, non est præsentis speculationis, sed spectat ad festum incarnationis dei. Quare vero necessarium erat quòd homo fieret deus, pertinet ad præsentem solennitatem considerare. Sciendum est igitur quòd homo conditus est ad æternam beatitudinem possidendam, & eam potest promereri, sed nõ solum ex propria natura, vel virtute. Beatitudo quippe æterna excedit proportionem humanæ naturæ. Quapropter homo non potest producere aliquem actum, qui posset per meritum attingere æternam beatitudinem. Sicut vis ignis candelæ ardentis, non potest calefacere aquam magnam, nisi adiuuetur virtute maioris ignis, quia vis candelæ non est proportionata frigiditati magnæ aquæ. Sic etiam oportet ꝙ actus meritorius humanus adiuuetur superiore virtute ad promerendum & acquirendum æternam beatitudinem, ad quam homo est creatus. Hanc superiorem virtutem appellamus gratiam gratum facientem, quę est quoddam supernaturale donum habituale à deo infusum, secundum quod suauiter & prompte ab ipso mouetur ad bonum æternum consequendum, hoc est, æternam beatitudinem. Per hoc donũ scilicet gratiam gratum facientem, regeneramur in filios dei. Propterea gratia nobilior est ipsa anima, cum sit participatio diuinæ naturæ, sed non secundum modum essendi, cum sit accidens, & infunditur essentiæ animæ sicut proprio subiecto. Prior est etiã virtutibus theologicis, quæ ex ea prodeunt, sicut ex essentia animæ rationalis potentiæ animæ oriuntur. Subiecta vero propria virtutum, sunt potentiæ animæ, sed subiectum gratiæ est essentia animæ. Et sic gratuito dono diuino, tam in essentia animę, quã

etiã in potētījs eius, efficitur homo particeps diuinę naturæ. Sicut em̄ p potentiam intellectiuam homo p ticipat cognitionē diuinam p virtutem fidei, & scd̄m potētiam voluntatis amorem diuinū p virtutē charitatis: ita etiam per naturam vel essentiam animæ pticipat scd̄m quandam similitudinem naturam diuinam p quandam regenerationem siue recreationem Hæc regeneratio, qua homo deus efficiť p participationem, fuit semp tantæ necessitatis, quod sine ea in nullo statu vnq̄ potuit saluari, aut aliquid beatitudinis promereri. In statu em̄ innocentiæ & integritatis naturæ, indiguit ea ad volendum & operandū bonū supnaturale. In statu vero naturæ corruptæ, indiget ea primo vt curetur, secundo vt bonum supnaturale opereť. Quãdo vero in hac regeneratione gratia essentiæ animæ infunditur, tunc inseparabiliter virtus fidei scd̄m esse suum perfectum infunditur potētiæ intellectiuæ, virtus spei infunditur voluntati, virtus charitatis etiam infunditur voluntati & affectioni, in qua est amor. Et de hac infusione loquitur Apo-

Roma. 5. stolus quando dicit: Charitas dei diffusa est in cordibus nostris, p spiritū sanctum q datus est nobis. Non enim inest nobis à natura, nec aliquo mō naturaliter est acquisita, sed à spiritu sancto deo vero est infusa.

Charitatis definitio. Charitas itaq; est amicitia q̄dã hoīs ad deū, fundata sup cōmunicationē beatitudinis æternę. Hæc aūt cōmunicatio nō est scd̄m bona naturalia, sed scd̄m do-

Roma. 6. na gratuita. Quia (vt ait Apo.) gratia dei vita æterna Vñ & ip̄a charitas facultatē naturę excedit. Quod autē excedit naturę facultatē, nō potest esse neq; naturale, neq; p potētias naturales acq̄sitū, q̄a effectus naturalis nō transcēdit suã causam. Vñ charitas nō potest neq; naturaliter nobis inesse, neq; p vires naturales est acq̄sita, sed p infusionē spiritussancti, qui est amor patris & filij, cuius pticipatio in nobis est ipsa charitas causata. Posset q̄s hic dicere. De⁹ est maxime

diligibilis, cũ sit summe bonus, sed alia diligibilia diligimus sine habitu infuso, ergo nõ oportet quòd charitas nobis infundatur ad diligẽdũ deũ. Ad hoc respõdetur: Sicut deus secundum se est maxime cognoscibilis, non tamen nobis propter defectum nostræ cognitiois, q̃ depẽdet in rebus sensibilibus: ita etiã deus in se est maxime diligibilis, inq̃tum est obiectũ beatitudinis. Sed hoc modo nõ est maxime diligibilis à nobis, propt̃ inclinationẽ affectus nostri ad visibilia bona. Vnde patet, quòd ad deum maxime diligendum hoc modo, nostris cordibus necesse est quòd etiã charitas infundatur. Hic aduertite fratres, quòd charitas (qua diligimus deum super omnia, & nosipsos, & proximos in deo, & propter deum) est amor creatus à deo in nobis supernaturalis, & ideo charus, rarus atque incertus. Alij vero amores sunt nobis connaturales, idcirco faciles, & affectionem nostram qua p infusionem charitatis deum diligere deberemus, plene & expedite visco inficiunt: & per hoc vel totaliter impedimur vel retardamur in dilectione dei, & captiui tenemur. Charitas etiam datur hominibus non secũdum capacitatẽ eorum naturalem, sed secundũ volũtatem spiritus sua dona distribuentis. Hoc innuit S. Iohannes vbi ait: Spiritus vbi vult spirat. Et Apost. Hæc omnia operatur vnus & idem spiritus, diuidẽs singulis prout vult. Non est ergo currentis, vel volẽtis, sed miserentis dei quod eũ ex charitate & meritorie diligimus, magis & minus, secundũ mẽsuram donatiois Christi, q misit spiritũ suũ in corda nostra, clamantẽ abba pater, id est clamare, vel benedicere, vel orare nos facit. Et quia charitas, id est, dilectio vel amor qua diligimus deum super omnia propter seipsum sicut finale concupitum & amatum, quod ad aliud nõ est referendũ, puta q eũ amaremꝰ ꝑpter bonum nostrum propriũ q̃cq̃d illud esse posset, siue corpꝰ, siue aïa, siue præsentia, siue futura, siue proximus

Iohann. 3
1.Cor.12
Roman.9
Eph.4.
Gal.4.

sed potius omnia hæc, & omnia amabilia ad deū referenda sunt, sicut ad bonū omniū & finale. Et, ppterea nihil est amandū q̃d ad deū referri p̄sentialiter nō potest: excedit namque naturam nostram, scilicet talis charitas, ea propter etiam charitas infusa nos latet. Non enim certo scire possumus quód eam habemus nisi spiritussanctus (qui dedit) docuerit nos. Nec aliquis tantæ insaniæ sit, quód ex quibusdā signis hoc de se vellet iudicare: quia præsumptio maxima esset. Nec præsumat propter amorosos affectus vel instinctus, vel tractus, vel tactus, quos interdū in se sentit ad summum bonum diligendum, vtpote quod est summe appetibile, quia tales affectus possunt oriri vel ex ingenita natura dulci & amorosa, vel ex studiosa exercitationis frequentia. Hos affectus frequenter sentiunt deuotarij. Verus deuotarius semper debet sibi vilescere, & donis dei se indignū credere & æstimare. Quia reuera omnē admirationē excedit, quod dominus deus dignatur nobiscum amoris sui inire consortium. Quis ergo se tantæ excellentiæ debet incertus pro certo iudicare? Ecce subdo signum magnum & penè infallibile, & tamen potest fallere.

Iohan, 19 Dominus dicit: Maiorem charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Similem tamen affectum & gradum ex puris naturalibus, multi reperiuntur ostendisse, sicut Augustinus narrat primo de Ciuitate dei, quod multi vtilitatem reipublicæ propriæ vitæ præponebant: hæc tamen fiebant sine charitate. Itē aliquis potest se offerre martyrio propter fidē, vt tñ, ppter incertā stultitiam nō prosit ad salutem, ergo sine charitate, sicut de illis legitur qui se interemerūt propria manu propter vitā futurā citius obtinendā. Simile est de ijs q defendēdo fidē, stolide & vitiose se exhibent, vl, ppter tædiū vitæ, vel gloriā hūanā, vel alia motiua, q̃ etiā ipsi nō dep̄hendūt. Tales ponūt animas suas etiā sine charitate, Hæc contra

ꝑſumptionem dicta ſufficiãt. Certitudo illa nobis humilibus & vilibus, & ingratis peccatoribus, ſacco ſtercorario indutis, ſufficere debet q̃d habemus dñm deũ optimũ, cuius bonitas nõ eſt menſurabilis, nec ꝓpter peccata noſtra commutabilis, q̃ vult nos habere conſortes amoris ſui, & amplius vult quàm nos velle poſſumus, qui dat auerſionẽ à peccatis omnibus, & tollit oẽm prauã voluntatẽ. Inſuper dat nobis bonã volũtatẽ pro impletione voluntatis ſuæ. Dat dulcẽ & amoroſũ affectũ in eũ, & ardẽtes aſpiratiões placendi ei & ſimilia multa, ex qbus licet ſumere fiduciam & certã expectationẽ diuini auxilij ad gratiã & gloriã, & nõ fraudabimur hac ſpe. Ne vero ſpes hæc in præſumptionem vertatur, adeſt nobis timor propriæ miſeriæ. Quod ergo formidamus, ex nobis eſt, qui potentes ſumus noſipſos perdere. Spes vero de bonitate dei eſt, qui poteſt, & ſcit, & vult nos ſaluare.

DE CORPORIS ET SANguinis Chriſti communione.

Titulus. VII.

De Chriſti charitate corpus & ſanguinem ſuũ nobis dãtis. Exhortatio. I.

CAro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus. Iohannis ſexto. Dicit dominus Ieſus alio loco: Maiorem charitatem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis, hoc eſt, vt moriatur quis pro amicis ſuis. Vere ꝑ omnia magna hæc eſt charitas. Quapꝓpter dicit Apoſtolus: Vix enim pro iuſto quis moritur. Nã pro bono forſitan qs audet mori. Tamen abundantius hoc fecit dñs, qñ nõ ꝓ amicis, ſed pro impijs mortuus eſt vt ibidẽ dicit, Et ſubdit Apo, Cõmẽdat aũt charitatẽ

Iohan. 15

Rom. 5

ſuam deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus ꝓ nobis mortuus eſt. Sed fere hāc charitatem exceſſiſſe videtur dominus Ieſus, quādo carnē ſuam nobis in cibū, & ſanguinem cōtulit in potum. Vbi vnq̄ tale quid auditum eſt? Leguntur qdam pro alijs mortui, & quotidie ſtipendiarij pro ſuis dominis moriūtur (nō ex charitate ſed propť auaritiā, & ex malitia atq; inſania) tamē nunq̄ inuentū eſt q̊d aliquis ſeipſum alijs præberet in cibum. Vere maiorē hac dilectionem vel charitatē nemo habet, vt carnē ſuam in cibum, & ſanguinem daret qs amicis ſuis in potum. Hoc ſolus facere præualuit dominus Ieſus, amator verus. Quod mortuus eſſet, nihil profuiſſet, niſi ſeipſum in cibum nobis & potum tradidiſſet. Vn̄
Iohan. 6. ipſe dicit: Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Ecce ſine iſta nutritione ex carne & ſanguine domini Ieſu, non eſt nobis (pro qbus ipſemet mortuus eſt) vita, ſed qui manducat eius carnem, & bibit eius ſanguinem, habet vitam æternam. Sed quomō habet vitā? In me, inqt dn̄s, manet, & ego in illo. Cōedendo em̄ & bibēdo eum incorporamur ei, & vnum cū ipſo efficimur ꝑ fidem & charitatem. Et ideo ſicut dominus Ieſus ſcd̄m diuinam naturam quā accepit à patre, & eandē omnino quam habet pater, qui vtiq; eſt ipſa vita quam habet, iuxta q̊d alibi dicit: Sicut pater habet vitam in ſemetipſo, ſic dedit & filio habere vitam in ſemetipſo, id eſt, ipſe eſt ipſamet vita. Igitur ſicut filius habens vitam à patre, viuit propter patrem quia ab eo gignitur, ita qui manducat Chriſtum, & ei incorporatur, viuit propter Chriſtum qui eſt vita, & dat omnibus membris ſuis vitam. Et iſtud fit omni homini, quādo ſpiritualiter naſcitur, hoc eſt, qn̄ baptiſatur. Tunc recipit corpus & ſanguinem Chriſti ſpiritualiter actu, & ſacramentaliter in voto vľ ꝓpoſito, & viuit propter Chriſtū cui incorpo

ratur, qui dat suis membris vitam gratiæ, quæ perfi-
cietur in vitam gloriæ ęternam. Ideo dicit dñs Iesus
Qui mãducat meam carnem, & bibit meum sanguinẽ Iohann.6.
habet vitam æternã, hoc est, in spe. Posset tamen dici
habet vitam æternã, quia recipit in se deum, qui est
vita æterna. Antequam ergo aliquis manducat car-
nem Christi, & antequam bibit sanguinem eius, non
habet vitam in se, qua Christus p mortem suam vni-
uersum mundũ viuificauit. Non ergo profuisset cha-
ritas domini Iesu, qua pro nobis posuit animã suam,
nisi eadem charitate corpus suum, & carnem dedisset
nobis in cibum, & sanguinẽ in potũ. Gratiæ sint deo,
quia nos iam recepimus cum baptisatis spiritualiter
tantum, & quotidie recipimus carnem Christi & san-
guinem eius sacramentaliter & spiritualiter simul, q̃d
habent baptisati in voto tantum, & per ea vitam gra
tiæ & gloriæ, in consortium filiorum dei translati. Et
nunc audiamus dominum Iesum de nobis (qui hic p̃
sentes sumus) dicentem: Ecce ego & pueri mei, quos Isa.8.
dedit mihi dominus. Præ teneritudine dilectionis Heb.2.
omnes fideles, & nos tales, id est, fideles pueros vo-
cat. qui pueri communicauerunt carni & sanguini, &
ipse similiter participauit eisdem. Ipse enim dominus
Iesus viuit in nobis, dando vitam, & nos in eo viui-
mus, accipiendo vitam ab eo quando communicam⁹
corpus suum sumendo & sanguinem. Ecce charissimi
qualem charitatem dedit nobis deus pater per suum 1.Ioha.4.
consubstantialem filium, vt filij & pueri dei nomine
mur & simus, imò vt permaneamus. Si enim hanc
carnem & hunc sanguinem non haberemus, nec fre
quenter comederemus & biberemus, charitatis
CHRISTI (quam moriendo pro nobis ex-
hibuit) obliuisceremur. Ideo dixit ea dando: Hoc fa- Matt.26.
cite in meã cõmemorationẽ. Data vero obliuioni tali 1.Cor.11.
charitate, ꝓpter ingratitudinẽ nõ essem⁹ digni fructu

eius, scilicet vita spirituali gratiæ & gloriæ. Rursum si non frequentaremus corpus & sanguinem Christi non nos præpararemus. Nunc vero omnis communicaturus propter præsentiam Christi, tam in humanitate quàm etiam in diuinitate, abhorret indignus accedere. Eapropter secundum sancti Pauli monita, seipsum probat, examinat, dolet de peccatis, confitetur, meliorationem vitæ assumit, ne sit indignus accedere, & reus existat corporis & sanguinis domini, quæ omnia non essent, sed tabescerent peccatores in sordibus suis. Ecce qualem paternæ solicitudinis charitatem impendit nobis dominus Iesus, dando nobis carnem suam in cibum, & sanguinem in potum, vt fructus passionis suæ semper in nobis reparetur, & æterna salus condonetur. Amplius viscera pietatis suæ continere non potuit ipse (qui delectabatur delitias suas esse cum filijs hominum) quin poneret mensam conuiuis suis, & super eam panem versum (coctione ardentissimæ charitatis) in carnem suam, & vinum versum in sanguinem suum, veram escam angelorum, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem, vt experirentur filij hominum delitias charitatis suæ. O quantæ sunt delitiæ conuiuij domini, vbi est dominus reficiens conuiuas carne & sanguine suo, cui dicitur: O quàm bonus & suauis est domine spiritus tuus in omnibus. Et iterum: Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti timentibus te. Sicut enim manna timentibus deum erat esca suauissima pro vniuscuiusque voluntate, & malis non reuerentibus deum erat esca insipida, vt patet in libro Numerorum (Vnde dixerunt Anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo) sic est etiã in esca mensę domini (cuius manna erat figura) quod bonis est delitiosa supra omnes voluptates, malis vero est insipida, quanquàm etiam bonis dominus Iesus interdum cibum suum cum amicitia

Prouer. 8

Sapien. 12

Psalm. 30

Sapien. 16

Numer. 21

præbeat sine gustu suauitatis: de quo turbari non debet conscientia bona. Expedit interdum hoc fieri, vt crescat reuerentia, & inardescat desiderijs anxijs inflammata charitas. O delicata Iesu sponsa quid pateris, denegatis sponsi Iesu amplexibus? Fratres mei dilectissimi, quāto igne accensus fuit dominus Iesus quando nobis talem charitatem exhibuit? Assatus quippe igne passionis & amoris, accensus est charitate pij ardoris. In cuius signum tunc sudauit, quando se in captiuitatem donauit: Factus enim fuit sudor eius tanquam guttę sanguinis decurrentis in terram Luc.22
Quādo aliquis stat iuxta paruum ignem, sudat in facie, sed quando stat iuxta magnum ignem, sudat in toto corpore. Igitur magnus ignis in Christi pectore erat, quando toto corpore sudauit. Talis etiam consueuit multum sitire. Hinc est quod in tanto calore, sitio clamauit Iesus. Sed quid charitas sitiuit? Ait Sanctus Bernardus: Sitio ait, non doleo. O domine quid sitis? Fidem nostram, salutem nostram, gaudium nostrum. Nonnihil etiam probat calorem Christi charitatis, abiectio vestium: quasi facto diceret. Prę nimio ardore vestes retinere non valeo. Idcirco nudum se cruci affigi permisit. Nudatus vero totus rubicundus apparuit. Quia homo stans apud ignem paruum rubet in facie, sed stans ad magnum ignem, rubet in toto corpore, maxime si multum laborauerit. Nimius etiam calor corpus resoluit, & mortem inducit. Sic dominus Iesus propter nimiam charitatem qua dilexit nos, mortuus est. Cognita ergo charissimi Christi ad nos charitate, & nos reamare non pigeat. Sed dicet aliquis: Quid est charitas? Dico breuiter. Charitas est amicitia inter deū & homines, imò & angelos. Non tamen quilibet amor habet rationē amicitię, sed amor qui est cum beneuolentia, quando scilicet sic amamus aliquem, vt ei bonum velimus. Sed talis beneuolentia non sola sufficit ad rationem

Iohan.19 — Bernard. — Cantic.5 — Charitas quid.

amicitiæ, sed requiritur quædam mutua amatio, q̃
amicus est amico amicus. Talis autem mutua bene-
uolentia, fundatur super aliquam communicationẽ,
vt inter conciues, consanguineos & mercatores, &c.
Cum ergo sit aliqua communicatio hominis ad deũ,
secundum quod nobis suam beatitudinem communi
cat, super hanc communicationem oportet aliquam
amicitiã fundari, de qua quidem cõmunicatione dici
1.Cor.1 tur: Fidelis deus, per quẽ vocati estis in societatẽ fi-
lij eius. Amor aũt super hanc communicationẽ fun
datus, est charitas. Fauet ipse de⁹ nobis beatitudinẽ
accepramus & feruet amor, ipso fauente & donante,
nobis ipsi cõgaudẽtibus & felicitatẽ recipiẽtibus. Sic
augetᷓ ignis eundo & redeundo inter amãtes .s. deum
& nos. Nemo tñ propter hoc iudicet se esse in gratia.
Est bonũ signũ, sed non certitudo. Nec putet aliquis
se propter hunc accessum ad deũ se non ligari, ad ho
ras laudis dei soluẽdas, quia vtiq; tenetur soluere de
bita. Igitᷓ charissimi sicut dñs ex sua naturali bonita
te ac beneuolentia amat nos, volendo nobis omne
bonũ quod habemus, & communicat nobis æternam
beatitudinem suam: ita nos qui nihil ei dare possum⁹
Psalm.15 (quia bonorum nostrorum non eget) ex beneuolen-
tia congaudeamus ipsi superinæstimabili & inexpli-
cabili, infinita & incontaminata bonitate eius. Lau-
demus, honorificemus, & glorificemus eum. Eũ pro-
pter seipsum quæramus & omnia propter eum, &
non propter nos, vel quodcunq; aliud, quia velle ali
quid aut diligere propter nosipsos, spectat non ad a-
morem amicitiæ, sed concupiscentię, sicut amatur e-
quus vel vinum. Eũ vero desideremus cognoscere at
que diligere, & de ipso solo gaudere in æterna vita
propter ipsum, vt glorificetᷓ in nobis. Viaticũ vero
ad illã vitã est caro & sanguis Christi. Quæ cum su-
mimus, cũ summa reuerentia & maxima charitate di
camus ei: O dñe Iesu, amator verissime, & saluator

fortissime, nunc ostende beneuolentiam tuam, præsens es, & vides omnia interiora mea. Munda, illumina, accende atq; conforma. Munda, sc; à peccatis illumina intellectum, accende affectum, conforma voluntatem meam tuæ sanctissimæ voluntati.

¶ Quomodo sacramentum hoc euchari stiæ vniat nos deo. Exhortatio II.

NEmo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis, qui est in cœlo. Ioh.3. Ista verba nostri saluatoris sonant terribiliter. Si eñ nemo ascendet in cœlum, nisi ipse solus, prout ista verba ab eo, & de eo ipso dicta sunt, ergo nemo nostrum saluabitur. Sed inquiramus diligẽter donec ad medullam perueniamus, & gustabimus dulcedinem magnam & recipiemus consolationem maximã. Dominus Iesus (qui hæc verba protulit) est perfectus deus & perfectus homo, & vna persona. Tanta est illa vnitas, vt quicquid deo est proprium, communicatur homini, & quicquid homini est proprium, communicat̃ deo. Sic honorauit deus humanã naturam. Vere multum tenemur conditori vniuersorum, qui non angelos apprehendit, sed semen Abrahæ, id est, humanã naturam. Ex hac vnitate diuinæ naturæ & humanæ in vna ꝑsona, verũ est quod filius hominis, (sc; Mariæ) erat in terra vbi loquebatur, & etiam erat eodem momento in cœlo, à quo etiam descenderat, in quo tamen secundum humanam naturam nunquam fuerat. Iste filius hominis dicitur creator cœli & terræ, & deus & dominus vniuersorum. Et idem deus immortalis dicitur passus, crucifixus, & mortuus. Quando autem dicitur descendisse de cœlo, non est intelligendum quod DIVINITAS cœlum reliquerit, sed quod deus qui semper

Hebræ. 2

vbiq; totus est, & in cœlo à beatissimis spiritibus cõspicitur beatifica visione, in terra singulari modo essendi apparuit, scilicet per assumptiõem humanę naturæ in vna diuina persona. Iste etiam solus ascẽdit in cœlum. Per hoc tamen non excluduntur qui vnũ cum eo facti sunt, sed potius includuntur. Iam magna industria agendum est, vt vnum cum ipso fiant, q saluari volunt. Volens videre & introire in regnũ
Iohann. 3 dei, id est saluari, requisiuit in nocte ad Iesum veniens Nicodemus, per quem modum hoc fieri posset, & audire meruit: Nisi qs renatus fuerit denuo ex aqua & spiritusancto, non potest videre, neque introire regnum dei. Ista noua natiuitas, saluandos vnum esse facit cum Christo. Sed dicet aliquis, quomodo potest hoc fieri? Aduertite fratres. Quando aliquis infidelis diuisus à Christo, vult vnum fieri cum Christo exorcizatur & imbuitur, quòd recedat ab infidelitate & omnibus peccatis, & conuertat se ad Christum, qui vtiq; deus est, commoriatur ei, id est, in morte eius peccatis moriatur, sepeliatur, resurgat, & in noua vita viuat Christo, ipsi conplantatus, & tunc vnũ erit cum Christo, quæ omnia per similitudinem fiũt in baptisatis, attestante beato Paulo Apostolo in di-
Roman. 6 uersis locis. Vnde scribit ad Romanos: Quicũq; baptisati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptisati sumus. Ecce vbi commoritur Christo baptisatus Sequitur: Consepulti enim sumus in illo per baptismum in mortem. Ecce quomodo mortuus est sepultus. Sequitur: Vt quomodo Christus resurrexit à mortuis per gloriam patris, id est, per gloriosam potentiam: ita vt nos in nouitate vitæ ambulemus. Ecce quomodo sepultus resurgit & viuit, non in antiqtate vitiorum, sed in nouitate vitæ, gratiæ. Sequitur Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus, scilicet quoad nouitatem vitę. Dicit complantati facti sumus, quasi

diceret, per mortem Christi sumus euulsi de peccato tanquam de terra mala, & plantati in terra gratiæ bona, cū Christo. Dicit similitudini mortis eius, quia sicut Christus mortuus est & sepultus, & resurrexit, sic qui per fidem Christo coniunguntur, & auertēdo se ab infidelitate, & omnibus peccatis, cōuertūt se ad deū, auertendo se a commutabili bono, & conuertēdo se ad incommutabile bonum, scilicet deum, vere pœnitent, illi iam per mortem Christi (hoc est, per meritum mortis suæ, quod eis communicat Christus, tā quam ipsimet mortui essent pro peccatis suis) moriūtur. Et quando merguntur in aquis baptismatis, sepeliuntur. Et inde se erigentes, resurgunt. Ecce similitudo eius qui baptisatur, quomodo moritur, sepelit, resurgit, & in nouitate vitæ viuit, Christo complātatus, vt iam non sibiipsi, sed Christo viuat. De quo Apostolus: Quoniam, inquit, si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, id est, ita debēt viuere, ac si omnes essent mortui sibiipsis, nihil de cætero de proprijs desiderijs curantes, & sic viuūt Christo, vitam suam ordinantes ad eius honorem. Et subdit Apostolus: Pro omnibus mortuus est Christus vt qui viuunt, iam sibi non viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Prædicta omnia quę baptisato communicantur, per quæ vnum efficitur cum Christo, non possunt iterari, dicente Apostolo: Voluntarie peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam nō relinquitur pro peccatis hostia. Et iterum dicit: Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, & gustauerunt cœleste donum, & participes facti sunt spiritussancti, & prolapsi sunt. renouari rursus ad pœnitentiam (scilicet per baptismum) secundum modum iam prædictum, quia baptismus est lauachrum regenerationis & renouationis, vt ait Apostolus ad Titum: Potest tñ qui prolapsus post baptismum, ad pœnitētiā ꝑ aliā viam redire, sicut idē Apo.

2.Cor. 5
Heb. 10.
Hebr. 6.
Tit. 3.
1.Cor. 5

vnionis cum Christo, qui est caput corporis ecclesiæ nos vero membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. Quia ergo nos pueri (vt dicitur ad Hebræos) communicamus carnem eius, & sanguinem, & ipse communicat nobiscum, & est caput ex quo totũ corpus (mysticum scilicet) cõpactũ & connexum est per omnem iuncturam, vtiq; sumus vnum cum eo. Idcirco quo ascendit, nos quoq; ascendemus cum eo, hoc est, in cœlum, q̃d nobis ipse concedat, Amen. Hoc sacramentum (quod significat vnionem & vnitatem corporis mystici cum capite, id est, Christo scd̃m Augu. & vtiq; verũ est) recipiunt oẽs baptisati, senes cum iunioribus .i. rem sacramẽti. De quo loquitur Christus apud Iohannem: Nisi manducaueritis carnem filij hoĩs, & biberitis eius sanguinẽ non habebitis vitam in vobis. Baptisati eñ pueri & alij, habẽt vitam spiritualem, & si moriunt anteq̃ sacramentaliter hoc sacramentũ suscipiunt, vtiq; saluãtur, & vniti Christo cœlos ascendunt, ergo necessario rem sacramenti receperunt, & spiritũ Christi, de quo viuunt. Nos vero quotidie vnimur Christo in suscipiendo hoc sacramẽtum: ergo fiducia nobis magna est, quod cum eo cœlos ascẽdemus. Ecce (vt prędixi) si ad medullam verborum Christi peruenire poterimus, gustabimus dulcedinem magnam, & recipiemus consolatiõem maximam. O quàm magna multitudo dulcedinis domini, quam abscondit, id est, in abscondito dat, timentibus se, id est, amorosa reuerentia, & reuerentia amorosa tractant hoc sacramentum vnionis & vnitatis, ita q; superdulcissimo & amorosissimo Iesu incorporantur, & in vno suo spiritu viuunt, & cum eo qui solus cœlos ascendere dicitur, vnum cum eo effecti, ascendere queant.

Ephesi. 5
Hebræ. 2
Ephesi. 4
Iohann. 6

LIBRI SECVNDI FINIS.

DE BONITATE DIVINA, Liber tertius.

ARGVMENTVM.

DE bonitate diuina liber tertius, agens præcipue de beatissima virgine Maria, quomodo in ea reluceat bonitas diuina quod in beneficijs donisq; eidem cœlitus collatis, per præcipuas eiusdem festiuitates monstratur, diuiditur in titulos quinq;, I de eiusdem Natiuitate. II de eiusdem Annuntiatione. III de Purificatiõe eius. IIII de Assumptione eiusdem. V de præconijs beatissimæ matris eius Annæ. Atq; singuli hi tituli (vt supra) in exhortationes subdiuidentur.

NATIVITAS BEATAE Mariæ. Titulus primus.

¶ Cuiusmodi & quibus sit gaudium de Natiuitate beatissimę virginis Marię. Exhortatio I.

NAtiuitas tua dei genitrix virgo gaudium annuntiauit vniuerso mũdo: exte em̃ ortus est sol iustitiæ Christus deus noster, qui soluens maledictionem dedit benedictionem, & cõfundens mortem, donauit nobis vitam sempiternam: Istud hodierna solennitate, in laudẽ dei & benedictæ matris eius de-

uotiſſime per vniuerſam eccleſiam decantat, & nos pro exhortationis noſtræ themate aſſumimus. Notum eſt quod qui claram diem & ſolis præſentiam deſiderant, in ortu auroræ gaudent, ſicut patet de infirmis, quibus nox periculoſa, horribilis & tædioſa eſt. Similiter itenerantibus. Item quibus fructus terræ naſcentium optabilis eſt, eorum etiam floritio gaudium eſt. Sic in propoſito, quibus Chriſtus Ieſus deus & ſaluator noſter amabilis eſt, eius vtiq; benedictę genitricis natiuitas gaudioſa eſt. Ipſe enim dominus Ieſus clara dies eſt, & ſol verus, ſicut canimus: Dies diem illuminãs, veruſq; ſol illabere, &c. Amabilis omnibus, & totus deſiderabilis, ſed non ĩjs q requiẽ & delitias in tenebris noctis i. peccatis & ignorantijs huius mortalitatis ponũt, de qbus dicit ſanctus Iob: Oculus adulteri obſeruat caliginem, dicens: Non me videbit oculus, & operiet vultum ſuum. Perfodiunt in tenebris domos, ſicut in die condixerant ſibi, & ignorant lucem. Si ſubito apparuerit aurora, arbitrãtur vmbram mortis, & ſic in tenebris quaſi in luce ambulant. Et Sapiens ait: Qui lætantur cum maleſecerint, & exultant in rebus peſſimis. Tales, & omnes qui male agunt, non deſiderant Chriſtum dominum nec veniunt ad lucem, & ideo non gaudent ad ortũ auroræ, ſc3 matris eius: Sed qui infirmi ſunt, qui ſe3 pronos ſe ad malum aduertũt, & ad bonum difficiles, qui ſe multipliciter peccatores conſiderant, qui miſeriam ſuam tam animæ q̃ corporis labilis iamiã: que finiendæ præſentis vitæ agnoſcunt, qui pręſens ſeculum pro itinere, non pro patria habent, qui mortem perpetuã in tenebris noctis huius imminere formidant, hi præſentiam ſolis iuſtitiæ, Chriſti ſcilicet, exoptant, a q̃ ſibi ſalutis remedium ꝑuenire certiſſime credunt. A quo peccatorꝫ oim plenariam remiſſionẽ pro expiatione, diuinã gratiam pro recõciliatione, iuſtitiã (q̃ communis virtus eſt). ſ. dilectionẽ dei

Ambroſſ. in Hym.

Iob. 24

Prouer. 2

& proximi,hoc est,omnes virtutes pro animi cōfortatione,dei amicitiam iucundissimam & familiaritatem pro consolatione,& tandem ęternam vitam pro beatificatione se recepturos fideliter confidunt. Hoc eñ cantat ecclesia: Ex te ortus est sol iustitiæ, Christus deus noster, qui soluens maledictionem, dedit benedictionem, & confundens mortem, donauit nobis vitam sempiternam. Hi ergo tales,& quibus fructus iste (Christum Iesum dico) in quo oĩa bona simul habentur,quibus inquam fructus iste acceptus, desideratus & sapidus est,norunt quid gaudiĳ habet ortus floris virginei, de quo ipse fructus processit. Quapropter dilectissimi hortor dilectionē vestram, vt ea quæ hic temporaliter delectare videntur,& vana inimicaq; gaudia, plenarie relinquatis, vt citius ad perpetua & vera, atq; immensa gaudia perueni-re valeatis,& etiam in hac vita ꝑgustare eaipsa gaudia,quod præstatur omni mūdicordi. Solūmodo eñ mundicors capax est huius gaudiĳ,in cuius cōparatione gaudia mundi & carnis nulla sunt. De q̃ fert in
Ecclesi.30 Ecclesi.Non est census super censum salutis corporis & non est oblectamētū suꝑ cordis gaudium. Et istud
Augustin. gaudiū paradiso cōparat. Vnde dicit Aug. suꝑ Gen. Lætitia bonæ conscientiæ,paradisus est. Sicut ergo stultus esset q daret salutem corporis pro pecunia,& paradisum pro ista terrena, in qua sunt tantæ miseriæ,ita insanus est,q pro gaudio cordis vero & diuino lumine & amore referto, accipit vana mundi gaudia. Et si quædā de mundo aut carne pro necessitate huius vitæ nobis seruauimus,q̃ aliqualiter delectant,vt est sumptio cibi & potus,necessaria indumēta,cella & vtensilia eius,colloquium & visitatio amicoꝝ,& si qua sunt huiusmodi,non pro eis irrationabiliter & inordinate, & cū peccatis & offensionibus agendum est,nec quasi pro nostris, aut principalibꝰ bonis,sed quasi pro nō nostris, & ex obliquo(vt ver-

bis vtar beati Leonis Papæ) non amplectenda nequiter, sed transeunda sunt fortiter. Si ista modica scire habere, & diligere delectat, quæ certissime amittenda sunt, quid putamus fratres dilectissimi gaudij habebit, scientem omnia videre, ipsum amare (qui in infinitum amabilis est) & ipsi inamissibiliter inhærere & frui? De hoc gaudio dicit Bernardus: Hoc gaudium est tam magnum, quod non potest mẽsurari, tã multum quod nõ potest numerari, tam preciosum quod non potest ęstimari, tam copiosum quod non potest finiri. Omnis enim scientia, omnis amor, & omne gaudium ad comparationem illius sapientiæ, illius amoris, illius gaudij quod nobis paratur per Christum in cœlis, est quasi vna gutta ad vniuersum mare. Igitur charissimi in hac solennitate, in qua nedũ nobis, sicut in festis aliorum sanctorum præstatur exemplum & suffragium, sed etiam tanta salus & tãta gaudia recensentur, spirituali gaudio iucundemur in domino, eidem psallentes & gratias agentes & ex Apostolica largitione plenariam omnium peccatorum absolutionem percipientes, quasi modo geniti deinceps diligentissime peccata vitemus, gaudia peritura relinquamus, vt ad æterna gaudia (de quibus iam diximus) peruenire valeamus.

Leo papa.

Bernard.

¶ Quomodo per beatissimam virginem Mariam à tenebris peccatorum ad lucem, hoc est Christum, ducamur. Exhortaio II

TRansite ad me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus meis implemini. Ecclesiastici vigesicimoquarto. Hodie charissimi nata est gloriosa semper virgo Maria, spũ sancto plena

quæ nos ad ſuas nobiliſſimas generationes præmiſſis verbis inuitat. Etenim ſpiritusſanctus viuificator eccleſiæ & rector, inſtituit hæc verba legi & explanari de ea, non minori authoritate, quā Ieſus filius Syrach eadem de æterna ſapientia conſcripſit. Sciendū quod in omni motu, vel mutatione, oportet ponere terminum à quo, & terminum ad quem, & mediū & agens. Sic in propoſito tranſitu, ad quem nos inuitat glorioſa ſemper virgo Maria, oportet ponere terminum à quo recedere debeamus: & eſt vitioſa noſtra generatio, de qua dominus in Euangelio: Generatio praua & adultera. Et venient omnia, ſcilicet mala pœnæ, ſuper generationem iſtam. Sumus em̄ generatio cui iratus eſt dominus. Ideo Apoſtolus ait: Omnes naſcimur filij iræ. Quia in iniquitatibus concepti ſumus. & in peccatis conceperunt nos matres noſtræ: Idcirco ſenſus & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua. Et Hieremias ait: Prauum eſt cor hominis. De quo (ait in Euangelio dominus) exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, & blaſphemiæ. Sed quid neceſſe eſt multa percurrere, & in longum ſermonem protrahere? Teſtimonia enim omnium ſcripturarum, & quotidiana experientia nos docet, quod generatio noſtra corrupta eſt & peruerſa: quia ſpiritus noſter non eſt ſubiectus deo, nec voluntas eſt conformis rationi, & caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Ex iſto peruerſo ordine obſcuratus eſt intellectus, peruerſa eſt voluntas opera ſunt iniqua, & innumerabilia fiunt peccata, q̄ ſecundum ſententiam ſancti Iacobi, generant mortē nedum temporalem, ſed etiā æternam. Ab hac infœlici gn̄atiōe mater noſtra cœleſtis virgo Maria nos reuocat, dicens: Trāſite ad me oēs qui cōcupiſcitis me, & à generationibus meis implemini. Nō ad æqualitatē ſui nos inuitat, cū ipſa ſit ſine peccato, imo plena

Matth. 12
Matth. 23
Eph. 2.
Pſalm. 5.
Gen. 8.
Hiere. 17.
Matt. 15.
Galat. 5.
Iaco. 1.

ſpiritu ſancto genita, nec cõcupiſcẽtiã, nec ꝓnitatem ad malũ, nec difficultatẽ ad bonũ, neq; malitiã hñs. Idcirco nec carnalis fuit, nec ſecularis nec turpis, nec vilis, quæ oĩa in nobis experti ſumus & experimur, ſed ſolum diuinis fuit aptiſſima vſibus. Ad æqualitatem igitur nos nõ inuitat, ſed ad conformitatẽ & ſequelam, quatenus ſtudeamus pro poſſe per gratiam dei (quæ omnibus gratis offertur) fomitem .i. prætacta mala in nobis nata refrenare & extinguere, genealogiam quoq; virtutum, earundemq; connexionẽ acquirere. Ipſa eñ ait: Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei, in me gratia oĩs vitę & veritatis, in me oĩs ſpes vitæ & virtutis. Ecce habemus gña oĩm virtutum, & cõnexionẽ, quæ nedum in beatiſſima virgine Maria fuerunt, ſed inſuꝑ per eam tanq̃ piiſſimam matrẽ nobis inpetrant. Dilectio pulchra, præ ſui puritate & eminẽtia, digniſſime cunctis antefertur virtutibus, cui aptiſſime caſtus timor coniungitur, quia quanto quis deum magis diligit, tanto eũdẽ amplius reueretur & timet. Subiungitur agnitio, id eſt, fides, & ſpes, quę vtiq; conformes ſunt ſine dilectione, pulchrificantur autem & viuificantur per dilectionẽ. Præfertur tñ fides ſpei, quia ſcriptum eſt: Sperent in te qui nouerunt nomen tuum. Ecce habemuus theologicas virtutes fundamenta omnium virtutum cũ comite dilectionis inſeparabili, ſcz timore caſto. Deinde, gratia omnis vitæ & veritatis ſubiungitur. In quibus nobis innuitur, quod omnis ſpiritualis vita & virtuoſa, ex gratia eſt & ſine ꝑmixtione cõtrarij, qa debet eſſe in veritate. Falſa eñ virt⁹ nõ eſt virtus, Sicut ſcdm ſanctũ Auguſt. Simulata ęquitas non eſt æquitas. Ex qua gratia oritur ſpes vitæ futuræ, quæ erit in die virtutis in ſplendoribus ſanctoꝝ. Hæc eñ eſt generatio quærentiũ dominũ, q̃rentiũ faciem dei Iacob, in qua ſemꝑ fuit glorioſa virgo Maria, q̃ ſcȝ gñatio nõ eſt ex diabolo, neq; ex primis

Eccl.24
Pſalm.9.
Auguſtin.
Pſalm.109
Pſalm.23,

Ioh.1. parẽtib⁹ neq; ex nobis sed ex deo nati sũt, q hmõi sũt
1.Ioh.5. De q̃ dicit S. Ioh. in Cano. sua: Scimus qm̃ oĩs q nat⁹
est ex deo, non peccat, sed generatio dei conseruat
Sapien.4. eum, & malignus non tanget eum. Ecce q̃ pulchra est
casta generatio, q̃ non peccat, & est cũ claritate gratiæ & perpetuæ gloriæ. Ad hanc nos inuitat gloriosa virgo Maria dicendo: Transite ad me. Sic dicit, transite ad me, sicut dicit nauta volenti transire Renum. Non enim nauta est finis transeuntium, sed medium vel deductor: Ita & gloriosa virgo Maria non est finis noster, sed mediatrix nostra, & in isto transitu inter terminum à quo, & inter terminum ad quẽ, est q̃si medium. Ideo dicit sanctus Bernardus rogando eã:
Bernard. Per te accessum habemus ad filium, o benedicta inuentrix gratiæ, genitrix vitæ, mater salutis, vt p te suscipiat nos, qui per te datus est nobis, Et in eadem oratione: Domina nostra, mediatrix nostra, aduocata nostra, &c. Ipsa est quæ impetrat nobis salutẽ nouæ generationis. Vnde ait diuus Ignatius: Impossibile est aliquem saluari peccatorem, nisi per tuum auxilium & fauorem. Et Richardus de sancto Victore
Ignatius.
Richard.
Nihil à throno diuini muneris descendit, q̊d per Mariç manus non transijt. Inuitat ergo nos beata Maria ad generationes suas, quas vult nobis plenissime
Ephe.1. impetrare, id est, vnicum filium suum Iesum Christũ qui factus est nobis regeneratio, adoptio, reconciliatio, redemptio, & saluatio. Dicitur autem dominus Iesus generationes, quia in vna persona sunt manifestissime duæ generationes. In eodem enim est generatio humana, & generatio diuina. Et ipse vnus & idem & vnica persona est Mariæ filius. Quem, quia aliter in hac vita habere non possumus, nisi per gratias suas, & dona, atq; virtutes superius tactas, in futura vero vita per claram visionem, fruitionem, tentionẽ, quæ omnia sunt quædam spirituales generationes: recte beata dei genitrix nos non ad suã gñationẽ, sed

generationes inuitat, dicens: Et à gñationibus meis implemini. De qua impletione ait Apo. vt impleami ni in oẽm plenitudinem dei, hic sc; virtutum, post be atitudinis. Ecce habemus huius transitus terminũ ad quẽ. Agẽs vero sumus nosipsi à spũ sancto moti, q.s. spũs sanctus est primũ mouens immobile. Cõcupiscẽ do ergo gradimur. Nemo eñ (secundum Ambro.) Ie sum cum desidia quærit, sed amando. De quo Augu. Imus non ambulando, sed amãdo: Et alibi idem: Nõ gressibus corpis, sed affectibus mentis. s. ambulamus O vtinã efficaciter à spũ sancto moueremur. O vtinã motui spũsancti q̃tum in nobis est, efficaciter satisfa ceremus. O vtinã nõ damnosissime, indulta ad pœni tendum, ad ornandũ nos virtutibus, ad cumulandũ merita, tẽpora amitteremus. O vtinã circa mortifica tiones, & circa diuina officia, & ardẽtia desideria nõ ita acediaremur. Ingreditur interdum bestia acedia domũ mentis nostræ, inducens hyemẽ grauissimam rigescunt oĩa præ nimio frigore. Non placent exerci tia spiritualia, mortificationes, lectiones, orationes. Nil videtur nisi glacies. i. duritia cordis, grando im patientiæ & iræ, & amaritudinis mentis, nix obnu bilationis, & tristitiæ, & anxietatis animi, tempestas magna tẽtationis. Non libet ambulare per affectũ in deum, qa scriptũ est: Non fiat fuga vestra hyeme, vel sabbato. Sunt qui sabbatisant sabbatum delicatũ, nõ deo, sed sibi: qui colunt carnem suam, & pro magno habent delitias sensuũ, & seculi vanitatem. Sunt qui plus colunt intellectũ q̃ affectũ, & magis insistunt ac quirendis scientiis, q̃ diuinis se conformare benepla citis. Hi omnes facere non præualent transitum ad quem beata virgo Maria nos inuitat, quia acediosi frigore constringuntur, & delicati sabbato impe diuntur. Excutiamus nos dilectissimi isto pessimo torpore & virulenta curiositate, & toto cordis affectu ad dei genitricis felicissimas & deliciosissimas

Ephesi. 3
Ambrosi.
Augustin.
Matth. 24
Isaiæ. 58

generationes accurramus. Attendamus quanto affe-
ctu dominus Iesus, & piissima domina Maria mater
eius, nostram salutem desiderant. Desiderat & tota cu
ria cœlestis, Omnes enim charitate feruent, ergo ar-
dentissime salutem nostram zelant. Erubescamus in
oculis eorum (qui vtique nos in deo vident) de torpo-
re & negligentia propriæ salutis. Satagamus veraci
ter esse, quales nos homines esse arbitrantur, scilicet
spirituales, & Carthusienses, id est, carnem tundẽtes
Effrem. ne nobis contingat quod beatus Effrem in libro de
Compunctione dicit: Timendum est, inquit, & tremẽ
dum, ne forte q nos hic constitutos laudibus efferũt
illic nos deridere incipiant.

¶ Beatæ Mariæ pulchritudo quomodo nobis imitanda. Exhortatio III.

TOta pulchra es amica mea, & macula
non est in te. Canticorum 4. Scitis cha
rissimi qualiter humani generis pul-
chritudo originalis, suadente diabolo
authore omnis turpitudinis, amissa est
Sed nolens inæternũ irasci deus, nec cõ
Psalm. 76 tinere in ira sua misericordias suas, misericors & mi-
serator dominus, statim maledicẽs serpenti, id est di-
Genesi. 3 abolo: Inimicitias ponam inter te, inquit, & mulierẽ,
& semen tuum, & semen illius. Ipsa conteret caput
tuum, promittens per hoc se suscitaturum humano
generi mulierem, per cuius amicitiam & pulchritu-
dinem originaliter: & eius semen, hoc est, filium suũ,
efficaciter contractæ inimicitiæ soluerentur, & amis-
sa pulchritudo reddderetur. Cum ergo in toto mun-
do talis mulier non inueniretur, multo tempore, tã-
dem post longitudinem dierum, cum quæreretur ad-
3. Reg. 1 olescentula speciosa in omnibus finibus Israel, inue-
Abisag qd ta est Abisag sunamitis, quæ interpretatur patris mei
incensum siue holocaustum, scilicet beatissima vir-

go Maria, diuino igni deo patri in odorem suauitatis totaliter incensa, puella pulchra nimis, cuius species digna esset cœli & terræ imperio, vt fieret regina in Israel, dormiretq́ rex Dauid in sinu suo, id est, Christus in vtero suo, quamuis incorrupta virgo permaneret. Quapropt hodie ei nascenti, vt ipsius p̄ cęteris omnibus electionem exprimeret, non incongrue dominus ad eam dixisse introducitur: Tota pulchra es amica mea, &c. In quibus verbis perfectus decor pulchritudinis eius innuitur, Secundo, carentia o͂is maculosæ turpitudinis astruitur. Quoad primum sciendum, quod triplex est pulchritudo. Prima est naturalis progeniei. Secunda corporalis effigiei. Tertia spiritualis maneriei. Beatissima ergo virgo Maria fuit pulcherrima nobilitate genealogiæ siue progeniei quia inter omnes lineas generationum ab Adā quorsumcunq; tendentes linea generationis Christi & Mariæ est dignissima. Tum propter diuinam electionem sibi in illa specialiter complacentem. Omnis enim nobilitas ex electione ortum habet. Ab initio semper aliqui eligebantur in rectores communitatis, qui notabiles erant, & sic nobilitabantur propter notam singularis probitatis. Hanc autem genealogiam elegit deus præ omnibus, & priuilegiauit, & sanctificauit eam vt de ea nasceretur. Quapropt voluit vt ab alijs genealogijs in vitæ sanctitate, in iudicialibus & in ceremonialibus secerneretur, vt patet in decursu veteris testamenti. Quod etiam Psalmista innuit dicendo: Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua nō manifestauit eis. Et Moses in libro Numerorum, principes Israel nobilissimos appellat, inter quos nobilior erat Aminadab, de quo descēdit gloriosissima virgo Maria. Tum etiam propter personas nobilissimas atq; dignissimas in hac genealogia existentes, sicut sunt Abraham, Isaac, & Iacob, & alij innumeri vsq; ad Christum, qui carnaliter non genuit, sed conce-

Pulchritudo triplex

Nobilitas vnde oriatur.

Psalm.147

Numer.1

Ioh, 1 pit lineam spiritualis generationis : Quandoquidem omnibus qui receperunt eum, dedit potestatem filios dei fieri. Secũdo beatissima virgo Maria fuit pulcherrima pulchritudine corpalis effigiei, siue physiognomiæ. Decens namque erat, vt spiritussanctus (qui specialiter operatus est humanitatẽ Christi Iesu, & Mariæ) non solum secundum animam, verumetiã scdm corpus optimo modo, atq; nobilissimo illos ornaret atq; decoraret, vt nihil eis deesset decoris naturæ, sicut nihil defuit de donis gratiæ: pręsertim cum exterior homo soleat esse speculum interioris, iuxta illud

Eccl's. 8. Sapientia hominis lucet in vultu eius. Et secundum illam regulam artis physiognomiæ: Animæ sequuntur corpora. Insuper quia dominus Iesus principiũ esse debebat vitæ spiritualis, sua elegantia nedum esse debebat decentissima secundum formam naturæ, sed etiam secundũ formã morum, vt scz facies Christi ad eadem homines optime obiectiue moueret, q̃ ipse docere venerat, videlicet ad pietatem, ad misericordiã, & cætera huiusmodi, vt non solũ verbo, sed

Matth, 11 & physiognomia clamaret : Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Nec minus decuit quod Maria mater eius talis facietenus reluceret, qualem matrẽ dei, reginam cœli & terræ, ad intra esse oportebat. Hinc est, quod de ipsa specialiter dicit, quod scilicet, nunquam aliquem eam aspicientem tentauerit, aut ad inordinatam concupiscentiã prouocauerit, sed

Dionysius potius ad deuotionem, ad castitatem, ad humilitatẽ, & cætera virtutum insignia. Eapropter magnus Dionysius: cũ post multa & lõga desideria tandem eam vidisset, atq; eius physiognomiã diligẽter fuisset intuitus, dixisse legit: *Si mihi de tuo filio dictũ nõ fuisset, facile te crederem esse deã.* Tertio beatissima vir

Virtutes triplices. go Maria fuit pulcherrima spirituali decore virtutũ. Sunt autem triplices virtutes, Quædam dicuntur

naturales, quæ ſcilicet inſunt à natura, vt naturalis induſtria ad opera prudentiæ vel artificialia, ſiue ad actus ſapientiæ vel ſcientiæ: & hoc ex parte virtutis cognitiuæ, & naturalis inclinatio ad opera moralia, id eſt, ad opera iuſtitiæ, temperantiæ, fortitudinis, manſuetudinis, & cæterarum huiuſmodi, & hoc ex patre virtutis appetitiuæ. Et nominantur hæ virtutes ſicut acquiſitæ cum adiunctione iſtius nominis naturalis, ſcilicet dicendo, eſt manſuetudo naturalis, eſt continentia naturalis, eſt miſericordia naturalis, & ſic de cæteris. Et qui habet hæc naturalia bona & dona, habet vtiliſſima principia ad acquirendas virtutes morales, quando per rationem bene reguntur. Alias ſunt etiam periculoſæ, quia quando non reguntur ratione, inclinant ad vitia. Sicut exempli gratia: Miſericordia naturalis niſi freno rationis regatur, inclinat ad remiſſionem. Naturalis enim virtus inclinat ad vnum oppoſitorum, ſed ratio ad vtrumque pro diuerſitate, prout expedit & licet. Hanc vero naturalem indolem decuit beatiſſimam virginem M A R I A M habere, ex qua increata ſapientia, in quam nihil inquinatum incurrit, voluit ſibi naturam puriſſimam pro ſalute noſtra aſſumere: vt eſſet ſpecioſus forma præ filijs hominum. Vnde dicit quidam D O C T O R, q̃d nulla proles illius ſexus vnquam tantum appropinquauit integritati naturæ ſtatus innocentiæ, ſicut beatiſſima virgo M A R I A. Aliæ virtutes ſunt quæ dicuntur acquiſitæ, ex actibus videlicet frequẽtatis, vt ſunt virtutes cardinales & morales, ac intellectuales, quæ hominem dirigunt in finem naturalem. Naturale ſiquidem eſt omnibus potentijs animæ reſeruatiuis, vt ex actibus earum interioribus frequẽtatis, generẽt habitus ad cõſimiles actus inclinatiui. Exẽpli gratia. Qui ſępe ſe humiliauit, diſpoſitus

Sapie. 7.
Pſalm. 44

est & aptus ad facile & delectabiliter se humiliandū. Simile est de obedientia, patientia, sobrietate & aliis virtutibus. Idcirco valde vtile est sæpe habere propositum benefaciendi, & peccata vitandi in particulari magis quàm in generali: quia actus sunt particularium. Aliæ sunt virtutes, quæ non acquiruntur per actus frequentatos, sed infunduntur à deo, vt sunt virtutes theologicæ, fides, spes, & charitas, & etiam gratia gratum faciens. Et hæ dirigunt hominem modo quodam superhumano ad finem supernaturalem. Et ideo acquisitio earum excedit limites humanæ potentiæ, q̃uis possit de congruo se homo disponere, quod spiritus sanct⁹ sibi huiusmodi infundat. De talibus virtutibus intelligitur diffinitio Aug.

August. Virtutis diffinitio. Virtus est bona qualitas mentis, qua recte viuitur, qua nullus male vtitur, quam deus in nobis sine nobis operatur. His virtutibus beatissima virgo Maria hodie genita excellentissime ornata fuit & decorata vt pulchrior esset omnibus hominibus. Quia (secundum sanctum Hieronymum) si eā diligentius aspicias,

Hierony. nihil virtutis est, nihil speciositatis, nihil spendoris & gloriæ quod in ea non resplēdeat, quæ sanctior est vniuersis, &c. Decuit enim domum domini oīs sanctitudo, quam ipse sanctus sanctorum inhabitare voluit, atq; de ea procedere tamquam sponsus de

Cantic. 4 thalamo suo. Bene ergo dicitur de ea: Tota pulchra es amica mea. In eo autem quod sequitur: Et macula non est in te, astruitur carentia om̄is maculosę turpitudinis, vt prædictum est. Non enim in ea potuit esse macula, in qua omnis reluxit pulchritudo: cum contraria non compatiātur se simul in eodem. O igitur quàm gloriose de radice Iesse hodie virgo vernans egressa est, vniuersa pulchritudine, omniumq; infusarum virtutum viriditate, nec non & gratiarū atq; benedictionum affluentia amœnissima? Quam charissimi fratres in schola virtutum, in schola in q̄

Iesu Christi positi, pro posse imitari studeamus. Qui habent bona naturalia, qui scilicet sunt læti, amorosi mansueti, misericordes, compassiui, &c. studeant per rationem virtuose se in illis moderari, & applicare ad veras virtutes, & amorem dei. Qui vero sunt tristes, passionati, duri, iracundi, &c. non turbentur ex hoc, sed per rationem ad oppositas passiones, & naturalia se inclinent, vt medium virtutis adipisci valeāt Et quamuis tales labores maiores sentiant quàm primi, tamen meritum eis crescit, citius purgātur, & cum labore virtutes acquisitę amplius perseuerant. Omēs autem nos pariter toto corde ad culmina virtutum, & charitatis perfectionem conemur ascendere. Seniores experti iunioribus exempla & monita salutis præbeant. Iuniores vero expertorum concilia teneant ne periclitentur. Non enim potest aliquis in quacunque etiam arte simul esse discipulus & magister. Vnde bonus pater in libro de imitatiōe Christi dicit: Qui adhuc noui sunt & inexperti in via domini (nisi consilio discretorum se regant) facilius decipi possunt & elidi. Quod si suum sentire magis sequi quàm alijs exercitatis credere volunt, erit eis periculosus exitus, si tamen retrahi à proprio conceptu nō valuerint. Raro sibiipsis sapientes, ab alijs regi humiliter patiuntur. Hæc ille. Itaque charissimi, in hac sacra schola adornemus nos virtutibus, & per pœnitentiam abstergamus maculas criminum, quatenus hæc benedicta congregatio seu ecclesia audire mereatur à domino: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.

¶Mariam matrem esse fidelium, reginamque misericordiæ. Explanatio cantici Salue regina, & cæter. Exhortatio IIII.

SAlue regina misericordię. Hodierno die nobis vere miseris in deo iubilandũ est cordiali iucũditate charissimi & in diuinis laudibus sonoris vocibus exultãdum pro cõsolatione cœlitus missa: qa mater misericordiæ & æternæ salutis,
Augustinus hodie nobis genita est. Augusti. Adest dies sacratissima, dies celeberrima, in qua virgo Maria super omnes mulieres benedicta, generosa sua natiuitate mundum consolatur vniuersum. Nam mater est ecclesiæ fluctuantis nauiculæ, vt cantat ecclesia. Et non solũ mater est ecclesiæ in generali, sed etiam omnium &
Ambrosius singulorũ. Ambrosius: Sicut Christus omnium credentium est frater. sic Maria omnium fideliũ est ma-
Bernardus ter. Et Bernardus ad Mariã ait: Tu mater rei, tu mater dei, tu mater exulis, tu mater iudicis. Sed hæc maternitas & filiatio, est adoptiua. Sicut enim deus pa-
Roma, 8 ter dedit nobis adoptionis spiritum, in quo clamam° abba pater: sic dedit in eodem spiritu acclamare Mariam matrem. Ipsa enim assumpta est in consortem
Matt. 13 regni, de quo regno scriptum est: Filij autẽ regni. Et:
Matt. 6 Adueniat regnum tuum. Et: Beati pauperes spiritu,
Matt. 5 quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Dedit quip-
Ioh. 1 pe nobis potestatem filios dei fieri, consequenter &
Rom. 8 Mariæ. Si autem filij facti fuerimus, etiam hæredes regni erimus. Hæredes quidem dei, cohæredes autẽ Christi, filij dei & Mariæ. Quapropter secũdum Ber-
Bernard. nardũ, suppliciter & efficaciter salutis nostræ negotia pertractat, tanquam mater misericordiæ, mater exulis, mater peccatorum, & mater iudicis.
Ioh. 19 Cura quippe de nobis ipsi commissa est, quando in cruce dixit ei dominus de I O H A N N E: Ecce filius tuus. I O H A N N E S interpretatur dei gratia. Filij igitur gratiæ (qui sunt & regni) ipsi commissi sunt, quamuis sint peccatores, quia ex peccatoribus efficiuntur filij gratiæ & regni, iuxta illud: Nõ

Veni vocare iustos, sed peccatores, scilicet ad gratiã & regnum. Idcirco securum accessum ad Mariam habere debemus, sicut ad propriam matrem: non enim repellet nos. Vnde rursus Bernardus: O peccator, si ad maiestatem dei non audes accedere, non liquefias quasi cera à facie ignis: sed vade ad matrem misericordiæ, ostende ei tuorum peccatorum vulnera: & ipsa pro te ostendet filio suo materna vbera, & filius ostendet patri pro te latus & vulnera. Pater non negabit filio postulanti, nec filius matri interpellanti, nec mater negabit peccatori flenti. Hæc est charissimi præsentis diei materia gaudiorum, quia nata est nobis hodie saluatrix & mater salutis: mater (inq̃) gratiæ & gloriæ. Nihil enim nos deus habere voluit (quod à throno dei descendit) quin per MARIAE manus transierit. Nam quicquid spei, quicquid salutis & gratiæ in nobis est, ex ea nouimus redundare. Idem deus redempturus genus humanũ, totum precium posuit in MARIA. Ex quo ergo habemus eam matrem, ideo quotidie transmittimus ei salutationes & literas, petendo vt impetret nobis à patre reuocationem à miseria (in qua degimus) ad regnum, more filiorum nobilium, qui extra regnum missi sunt pro moribus aut literis addiscendis. Missiua autem quam matri nostræ MARIAE, cœli reginæ transmittimus, ita sonat: Salue regina misericordiæ, & cætera. Quam toties ei mittimus, quoties eam deuote legimus, aut cantamus. In qua primo matrem nostram venerabiliter salutamus, Secundo, beneuolentiam eius captamus, Tertio causam & negotium nostrum insinuamus, exponendo miseriã nostrã, & petẽdo subsidium, Vltimo deuote ei valefacimus. Venerabiliter matrem nostram salutamus, cum dicimus: [Salue regina misericordiæ.] Filij quippe reginæ propter venerationem patrem regem & matrẽ appellãt reginã.

Matth, 9

Bernard.

Ipsa vero mater nostra est regina cœli, sponsa regis cœli, & mater. Sed cur potius eam reginam misericordiæ appellamus, quàm cœli aut iustitiæ, aut alicuius cæterorum? Dico, quòd ea de causa, quia matrem nostram, misericordem in causa nostra inuenire cupimus. Quando enim aliquis alteri scribit, talē eum appellat qualem eum vult experiri in negotio suo. Videlicet, iustum dicit quem quærit iudicem, potentem quem petit auxiliatorem, amicum quem q̄rit fauorabilem, &c. Et vere ipsa quam petimus mise-

Bernard. ricordem, supereminet in misericordia. Bernardus: Quis misericordiæ tuæ ó benedicta, latitudinē, altitudinē & p̄funditatē poterit inuestigare? Idcirco assimilatur oliuæ, quæ sicut supeminet oībus liquoribus: ita misericordia eius omnibus aliorum sanctorū miserationibus. Beneuolētiam matris nostræ captamus, dum dicimus [Vita, dulcedo, & spes nostra, salue]. O quātis amaritudinibus repletur vita nostra. Ex mortalitate, (cū mors sit oīm amarissima) ex quotidiana corruptione, doloribus, infirmitatibus, tentationibus, passionibus, peccatis, remorsu propriæ cōsciētiæ, ex timore diuinæ offensæ & gehennæ, &c. Sed cum ad memoriam reducimus matrem nostram Mariam innocentissimam, quę nunquam deum offendit quæ nunquam displicuit, sed semper placuit, quæ donis naturalibus, & gratuitis, & gloriosis super omnē puram creaturam extitit ornata, quæ deū nobis genuit saluatorem: & hanc nostram fore matrem, & nostri sollicite curam gerentem, omni dulcedine & gaudio p̄fundimur, & rapimur ad fiduciam. Quod ipsa aduertens, totam se nobis beneuolentissimam exponit. Non enim ignorat deuotionem & fiduciam, q̄

Gregor. habemus ad eam. Gregorius: Quid ignorare potest, in qua æterna sapientia & plenitudo diuinitatis inhabitauit? Intentum nostrum insinuamus, ostēdēdo q̄ miseri sumus, cū dicimus: [Ad te clamamus

exules filij Euæ]Peccatum quippe originale quod ab Eua contraximus, nos à regno dei exules fecit, & in omnem quam patimur miseriam adduxit. Clamam° ergo, quasi violentiã passi, cũ pro alieno peccato iuste grauem pœnam toleramus. Aliam miseriam insinuamus, cum dicimus: [Ad te suspiramus gementes & flentes in hac lachrymarum valle] Hic propria peccata innuuntur, pro quibus non clamamus q̃si vim passi, sed suspiramus, quia propria iniquitate volũtarie commisimus peccata, siue venialia, siue mortalia. Quapropter dignum est, quod volũtarie nos affligamus in fletibus & gemitibus. Et inde redditur locus vitæ nostræ, vallis lachrymarum: siue gemamus pro venialibus, siue fleamus pro mortalibus. Subsidium petimus, dum dicimus: [Eia ergo aduocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte. Et Iesum benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende benignum.] Adeamus charissimi cum fiducia ad thronum gratiæ eius, non repellet nos, quia mater nostra est, nec in causa deficiet, quia prudens & diligens aduocata est. Ideo dicit Hilarius super Matthæum: Quantumcunque quis obnoxius fuerit peccato, si Mariæ deuotus existit, nunqum in æternum peribit. Idcirco hortatur Bernardus: *Si es in angustijs, in rerum dubijs, si in necessitatibus, Mariã cogita, Mariã inuoca, ipsa te tenente non corruis ipsa te protegente securus es.* Hoc (teste Iacobo Ianuense) experti fuerunt monachi post matutinas inaniter silentium frangẽtes, qui à dæmonibus morti traditi fuissent, si non subito Mariam inuocassent. Postremo matri nostræ valefacimus, cum dicimus: [O clemẽs, O pia, O dulcis Marria] Subaudis, vale, & nostri memoriam habe. Tales enim virtutes finiendo missiuam matri nostræ ascribimus, quibus ea quæ petiuimus sibi ad memoriam reuocamus. Clementia enim est diminutio pœnarum & valet cõtra

Hilarius.

Bernard.

Iacobus Ianuẽsis.

Clemẽtia quid.

peccatum originale, ex quo originem ſumpſit omñis pœna. Vere clemẽs eſt mater noſtra, quia ait Bernardus: Deus Mariam clementem creauit, vt noſtræ neceſſitati & indigẽtiæ ſuccurreret. Pietas (margin: Pietas) vero ad oĩa alia peccata valet. Pietas eſt proprie cultus filiorum ad parentes. Quod ſi parentes, vel ſuperiores cultum impenderint filijs, aut inferioribus, dicitur magna, vel maxima pietas. Vere pia eſt mater noſtra, quia ſinum pietatis omnibus aperit. Auguſtinus in libro Retractationum: Scio me perire non poſſe, præ nimia pietate Mariæ. Dulcedo ſignificat interioris hominis (margin: Dulcedo.) requiem, fiduciam ad deum, & affabilitatem ad proximum. Hæc valet ad impetrandum ſubſidium & ad oſtendendum nobis Ieſum benignum. Ver dulcis eſt mater noſtra. Bernardus: Quid ad Mariam trepidat accedere humana fragilitas, nihil auſterum, nihil terribile eſt in ea: ſed tota ſuauis & mitis eſt, id eſt, dulcis. Hanc miſſiuam matri noſtræ cum alijs ſalutationibus frequenter deuote tranſmittamus, vt eius interuentu citius à præſenti miſeria liberemur, & gaudijs cœleſtis regni perfruamur.

¶ Quarundam ſententiarum, quæ in horarijs precibus beatæ Mariæ applicantur, elucidatio. Exhort. V.

QVaſi myrrha electa, dedi ſuauitatem odoris. Eccleſiaſtici 24. Hodie (vt noſtis chariſſimi) corpoream glorioſiſſimę dei genitricis Mariæ colimus natiuitatem Ex ea autem dei nomen eius ſuauiſſimum creuit in terra, & nõ derelinquetur in ſecula, ſed requiretur à generatione in generationem, & vſq; in ſempiternum. Sed quid nobis pro-

deesset natiuitatis eius solenniis interesse, odoris quoque eius suauitate temporaliter perfundi, si non contingeret nos meritis eius & exemplo in gratia & virtutibus spiritualiter renasci, vt æternaliter eius altitudinem excellentiæ contemplari, iucunditate quoque omnimodę incorruptionis eius perfrui mereremur? Speculari quippe altitudinem gloriæ suæ, & congaudere felicitati eius in futuro seculo valemus, sed ad æqualitatem eius ascendere non possumus. Nam nos vita viuimus tantum, post mortem autem non erit tale nomen nostrum. Quapropter capitula quibus nobis in vesperis & completorio in quotidianis horis suis loquitur ad incitandum nos in desiderium videndi excellentiam eius in vita futura, & sibi congaudendum, non habent responsoria, quia nō possumus respondere per ascensum tantæ altitudini & felicitati. Attamen si odore myrtino eius attracti, secundum sententiam capitulorum prædictorum in nouitate vitę renati fuerimus ad contemplandum & congaudēdum ei admittemur. Videamus ergo quid per capitula præfata nobis innuat gloriosa virgo Maria: Quasi cedus exaltata sum in libano, & cætera. Eccle. 27 Quæ verba quamuis de æterna sapientia scripta sint tamen ipse DOMINVS IESVS hæc suæ benedictæ matri accommodauit. Non enim est minoris authoritatis quod ecclesia sponsa Christi per spiritum sanctum instituit, quàm quod prophetę per eundem spiritum sanctum de Christo & matre eius & aliis pronuntiauerunt, prout testatur in quodam sermone sanctus mellifluus Doctor BERNARDVS. Authoritas eccl'æ. Dicit ergo ad vesperas mater Iesu Maria: Quasi cedrus, & cætera. Quid autem cæteræ horæ repræsentant, dixi in sermone tertia de Assumptione eius. Vesperæ autem videntur repræsentare tempus quod fuit inter separationem animæ eius & corporis sepulturā. Quia & Christus dn̄s hora vespertina

Vesperæ qd repsentant.

Iohan. 19

de cruce depositus fuit, corpore iam exanimi: sed hora completorij sepultus. Dicit ergo gloriosa dei genitrix, in anima assumpta, omnibus fidelibus tūc & nunc existentibus: Quasi cedrus exaltata sum in libano, & quasi cypressus in mōte Sion, quasi palma exaltata sum in Cades, & quasi plantatio rosę in Hierichico, quasi diceret: Nolite me flere, q̄si p̱ mortē ceciderim, eo quod videtis corporis cadauer, sed potius congratulamini mihi, quia excellentissime præ cęteris omnibus exaltata sum. Istæ enim arbores, licet alibi crescant, tamen non adeo excellenter sicut in locis hic expressis. Idcirco hic cum locis exprimuntur, vt excellentiam singularem denotent. Quamuis etiam per ipsas arbores, locaq́ꝫ ipsorum merita tātæ excellentiæ eius epiloganter denotantur. Per cedrum in libano, virtutes in actiua vita, p̱ cypressum in monte Sion, virtutes in vita contemplatiua, per palmam in Cades viriditas, id est, continuatio & perseuerantia in sanctificatione, vel puritate cum attestatione iudicij, id est, conscientiæ: per plantationem rosæ, siue rubeæ, siuæ albæ in Hiericho, spirituale martyriū & puritas virginalis cum fœcunditate prolis diuiuæ in ecclesia designātur. Vt autem exaltationem gloriosissimæ virginis æternaliter contemplari mereamur, quam tamen assequi non valemus, has

Libanus. virtutes imitemur. Simus in Libano, qui candidatio interpretatur, quia candet niuibus, & actiuam vitam repręsentat, eo quod ipsa consistat in hoc, ꝙ ita proximis deseruire quis debet, vt tamen immaculatum se ab hoc seculo custodiat. Simus inquam in libano

Cedrus. quasi cedrus, quæ arbor est ardentis humoris, & est imputribilis, quia sic debemus proximis ministrare in infirmitatibus & tentationibus, vt tamen carnali affectione, vel immunditia nō corrumpamur. Est durabilis, quia debemus in operibus misericordię perseuerare. Non exterminatur secundum Isidorum à ti-

nea, vel teredine, id est, vermiculo ligni, quia debe-mus nos custodire in tam sancto opere à vana glo-ria, & superbia. Est altissima & omnium arborum do-mina & regina. Est pulcherrima, semper retinens vi-rorem suum, quia hæc vita ab omnibus aspicitur, & sicut pulcherrima commendatur, & semper retinet virorem, quia post mortem adhuc hæret memoriæ hominum, & inde loquuntur, etiam plus quàm de cō-templatiua, quia ipsa contemplatiua non agnoscitur nec videt, nec est adeo fœcunda. Est odorifera, & oīa venenosa fugat, quia generat optimam famam, & ex-emplo sui alios quosq; ædificat, & à mala vita ad cō-uersationem religiosam adducit. Simus in monte Si-on (qui speculatio interpretatur, & contemplatiuā vitam designat) quasi cypressus, quæ est arbor impu-tribilis, & à rotunditate in acumen erigitur, quia contemplatio nostra non debet esse philosophica, q̄ est propter perfectionem cōtemplantis, & ideo sistit in intellectu. Nec debet esse de vilibus & perituris re-bus, sed debet contemplatio nostra esse theologica, siue sanctorum, quæ est propter amorem contempla-ti, scilicet dei: & ideo nō sistit in intellectu per cogni-tionem, sed transit ad effectum per amorem, nec est de perituris rebus & putribilib⁹, sed de æternis, & de rotunditate vniuersitatis creaturarum erigitur in a-cumen diuinitatis. O charissimi fratres, nō debemus ponere gaudiū nostrū, nec pacē, nec amorē, nec studi-um, nec occupationem die noctu'q;, nisi in solo dn̄o deo nostro tantummodo, vel propter eum. Simus etiam in Cades, quæ interpretatur sanctificatio, vbi etiam erit iudicium, & propterea dictamen conscien-tiæ designat, sicut palma quæ iugiter virorem habet & fructus dactilos dulcissimos. Quia sanctitas no-stra debet semper virescere & florere in virtutibus, fructificare fructus dulcissimos præmiorum æternæ felicitatis, cum testimonio conscientiæ puræ in vero

Cypressus

Cadis in-terp̄tatio. Cades qd designet.

Iudicij locus quis
Per palmā quid designatur.
Psalm.91
Gregor,

iudicio quia in Cades seruabitur iudicium. Est enim locus iudicij Cades. Per palmam ergo designatur vita iustorum. Vnde Psalmista ait: Iustus vt palma florebit. Idem testatur Grego. 19. & 20. & 21. Moraliū, dicēs inter cætera: Nec immerito iustorum vita palmæ comparatur, quia scilicet palma inferius tactu aspera est, & quasi aridis corticibus obuoluta, superius vero & visu & fructibus pulchra. Sic quippe est electorum vita despecta inferius, sed superius pulchra. Habet etiam palma aliud, quo à cunctis arborum generibus differt. Omnis namque arbor in suo robore iuxta terram vasta subsistit, sed crescendo superius angustatur. Palma vero minoris amplitudinis ab imis inchoat, & iuxta ramos ac fructus ampliori robore exurgit. Quibus itaque alia arbusta, nisi terrenis mentibus inueniuntur esse similia, quæ in terrenis rebus fortes sunt, & in cœlestibus debiles? Nam pro temporali gloria vsque ad mortem desudare appetunt, & pro spe perpetua ne parum quidem in labore subsistunt. Pro terrenis lucris quaslibet iniurias tolerant, pro cœlesti mercede, vel tenuissimi verbi ferre contumelias recusant. Terreno iudici toto die assistere fortes sunt, in oratione vero coram domino, vel vnius horæ momento lassantur. At contra ex q̄litate palmarum designatur proficiens vita iustorum qui nequaquam sunt in terrenis studijs fortes, & in cœlestibus debiles, sed longius atque distantius studiosos se deo exhibent, quàm seculo fuisse meminerūt. Hæc Gregorius. Simus denique in Hiericho (quæ interpretatur luna) & ecclesiam designat, quæ continua mutabilitate agitatur, quasi plantatio rosæ, siue rubeæ in aduersoꝝ tolerātia, siue albæ vitæ puritate cum Maria matre Iesu: & sic per præfata ad contemplandam eius altitudinem, & sibi congaudendū perueniemus. Istud capitulum & sequens non sequitur responsorium, propter causam supra positam.

sed habemus versiculum quo monemur virginem M A R I A M in tanta excellentia admirando attendere. Hora completorij (quæ repręsentat tem pus sepulturæ eius, quando totaliter anima & corpo re ablata est à vita hominum terrenorum & aspectu, & modo nobis incognito assumpta est in anima & corpore pariter in cœlum) dicit: Sicut cynamomum & balsamum aromatisans odorem dedi, quasi myr- rha electa dedi suauitatem odoris. Ista myrrhæ fra grantia insinuat nobis omnium eius virtutum, meri torum, priuilegiorum, gratiarum, & glorię optimam & excellentissimam famam & opinionem, quam (si cut nouimus) in ecclesia reliquit. Et specialiter per cynamomum excellentiam charitatis eius, per balsa mum misericordiam, per myrrham omnimodam incorruptionē denuntiat. Imitemur charissimi fra- tres gloriosissimam dei genitricem M A R I AM vt post sepulturam nostram vitæ bonæ & exempla- ris famam suauem, & laudabilem relinquere merea- mur, dicaturque de nobis, quàm charitatiui, quàm misericordes, quàm deuoti & vigiles in diuinis, quã zelosi obseruatores ordinis in silentio, in solitudinę, in ieiunijs, in sobrietate, in obedientia fuerimus. Per hæc enim ad suauitatem odoris myrrhæ, id est, om- nimodę incorruptionis & incommutabilitatis, q̃ in so la coniunctione cum deo inuenitur, perueniemus.

Hora completorij. — Eccli. 24. — Myrrhæ fragrãtia.

¶ Quomõ sacerdotibus dei genitricis pu- ritas sit imitanda. Exhor. VI.

HOdie nata est beata virgo Maria ex pro genie Dauid, halleluia, halleluia, hallelu ia. Quòd hodie nata sit beata virgo Ma ria, habet mater ecclesia ex reuelatio- ne, sicut etiam eius conceptionem. Sed quòd ex progenie Dauidica orta fuerit, habetur ex A P O S T O L I C A lectione,

Roman. 1 ad Romanos, vbi dicitur de filio eius domino Iesu, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Quapropter indubitanter tenendum est beatam Mariam ex Dauid per catenam Salomonis descendisse,
Matth. 1 & non per catenam Nathan. Matthæus enim descripsit carnalem genealogiam Christi, ostendens qualiter deus carnem sumpserit. Lucas vero descripsit adoptiuam genealogiam, ostendens post baptismum qualiter per Christum reducimur ad deum, per filialē adoptionem. Propterea inserit genealogiæ Christi filios legis & adoptionis. Sed mirum videtur quod natiuitatem beatæ Mariæ mater ecclesia solenniter ce-
Ephesi. 2 lebrat, cum omēs (teste Apostolo) nascimur, vel eramus filij iræ, qui nō sunt capaces talis honoris & gloriæ, nec causa lætitiæ spiritualis, aut laudis diuinæ. Hic charissimi aduertere possumus nullitatem & inefficaciam argumētorum dicentium, beatam Mariā ad tempus subiacuisse originali, propter communem regulam scripturæ sacræ, contra omnes filios Adæ. Si enim communem regulam scripturæ sacræ seruare voluerint contra beatam Mariam, oportet dicere, quod ipsa nata sit filia iræ, iuxta sententiam Pauli iā allegatā, Sed hoc quàm absurdum & falsum sit, probat præsens ecclesiæ solennitas, probat & eorum authoritas, quia fatētur eam sine originali peccato genitam, quemadmodum etiam eos fateri oportet de sancto Iohanne baptista, & sancto propheta Hieremia. Itaq; impenditur beatæ Mariæ in sua natiuitate honor & gloria, tanquam spiritusancto plenæ vltra communem legem nascentium, & etiam in vtero sanctificatorum, vel consecratorum, quia cum incomparabili maiore plenitudine gratiarum nata est. Celebritate consimili beatæ Mariæ conceptio recolitur, eo quod vltra communem regulam omnium aliarū prolium Adæ, ipsa à peccato originali præseruata fuerit. Quæ conceptio, scilicet infusio, vel cōiunctio

animæ &corporis beatæ Mariæ ,& eius natiuitas, causa sunt ecclesiæ magnæ spiritualis iucūditatis & laudis diuinæ. Gaudent homines seculares de conceptu,& magis de natiuitate prolis, per quam sperant sibi aliqua temporalia affutura.Et nos non gaudebimus de conceptu & natiuitate prolis, per quam tot & tanta diuina beneficia,tum temporalia, tum gratuita,tum etiam gloriosa percipimus? Dies in qua natus est Iob,&nox in qua conceptus fuit,& in qua dictum est,conceptus est homo, id est, fœtus, sine anima rationali propter malitiam originalis peccati,& mala vniuersa ex eo consequuta maledicuntur. Et dies in qua nata est beata Maria, & nox in qua concepta est,& in qua dictum fuit, concepta est homo, futura dei genitrix, quam peccatum nullum tetigit, per quam agente filio suo peccata omnia mundi tolluntur,& bona omnia præstantur. Illa inquam dies & illa nox non benedicentur, non celebrabuntur, non glorificabuntur? Absit. Imò vox exultationis & salutis sit in tabernaculis iustorum,& filiorum ecclesiæ laudantium atq; dicentium: Hodie nata est beata virgo Maria ex progenie Dauid,halleluia,halleluia, halleluia. Charissimi fratres,diuino lumine illustrati pro intellectu &cognitione, diuino bono affectati, pro bona voluntate , dulcedine domini perfusi pro inhęsione ac fruitione,cantemus &nos halleluia.Plures sola voce cantant halleluia,sed non mente, & tales halleluia non cātant. Iubilemus deo pro tātis nobis collatis beneficijs. Congaudeamus gloriosæ virgini Mariæ super omnibus bonis quæ fecit sibi dominus in salutem omnium nostrum. Qui vero lumine prospicere nouerit, & stupenti animo considerare atq; perpendere,dominicæ incarnationis mysterium, quòd beata Maria concipere deberet, gestare nouem mensibus,parere,adorare,lactare , nutrire,ad diuinum consortium intrare,comparētem esse deo pa-

Iob.3

Psalm.28

tri, qui simul haberent vnicũ filiũ, cũ quo regnare deberet super omnem puram creaturam, etiam angelicam, facile aduertit q̊d diuinam maiestatem decuit eandem tanto lumine illustrare, tanta gratia decorare, tanta puritate præuenire, quibus maiora sub deo excogitari non possunt. Idcirco hæc festa nobis colenda proponũtur. Sed quid prædesset nobis sanctos laudare, & laudabiles prædicare, si non contingeret eos imitari & conformari? Itaq; (sicut iam dictũ est) decuisse beatam Mariam puritate & gratia cæteros omnes præcellere, propter eminentiam electionis & status sui: ita decet & nos, sicut alios statu & vocatione in ecclesia dei præcellimus, eos etiam puritate cordis, ornatu virtutum, mentis quoq; contemplatione antecedere. Conformemur pro viribus beatæ Mariæ, quia hoc ipsum tractamus quod ipsa tractauit. Quotidie ad mensam domini accedimus, filium beatæ Mariæ, filium dei patris in præsentia suæ maiestatis tractantes. Et si in ecclesia vel capella corporaliter soli videmur, tamen in veritate soli non sumus Aperite oculos spirituales, & videbitis vos esse in frequentia angelorum, in curia cœlesti, in multitudine innumerabili omnium sanctorum, quorum oculi omnium intenti sunt ad te vnice frater. Diligentissime contuentur quid agis, & qualiter agis, & qualis sis qui agis. Circumspice paulisper, & videbis viuos & mortuos, & omnes quibus debitor es, expetere de manu tua micas de mensa domini. O quàm felix, qui cum beata Maria purus à peccato, decorus ex virtutibus, gratus ex gratia, tali ministerio insistit. O infelicem hoĩem, qui ex sua culpa omnibus gratijs priuatus, superbia inflatus, gloria propria vanus, iracundia incensus, inuidia & odio tabefactus, acedia deiectus, auaritia accensus, gula extensus, luxuria inquinatus, cœlestibus se audet sacratissimis mysterijs ingerere. Tolerat deus, & totus cœlestis exercitus talẽ

miserum in diem vltionis, quando contra eum consurget cœlum & terra, & pariter omnis creatura se armabit cõtra insensatum, vt de summo statu corruat in tartarum, ad inferiora & profunda laci. Quia quanto ascensus altior, tanto casus profundior. Simus igitur charissimi fratres puri ab omnibus peccatis, quantum humana fragilitas tolerat. Mentẽ iugiter ad cœlestia & dei præsentiam subleuemus: & hoc quod voce hominum dicimur, intus coram deo & foris coram hominibus vita & moribus prætendamus, vt digne beatæ Mariæ iubilare valeamus: Hodie nata est beata virgo Maria, ex progenie Dauid halleluia, halleluia, halleluia. Sapient. 5

¶Cur beata dei genitrix cõparetur soli. Exhortatio VII.

DVlce lumen & delectabile oculis est, videre solem. Ecclesiastes vndecimo. Iucundissima solennitas natiuitatis gloriosissimę virginis Marię hodie agitur in qua haurimus & degustamus spiritualem dulcedinem & delectationem, propter lumen eius, quod resplendet mentibus nostris. Et quis in nobis adeo cæcus, vt non videat fulgorem? Et quis in tantum stupidus, vt non gustet dulcedinem luminis solis huius? Sed ne quis dubitet matrem Iesu Mariam esse solem, hoc nobis incũbit, vt ostendamus. Dicitur enim sol per similitudinem, non per proprietatem. Et quamuis ipsa per diuersas creaturas frequẽtius in scripturis designetur excellentius tamen per solem, vt testatur beatus Bernardus in quodam sermone, dicẽs: Attẽdite hãc similitudinem in qua nulla in rebus mundi potest esse similior. Nihil enim habet spiritussanctus in visibilibus creaturis excellẽtius, cui virginis excellẽtia Bernard.

comparetur. Nam Mariæ præsentia totus illustrat orbis, adeo vt ipsa superna ciuitas clarius rutilet virgineæ lampadis illustrata fulgoribus. Et ideo soli rutilanti, totumque mundum illustranti, merito comparatur. Attendamus aliud validius testimonium pro-
Psalm.18 pheticũ in Psal.. In sole inquit, posuit tabernaculũ suum. Hæc prophetia loquitur ad textum, de sole vteri virginalis, & tabernaculo corporis saluatoris. Nõ ergo incongrue, sed aptissime ipsa mater Iesu appellat
Ecclesi,26. sol. Quapropter in ortu eius potest & illud Ecclesiastici, de ea prædicari: Sicut sol oriens mundo in altissimis dei, sic mulieris bonæ species in ornamentũ domus eius. Quia sicut sol oriens cuncta illuminat, & omnia viuentia lætificat, & quæ erant inuoluta tenebris, & quasi chaos sepulta, eius præsentia subito propriis formis distinctę pulcherrime clarescunt, & quę erant tristia & somno pressa, statim in exultatiõe prosiliunt, cantant aues, natant pisces, saltant vituli, pascuntur & resonant boatu iumenta, & exit homo ad opus suum, qui reputabatur in somno q̃si mortuus. Sic species bonæ huius mulieris matris Iesu in ortu & natiuitate eius cœpit clarescere in ornamentum domus eius, quæ est domus dei, in qua ipsa est materfa-
Luc,1. milias, idcirco est etiam domus eius. Species eius sedentes in tenebris & vmbra mortis illuminauit, & omnes mœstificatos spiritu lætificauit. Vnde iubilando hodie canit ecclesia: Natiuitas tua dei genitrix virgo gaudium annuntiauit vniuerso mundo. Hodie
Isa.52. dicitur ecclesiæ in hac natiuitate beatæ Mariæ: Lætare Hierusalem, & conuentum facite omnes qui diligitis eam. Gaudete cum lętitia qui in tristitia fuistis, vt exultetis, & satiemini ab vberibus consolationis vestræ. Nunc restat charissimi, vt speciem huius bonæ mulieris matris Iesu, qua domum dei ornauit, illuminauit & dulcedine atque delectatione refecit, ex similitudine solis materialis ostendamus. Primo, sicut sol

in substantia habet puritatē & simplicitatē, qa nō est ex contrarijs cōpositus, quo nil purius inter omnia corporalia potest inueniri, sed est totus perlucidissimus, nullam habens tenebrositatis particulā, adeo vt omnium intuētium hominum visus ex illius puritate retundatur: Ita mater Iesu virgo Maria, est oīm cœlestium & terrestrium spirituum puritate purior atque præstantior, ita quod nulla creatura plena cognitione sufficienter illam apprehendere poterit. Tāta enim puritate nitet, qua sub deo maior excogitari nequit, vt dicit Anselmus. Euasit enim omne peccatum. Vnde Augustinus: Vbi de peccato agitur, Mariæ nullam volumus fieri mentionem. Hinc colligitur quod nunquam displicuit deo. Ecce carentia originalis peccati. Nunquam offendit. Ecce carentia omnis actualis peccati, venialis scilicet & mortalis. Sēp placuit deo. Ecce inamissibilis gratia. O stupenda innocentia cum plenitudine gratiæ. Quapropter bene cantat ecclesia de matre I E S V: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Secundo, sicut sol excedit in quantitate omnia luminaria corporum cœlestium, sic mater Iesu virgo M A R I A excedit sanctos vniuersos in magnitudine bonitatis. Nam (vt inquit D I O N Y S I V S) in his, quæ non mole magna sunt, idem est magnum esse quod bonum. Fuit ergo mater I E S V virgo M AR I A etiam in terris posita, cæteris sanctis maior, id est, melior in gratijs, in virtutibus & deuotionibus. In gratijs, quia cæteris sanctis per partes præstatur gratia, Mariæ vero se totā infudit plenitudo gratiarum vt testat Hieronymus. In virtutibus cęteris sanctis supeminebat. Supmum in virtutibus est, oēs habere virtutes in summo sine impugnatiōe vitiorum, q̃d in alijs sanctis minime reperiri potuit. Nā virtus in nobis medium tenet vitiorum, ita q̧ nulla virtus in nobis enutriatur, quin de vitio contrario impugnetur, Ma-

Anselmus
August.
Dionysius
Hieronymus.

ria vero sic omnes virtutes habuit, vt de nullo vn- vitio tentaretur. Et ergo Ambrosius imaginem ve- ram virtutum (quæ semper esse debet sine admixtio- ne contrarij) nobis proponens in libro de virginita- te, ait: Sit nobis tanquam in imagine descripta Ma- riæ virginitas, in qua velut in speculo fulget species castitatis & forma virtutis, id est, omnis virtutis. In deuotionibus etiam supereminebat, quia purissime, & affectuosissime, atque promptissime in dei obsequi- um præ cæteris sanctis ferebatur, & præcipue, quan- do dei filium concipiebat, dicendo: Ecce ancilla do- mini. Fiat mihi secundum verbum tuum. Et quando Iesum in vtero portabat, atque dicebat: Magnificat anima mea dominum, & exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Et quando Iesum peperit, & adora- bat, dicens: Dominus meus, deus meus, & filius meus Et quando Iesum lactabat, lauabat, nutriebat, & fami- liarissime secum conuersabatur, sciens eum creatorẽ & gubernatorem omnium creaturarum, gratificato- rem & glorificatorem omnium beatorum spirituum & animarum. O quid inter hæc contemplabatur? qđ videbat, quid sentiebat, gustabat? Cæterum si (secun- dum Augustinum in libro de laudibus charitatis) nõ numerositas operum, non diuturnitas temporũ, sed maior charitas meliorque voluntas auget meritum, planum est, quod omnes sanctos præcellit merito, si- cut & charitate & bonitate. Tertio, sicut sol habet in splendore claritatem, qua delectabiliter lucet & p- lucet omnẽ superiorem & inferiorẽ regionẽ, in alijs quoq; luminaribus est principium luminis, & ideo ne cessarium est q̊d plus cæteris habeat de lumine & splẽ- dore, quapropter etiam cuncta luminaria cœlestia in comparatione plendoris solaris non lucent, imò in præsentia eius omnino non videntur. Sic mater Iesu virgo Maria propter abundantiam gratiaꝝ dele- ctabilis & omnium oculis est gratiosa, vt præ admira

Ambrosi.

Luc. 1

Ibidem

tione tāti decoris, omnium in se corda seu intelligentias conuertat. Omnibus etiam est principium luminis gratiæ, imò & gloriæ, quia in vtero suo portauit verum lumen, quod illuminat angelos & homines. Suo nihilominus merito maior præstatur hominib⁹ gratia, & sua præsentia angelis gloria. Tam excellenter etiam omnem creaturam vitæ sanctitate supereminicat, q̄ in eius cōparatione omnes sancti & angeli sunt quasi non sint, & vt ita dicam, extincti videntur Et licet secundum Beatum Bernardum, in eius comparatione nihil esse vel apparere videantur, non modicū tamen eius fulgore illustrantur, vt eius ex præsentia tota cœlestis curia, & vniuersa eius militia clarius incandescat. Quarto, sicut sol in suo motu habet continuitatem, sic mater Iesu virgo Maria fuit in motu continuo meritoriæ actionis. Quicquid eñ agebat, hoc ad debitum finem semper dirigens, cum tanta reuerentia & disciplina faciebat, quòd in omnibus suprema merita cumulabat, siue manducabat, siue bibebat, siue dormiebat, omnia in gloriam dei faciebat: & sic omnia reddebantur meritoria. Hic fratres mei caligat oculus meus, & sensus meus hebetatur. Non enim possum intelligere, nec sentire qd sit, quia supra me peccatorem est, viuere in hac vita, & nunquam peccare, sed semper mereri, Mariæ hoc soli donatum est. Quinto, sicut sol habet in sua influentia fœcunditatem, sic mater Iesu virgo Maria cunctis fidelibus fœcunditatem tribuit in virtutibus & gratia, sine cuius auxilio nullus vnquam ex se fructum saluificum facere potuit. Et sicut sol oritur super bonos & malos, ita (secundum BERNARDVM) ipsa non discutit merita, sed omnibus se exorabilem, omnibus clementissimam præbet, & necessitates nostras amplissimo quodam miseratur affectu. Hæc charissimi de metaphoris MARIAE ad solem (quamuis multæ aliæ sint)

Bernard⁹.

Matth.5
Luc.6.

dicta sufficiant. Ex ijs vtcunq; species bonæ mulieris
Ecclesi. 26 huius, quæ domum dei illuminat & ornat, aspicitur.
Eccles 11 Vnde illuminatæ mentes dulcedine & delectatione spirituali perfundūtur: quia dulce lumen & delectabile est oculis videre solem, id est, Mariam purissimam & innocentissimam, omni ornatu gratuito ac spirituali decoratissimam, Christo familiarissimam, imitatione ipsius perfectissimam, compassione fortissimā, congaudendo in resurrectione eius lætissimam, congaudendo eidem gloriosissimam. Si vero aliquis lippos habet oculos, vt solem hunc sine tormento videre nequeat, si gustum infectum, vt dulcem saporem recipere non valeat, studeat per pœnitentiam, munditiam cordis acquirere, amicitiam Iesu & matris eius desiderare, preces humiles & ardentes ipsis dirigere: & recepta sanitate, erit ei lumen solis Mariæ oblectamentum & gaudium. Pulsemus matrem Iesu precibus, quia facillime gratiam impetrabimus.
Bernard. Vnde Bernardus: Ad quid, inquit, putas Mariam ab angelo iam dudum ante conceptionem plenam gratia nuntiatam, nisi vt superueniente deo in vtero nobis fieret superplena, vt quotienscunq; precibus (licet tenuiter moneretur) superflueret, nobis liquorē gratiæ effundendo. Hanc gratiam obtinere & dulcedinem, ac delectamentum Mariæ experiri, concedat nobis filius eius Iesus Christus.

¶Sanctæ Mariæ festiuitas, tam conceptionis quàm natiuitatis iuste obseruatur. Exhortatio VIII.

NAtiuitatem hodiernam perpetuę virginis genitricis dei Mariæ solenniter celebremus, a q̄ celsitudo throni processit, halleluia. Sanctus Iohannes Damascenus in sermone de natiuitate beatæ Mariæ, hortatur omnes ad celebrationem pręsen

tis festiuitatis, dicens: Omnis lingua, omnis ætas, omnisque dignitas cum lætitia natiuitatem beatæ Mariæ celebret. Si enim, inquit, gentiles mendaci fabula dæmonum (humanum intellectum surripientium, & veritatem obumbrantium) decepti, festiuitates, regumq; natalitia omni diuulgabant honore, non minimum sæpe patientes detrimentum rerum vnde ducebant vitam: quantomagis oportet natalitium genitricis dei deuotissime celebrare, per quam genus humanum erigitur, per quam primi parentis Euæ in gaudium tristitia, in benedictionem maledictio vertitur? Sed dicet aliquis: Cum nullus sit capax honoris & gloriæ, nisi intelligens, nec dignus nisi sanctus, & beata Maria paruula in matris vtero existẽs, vsu caruerit rationis & intellectus, nec discernere potuerit bonum eligendum à malo refutando, nec cognoscere deum, aut tendere in ipsum, nec digna dei gratia, cum nascimur, vel eramus omnes (iuxta Apostolum) filij iræ, quomodo possumus celebrando talem puellulam venerari? Et respondendum rationabiliter creditur, quòd illa quæ genuit vnigenitum à patre, plenũ gratiæ & veritatis, præ omnibus alijs maiora priuilegia gratiæ acceperit, Vnde legitur apud Lucam, angelum ei dixisse: Aue gratia plena. Inuenimus autem quibusdam alijs hoc priuilegialiter esse concessum, vt in vtero sanctificarentur, vt Hieremias, cui dictum est: Anteq̃ exires de vulua sanctificaui te. Et sicut Iohannes Baptista, cui dictum est: Spiritu sancto replebitur adhuc in vtero matris suæ Vnde creditur, quòd beata virgo sancta fuerit, antequam ex vtero nasceretur. Et nisi esset hæc fides indubitata ecclesiæ, temere festum natiuitatis beatæ Mariæ celebraretur. Dicit enim sanctus Bernardus: Neque enim festiuis laudibus nascens honoraretur, nisi sancta nasceretur. Hildefonsus Toletanus archiepiscopus dicit: Si non in matris vtero san

Ephesi. 2

Lucæ 1

Hieremi. 1

Lucæ 1

Bernard⁹.

cta fuisset, eius natiuitas celebranda non esset. Fuit itaque puella Maria, sancta, antequam nata per dei gratiam, quam acceperat non per sacramentum veteris aut nouæ legis, sed per singulare priuilegiũ quod erat maius & excellentius quàm priuilegium Iohannis baptistæ aut prophetæ Hieremiæ. Nunc remanet q̄stio, in q̄ priuilegiũ beatæ Mariæ excellit priuilegiũ beati Iohãnis. Vere Iohãnes fuit sctũs ante q̄ natus, qa spiritu sancto plenus. Etiam vsu fuit ornat⁹ ratiõis & intellect⁹: qa exultauit in vtero. Quod Ambrosius & alij intelligũt de vero hũano affectu. Vnde dicit: Habet intelligendi sensum, q exultãdi habebat affectũ. Hoc idẽ canit ecclesia: Acceleratur ratio infanti nõdũ nato, & cæ. Itaq; beata puella Maria in vtero beatæ matris suæ Annæ erat spũ sancto plena, & vsu rationis & intellectus ornata, sicut beatus Iohannes baptista. Sed in q̄ præcellebat. Fuit sanctificata beata adhuc in matris vtero puella. Sed in q̄ sua sanctificatio p̄cellebat? Audite & intelligite fratres. Est duplex sanctificatio sctõrũ priuilegiatorũ in vtero. Vna est sanctificatio, hoc est, mũdatio vel purgatio (cũ sanctum non sit aliud quàm mundum, vel purum secundum spiritum, inquantum assimilamur deo, qui est ipsa sanctitas.) Est itaque vna sanctificatio priuilegiatorum sanctorum, id est, purgatio à peccato contracto originali. Talis erat sanctificatio beatorum Hieremiæ & baptistæ Iohannis, & aliorum si qui sunt huiusmodi, qui talem gratiam consequuti sunt, quòd exinde mortale peccatum committere non poterant. Erant tamen peccatores. Est alia sanctificatio, quæ maculam peccati originalis excludit per gratiam prę uenientem, vel præseruantem. Et hęc est sanctificatio conueniens solum beatæ dei genitrici MARIAE, non ex suis, aut alicuius meritis, sed ex voluntate & gratia summi dei, qui voluit de purissimis sanguinibus eius (spiritu sancto operante) huma-

Sanctificatio sanctorum duplex.

num corpus assumere, & ex mundissimis visceribus eius generari. Sanctificationem hanc secundam cõmuniter ecclesiastici viri conceptionem appellant, ad differentiam sanctificationis primæ. Hanc ergo habebat beata intemerata Maria mater dei, vt decuit eam quæ mater dei erat futura, & decuit deum q de ea decreuerat nasci. Hæc sanctificatio, ita eam ab omni peccati fomite liberauit, quòd omnino nullum peccatum committere potuit. Hoc testantur oẽs doctores sancti. Quòd autem hæc sanctificatio beatæ Mariç collata fuerit, probatur ex verbis beati Bernardi superius expressis à simili. Dicit enim: Neque enim festiuis laudibus nascens honoraretur, nisi sancta nasceretur. Innititur enim sanctus Bernardus ordinationi & authoritati ecclesiæ, quæ festum natiuitatis eius instituerat. Ergo à simili, cum sancta ecclesia per orbem terrarum instituerit, festum conceptionis beatæ Mariæ agi sub nomine conceptionis, vt p hoc innuat, quòd omnino nunquam originale peccatum beata Maria contraxerit (quæ est secunda sanctificatio superius expressa) & nomen sanctificationis, innuens peccatum originale contractum (quæ est prima sanctificatio superius expressa) deleuerit, dicamus sic. Neque enim festiuis laudibus cõcepta honoraretur, nisi sancta conciperetur. Est enim per oĩa eadem ratio. Quia ecclesia non est certior de sanctitate beatæ Mariæ in eius natiuitate, quàm de sanctitate in eius conceptione, cum nulla scriptura hoc testetur. Sed Romana ecclesia nunc celebrat festum cõceptionis, etiam ea intentione quòd innuat q beata Maria in sua conceptione, vel animatione peccatum originale non cõtraxerit, & ergo argumentum in suo vigore perseuerat, quòd ipsa beata Maria in sua conceptione fuerit sancta, & consequenter in sua natiuitate. Per prædictã resolutionẽ satis puto assertum contra omnem disputationem, quæ fieri posset

pro vel contra sanctam conceptionem beatæ Mariæ quia in talibus soli assertioni &consuetudini ecclesiæ credendum est, si pie ac religiose sentitur. Ergo charissimi cum iucunditate celebritatem præsentem impleamus, quia in ea innocentiam nostræ dominæ & matris recolimus, à qua celsitudo throni processit, id est, ille excelsus, qui sedet in throno maiestatis dominus noster Iesus Christus. Et addit halleluia, vt pura intelligentia tanti mysterij, mundo affectu & amore tanti boni & inexplicabili iubilatiōe tāti gaudij celebremus, vt simus in diuinis strenui, id est, alacres &reuerentes. Cum ergo tanta celsitudo, id est, verbum dei in excelsis ex ea processerit, recte altissimis

Gene.1 rebus comparatur. Primo luci, de qua in Genesi habetur: Fiat lux. Et facta est lux. Sicut enim illius lucis creatio solis creationem præcessit, &secūdum aliquos ex ipsa corpus veri solis est formatum: sic ort⁹ beatæ virginis Mariȩ veri solis, id est, Christi, formationem præcessit, & ipse Christus sol iustitiæ de eius substantia est formatus. Sed istam parabolam fratres ad nostram instructionem trahamus, Per meritū matris nostræ Mariæ dicat in nobis dominus deus. Fiat lux, præcedēs ante lucem omnis boni operis. Hȩc est lux diuinæ gratiȩ. Ex hac gratia Christus format in nobis, sicut sol iustitiæ, à quo diffugiunt opera tenebrarum, vt in die bene operantes honeste ambulemus. Secundo comparatur cœlo siderio. Sicut enim illud est speciosum ac gloriosum, ꝑpter varietatē

Eccl.41 ac multitudinem stellarum, (iuxta illud: Species cœli gloria stellarum) ita beata Maria est speciosa &glosa propter varietatem & multitudinem virtutum,

Damascenus. in quibus nedum omnes illustres homines vincit, iuxta sententiam Damasceni, sed etiam omnes spiri-

Albertus. tus cœlestes, iuxta sententiam venerabilis Alberti, in libro de laudibus Mariæ. Existente enim ea adhuc in via, habitu erant, nunc autem existente ea

In patria, actu virtutes eius maiores sunt, Igne e=nim diuini amoris est inflammata, plus quàm Sera=phin, Splendore diuinæ cognitionis illustrata est plꝰ quàm Cherubin. Mente tranquillior est thronis. Dominatu præcellit dominationes. Gloria miraculo rum illustrior est virtutibus. In dæmonum refrena tione fortior est potestatibus. Prouidentiam maiorē habet de omnibus regnis & prouincijs, quàm Prin=cipatus, Diligentiam fructuosiorem habet de omni bus ciuitatibus & locis, quàm Archangeli. Curam at que custodiam amorosiorem habet de singulis homi nibus (tanquam spiritualis & cœlestis mater eorum) quàm Angeli, Longum foret singulas stellarum eius naturas (quibus ornatur tanquam siderium cœlū) indagando percurrere. Tertio comparatur beata Maria cœlo crystallino capacissimo, quia ipsa dei ha=bitatio facta est iuxta illud Cantici ecclesiæ: Quem cœli capere non poterant, tuo gremio contulisti. Quarto comparatur cœlo empyreo, quod excellit o=mnia corpora in sublimitate vel situ, in nobilitate & gloria. Sic gloriosa dei genitrix excellit omnes pu=ras creaturas, in gratia, merito & gloria, & cætera. Vt ergo participes eius gloriæ aliquando esse merea=mur deuotissime charissimi natiuitatem hodiernam ipsius perpetuæ virginis genitricis dei Mariæ solen=niter celebremus, à qua celsitudo throni processit halleluia.

¶Gratulandum esse beatæ Ma=riæ, & quæ sit inuidia mala, quę bona. Exhortatio. IX.

HOdie nata est beata virgo Maria ex progenie Dauid, halleluia, halleluia, halleluia. Canticū est matris ecclesiæ in hac solennitate dei geni tricis Mariæ, quam lætitia solenni veneratur, spiritu

veritatis imbuta & recta, diem scilicet natiuitatis matris eius, sicut & conceptionis, quia nouit eam in vtraq; fuisse sanctam, & cultu dignissimam. Ait enim sanctus Bernardus: Neque enim festiuis laudibus nascens honoraretur, nisi sancta nasceretur. Sic a simili nequaquam festiuis laudibus concepta honoraret nisi sancta conciperetur. Et hoc tali conceptione quę innuit omnimodam carentiam originalis culpæ, per quam carentiam & plenam spiritussancti præsentiā, omne deinceps peccatum euasit nec vllam vnquam peccati maculam contraxit. O vere magnorum causa gaudiorum, & dignissima sublimium materia iubilationum. Bonum em̄ est causa gaudij & amoris. Sed quale bonum est hoc, nunquam displicuisse deo nunqum offendisse, sed semper placuisse? Hoc nulli hominum concessum est, sed solum Mariæ. Sicut placuit deo præter communem legem nascentium, Iohannem præcursorem suum & baptistam nasci non filium iræ, sed gratiæ: sic voluit Mariam suam matrem concipi, nasci, viuere, & mori sine peccato, & p filios ecclesię matri ecclesię reuelauit, q̄ recepit, tenet credit & colit. Quis ecclesiæ filius tantum bonū Mariæ collatū non fauebit, nō congratulabit intimo affectu & cordis iubilo? Congaudeamus charissimi beatæ Mariæ, & hoc eius interuentu obtineamus vt sibi congaudeamus. Cōgaudent boni homines in mūdo, iuxta illud: Natiuitas tua dei genitrix virgo, gaudium annuntiauit vniuerso mundo. Congaudent angeli in cœlo, iuxta illud: Congaudent angelorum chori gloriosæ virgini. Canticum est ecclesiæ. Qui in hoc mundo congaudet beatæ Mariæ, in futuro seculo congaudebit ipsi cum angelis in cœlo. Nec est mirandum, quod aliquis gaudet de alieno bono, quia hoc est secundum naturam: mirandum vero foret quod aliquis non solum non gaudet, vel congaudet, sed magis tristatur de alieno bono, quia hoc est

Bernard.

contra naturam. Amor quippe & gaudium incitantur à bono. Tristitia vero à malo. Contingit tamen quòd alterius apprehenditur vt malum proprium, inquantum alter excedit ipsum in bono. Hæc est inuidia. Vnde ait Gregorius sexto Moralium: Grego. Inuidere non possumus, nisi eis quos nobis in aliquo Iob. 5 meliores putamus. Et hoc est quod dicitur in libro Iob: Paruulum occidit inuidia. Omnis enim inuidus sua æstimatione est diminutus & paruus, quia alienũ bonum æstimat diminutiuum proprij boni, putat sibi subtrahi quod alteri euenit. Præcipue tamen de illis bonis homines inuident, in quibus est gloria, & in quibus homines amant honorari, & in opinione esse, vt Philosophus dicit secundo Rhetoricæ. Hic probantur communiter spirituales viri, vtrum studium religionis ipsorum sit vera sanctitas vel hypocrisis. Si quis sentit se tristari de confratris sui gloria, vel honore, vel promotione, vel profectu spirituali, & similibus, sciat certissime vitam suam fore hypocrisim. Sicut in Vitis patrum legitur de quodam spirituali patre, ad quem plures concurrere ędificationis gratia consueuerant. Hic quandam cellulam alteri fratri vere deo digno & deuoto concesserat. Audiens vero quòd illum plures frequentabant, & se dimittebant, inuidiæ facibus accensus, illum exturbare atque depellere inardescebat. Exitiabilis religiosis est bestia hæc, & tamen familiaris, intantum quòd versum sit in prouerbium: Religiosi inuidi. Quàm sit exitialis hæc bestia, testatur GREGORIVS Gregor. quinto Moralium, dicens: Quamuis per omne vitium quod perpetratur, humano cordi antiquus hostis virus infundit, in hac tamen nequitia (scilicet inuidiæ) tota sua viscera serpens concutit, & imprimẽdæ malitiæ pestem vomit. Et apte, quippe cum ipse plenus sit inuidia, iuxta illud sapientiæ: Inuidia diaboli mors introiuit in orbẽ terrarum, hoc ipsi homi- Sapient. 2

ni(præcipue spirituali) ex visceribus suis infundere nititur,quo ipse refertus existit. Intantum autẽ hoc venenum serpit, vt nonnunquam homo spiritualis fraternæ gratiæ inuidere inueniatur,quod est peccatum in spiritum sanctum,quia per hanc inuidentiam homo quodammodo inuidet spiritui sancto, qui in suis operibus glorificatur. Hoc vero est grauissimũ peccatum. Hęc bestia,pfert filias pessimas,se nequiores. Odium,id est, gaudium de malo proximi, susurrationem,minorando gloriam, vel bonum proximi in occulto: detractionem, minorando in manifesto exultationem in aduersis proximi: afflictionem in prosperis proximi,quando contra conatum inuidentis eueniunt. Ecce charissimi exitialem bestiam, quæ ex natura & genere suo mortem animæ operatur, postquam per consensum mentem occupauerit. Si vero solum hominem mouerit imperfecte, qui alias primi motus inuidiæ dicuntur, qui etiam interdum in viris sanctis atq; perfectis inueniuntur, non operantur mortem, imò quandoq; sunt materia exercẽdæ virtutis, quando in suis primis congressibus (dei auxilio) enecantur. Et quid mirum si in viris intelligentibus,rationeq; vtentibus inueniuntur tales virulenti motus,in quibus habetur occasio, cum sanctus Augustinus testetur, in pueris hos motus inueniri,ita scribens in primo libro Confessionum: Vidi ego & expertus sum zelantem puerum,nondum loquebatur,& intuebatur pallidus amaro aspectu collactaneum suum. Potest tamen aliquis de bonis alterius dolere sine peccato inuidiæ, quando scilicet ex bonis alienis rationabiliter timet sibi vel aliis nocumentum. Vnde Gregorius vigesimo secundo Moralium ait: Euenire plerumq; solet,vt(non amissa charitate) & inimici nos ruina lætificet, & rursum eius gloria(sine inuidiæ culpa)contristet, cum & ruente eo quosdam bene erigi credimus, & proficiente illo

Augustin.

Gregori.

plerosq; iniuste opprimi formidamus. Sic Iudæi gaudebant ad casum Herodis, & religiosi quiq; ad mortem fratris turbatoris. Cauendum est tamen, quia plerumq; sub pallio hoc boni zeli, veræ inuidiæ se palliat scelus. Omnes mali se dicunt bene moueri, etiam in pessimis factionibus & coniurationibus. Inuenitur in scripturis sanctis alia tristitia de bono alterius, non quia alius habet hoc bonum, sed quia nos non habemus tale bonum. Sicut Rachel inuidit sorori suæ. Non enim dolebat de fœcunditate sororis, cum ex ea sibi nepotes generarentur, & semi sui filij quia de suo proprio marito, sed doluit suam propriã sterilitatem. Et Apostolus dicit: Aemulamini spiritualia. Hic quippe est zelus, quando est circa bona honesta. 1.Cor.14 Sic monachus videns socium proficere in mortificatione vitiorum, in virtutibus, in optimis moribus, si vere religiosus est, contristatur quod illum sequi non potest, quem amat, & de cuius profectu gaudet. Irreligiosus irridet & detrahit. Tepidus amans, laudat & ridet. Est etiam alia tristitia de bonis temporalibus, quæ proueniunt indignis, dei dispensatione, quę prohibet in scripturis sacris, iuxta illud Psal. Noli æmulari in malignantibus, neq; zelaueris facientes iniquitatem. Psalm.36 Et alibi: Penè effusi sunt gressus Psalm.72 mei, quia zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns. Debemus enim quam diu deus & superiores tolerant malos, in bonis fortunæ eis non inuidere, nec de bonis eorum contristari, sed dei iudicio relinquere. Sunt ergo quædam tristitiæ de bonis aliorum, quæ non sunt inuidiæ, nec contrariantur charitati proximi & misericordiæ, sicut vera inuidia. De qua impertinenter iam tantillum diximus, in tam grata dei genitricis Mariæ natiuitate, non quod eã habetis, sed potius vt eam euitetis, occasione data propter cõgaudium quod cum angelis habere debemus in hoc mũdo, & in cœlis. Reuertentes igitur vnde digressi su-

mus, iterum commoneo vos fratres, vt beatæ dei ge
nitrici plena iubilatione congaudeamus super inno
centia sua, & iucunda natiuitate, vt eius interuentu
super innocentia nostra restituta & felice natiuitate
in cœlis, vniuersam cœli curiam gaudentem habere
mereamur. Sed quomodo fiet istud? Isto modo ma-
ter ecclesia concepit nos de spū sancto in baptismate
sine peccati macula. Interim donec nascamur, forma
Galat. 4 mur in vtero ad imaginem dei, donec formet Chri-
Ephesi. 4 stus in nobis, & crescimus ad perfectionem in con-
gruam ætatem plenitudinis Christi, decem mensium
tempore (secundum dictum Sapientis) donec scilicet
decalogi præcepta in nobis perficiantur, pro perfe-
ctione vitæ spiritualis. Pueri quippe decimo mense
nati, sunt magis vitales. Tales fœtus parit mater ec-
clesia cum gaudio, ita vt natalitia eorum cum gau-
dio celebrentur in terris, & multo amplius in cœlis.
Lucæ 15 Vbi enim gaudium fit super vno peccatore pœniten
te, nunquid non potius super iusto regnante? Cauea
mus tamen fratres, ne sine vita spirituali tanquā ab-
ortiuum à ventre matris ecclesiæ abijciamur in mor
tem perpetuam. Quòd si viui progeniti fuerimus,
sed imperfecti, debiles atq; deformes, necessariū erit
medicamenta dolorosa, ac ferramenta vrentia ad-
hibere in purgatorio, donec sanemur. Studeamus
igitur totis viribus ad perfectam spiritualem vitam
peruenire. Suffragabit nobis pijssima dei genitrix, si
deuote reqsita fuerit, si deniq; pie laudata & culta fue
rit. Quod monet & facit Damascenus in sermōe hodi
erno, dicens: Constituamus diē solennē in natiuitate
Isaiæ 54 beatæ Mariæ genitricis dei. Lætare Anna sterilis, q̄
Galat. 4 non paris. Erumpe, clama q̄ non parturis. O felix co-
pula Ioachim & Annæ, è quibus nata est virgo Ma-
ria, virgo in partu, virgo post partū. O virgo pulcher
rima, ô filia dulcissima. O liliū natū inter spinas, ex
nobilissima & regia stirpe Dauidica. Per te regio di-

tatur ecclesiæ sacerdotio, per te fit legis translatio, per te reuelatur spiritus latens sub litera, sacerdotali dignitate translata è tribu Leui ad tribum Iuda. O rosa nata è spinis Iudæis, quæ diuino odore repleſti omnia. O Adæ filia & dei mater: Beatus venter q te portauit, & beatæ vlnæ quæ cõplexæ sunt te. O sacerrima filia Ioachim & Annæ. O sacerrimus fœtus qui maternis portaris in brachijs & potestates apostaticas abigis tremefactas. O proles sacerrima, quæ materno pendens ab vbere angelorum obsequijs honoraris. O soboles sanctissima, parentum gloria, te generationes generationum beatificant.

¶ De beatæ virginis dignitate ac humilitate, quomodo item humilitas obtineatur. Exhortatio X.

QVia respexit humilitatem ancillæ suæ ecce enim ex hoc beatã me dicent oẽs generationes. Lucæ 1. Humillimam ac beatissimam dei matrem Mariam, humillime salutemus, dicẽtes: Aue Maria, Quia respexit, & cæter. vbi supra. Charissimi fratres, postquam beata Maria conceperat Christum dominum, reuoluit religiosa mente, quid erat ipsamet ex se secũdũ naturã, & quid & qualis ex diuina (quã inuenerat apud deum) gratia. Agnouit se humilẽ. i. infimam & ad talem excellentiam (ad q̃ iam prouecta erat) vt esset (sicut iam erat) mater dei, insufficientem & indignam. Studuit humiliter recordari quod erat vna de filiabus prçuaricatoris Adæ, cuius proles omnes obnoxię sunt morti, oẽs filij iræ & damnationis cœlestis hæreditatis, filij procliues & faciles ad malum, difficiles ad bonum. Agnouit itaque MARIA seipsam infimam, dicebat se infimam, reputari se voluit infimam: quia inquit, respexit humilitatem ancillæ suæ, Ecce

dicit se humilem, id est infimam. Non enim commendauit propriam virtutem & laudem, sed exercuit (sicut humilis) actum virtutis, seipsam humiliter cognoscendo & vituperando, quod fuit meritorium & aedificatorium, & graeca translatio (quam scripsit euangelista) manifestat. Vnde graecus expositor, respexit humilitatem ancillae suae, quasi diceret. Ipse prouidit, non ego expectaui, humilibus eram contenta. Nunc autem ad ineffabile consilium eligor & exaltor de terra ad sidera. Absit autem quod se diceret humilem & infimam, & tamen se talem non agnosceret, sed mentiretur. Vel quod diceret se infimam & tamen nollet ab alijs talis haberi, vel reputari: sed humilis secundum virtutem (quod spectat ad hypocrisim) videri. Postquam seipsam Maria respexerat & agnouerat qualis & quae esset ex se secundum naturam respexit & agnouit quod & qualis erat ex gratia. Quia si non agnosceret, nō posset agere gratias. Agnoscens ergo diuinam gratiam, dicit: Respexit humilitatem & caete. Totum ascribit diuinae dignationi, non merito. Sed quid egit iste respectus? Ecce enim, inquit, ex hoc (scilicet quia respexit me) beatam me dicent omnes generationes. Quare? Quia fecit mihi magna Quae sunt illa magna? Videamus finem & summam istorum magnorum occultatorum, non prolatorum & tunc perpendere melius valebimus, quae sint ista magna. Suscepit, inquit, Israel puerum suum. Quid est hoc? Sit fratres mei Israel nominatiui casus, & in his verbis hauriemus infinita & maxima gaudia. Intelligimus enim in eis, quod Israel tunc secundum carnem, & nunc secundum spiritum, suscepit puerum deum, Iesum saluatorem omnium, deum & hominem, dei patris & hominis matris filium. Et hic sensus dulcior est contemplanti atque cantanti, quamuis texus magis habere videtur quod Israel sit accusatiui casus. Et est sensus: Dominus suscepit Israel

puerum suum, id est, de Israel sumpsit puerum Iesum secundum carnem, in vnione filij sui, secundum diuinam naturam, secundum q̃d alibi dicitur: Nusq̃ angelos apprehendit, sed semen Abrahæ. Vterq; tamen sensus in vnum & idem redeũt. Deus factus est homo & saluator noster ex Maria virgine. Hoc est vnum magnum, Mariæ quod concessum est. Cum autem opera dei ordinata sint, decuit consortem dei patris vltra omnem creaturam fore purissimam, sanctissimam atque dignissimam. Hoc nemo sanę mentis negare potest. Debebant enim (sicut nunc habẽt) habere vnicum filium ex vtroque generatum, pater deus, & mater virgo, Ecce stupendum consortium. Quis ad hanc dignitatem aspirabit? Vt ergo dignificaret eam, fecit ei dominus magna. Hoc fatetur. Et vtique quod fatetur, hoc agnouit, Melius nouit mysteria omnia, quàm ipsa ecclesia, cuius est (post caput id est, Christum) nobilissimum membrum. Merito ergo quęritur quæ sint ista magna. Qui paucis contẽtus est, dicet: Magna sunt, quòd vigo mater genuit, q̃ de spiritu sancto conceperat: & illud est deus & homo vnus Christus, vna persona. Vera magna tanti officij dignitas. Sed oportet quòd aliqua præcedant, q̃ hanc dignitatem efficiant, propter conditionem geniti, qui est filius dei, deus: & propter consortium q̃d habet generans mater cum deo generante patre, & quòd aliqua subsequantur quæ dignitatem hanc in perpetuum confirment. Quia Iesus Christus (vt testatur Apostolus) heri & hodie, ipse est in secula. Cũ ergo matris ignominia contumelia est filij, decuit matrem talis & tanti filij, & ante tempora, & in tempore, & post tẽpora, ab omni ignominia reddi alienam. Et hoc factum est. Ecce hodierna solennitate declaratur immunis ab omni peccato genita Vnde Bernardus: Neque enim festiuis laudibus nascens honoraretur, nisi sancta nasceretur. Eadem

Hebr.1.

Hebr.13

Bernardus

etiam ratione festiuis laudibus concepta non honoraretur, nisi sancta cōciperetur. Ergo a'ienū peccatum in ea nō fuit, sicut in cęteris, plibus Adæ. Nō fuit igitur filia iræ, licet de Adā transducta sit: quia peccatū iram operatur. Permansit tamen morti obnoxia, & a regno cœli aliena, propter conditionem genitæ de massa mortali, & cui nihil de regno cœlesti debebatur. Quapropter ipsa mortem subijt temporalem ex conditione, sicut filius eius ex dignatione. Dignatus quippe est assumere filius vitam mortalem, vt nos re
Ioh. 10 dimeret. Nemo vero eum mori coegit. Vñ ait: Ne tollit animam meam, sed ego pono eam, & iterum assumo eam. Regnum etiam cœlorum ipsa per victoriam filij obtinuit, & per bona opera gratia cooperāte, & liberum arbitrium mouente, promeruit. Et quia gratia Christi, ac meritum se extēdit ad veteres sanctos, ad præsentes pariter & futuros, ipsa etiam mater Iesu eadē gratia salua facta est. Igitur nūquā deo displicuit per peccatū originale, nunquam offendit per actuale, sed semper placuit per gratiam. Et hæc in tanta nobilitate & abūdantia seu plenitudine extitit, vt etiā omnium beatorum spirituum merita trāscenderit. Sic dignitas eius incœpta est & perfecta, sic continuata & roborata, sic consummata & perpetuata. Hæc sunt magna quæ fecit ei dominus qui potēs est. respiciendo infima ancillæ suæ. Fratres mei, studeamus & nos discernere, quid & quales sumus ex nobis, secundum naturam corruptam, & propria peccata, & quid & quales ex dei dono & gratia. Primū, vt gratiam diuini respectus obtinere valeamus: Ad
Isa. 66. quem, inquit, respiciam, nisi ad pauperculum, humilē & contritum corde? Secundum, vt gratias agamus largitori omnium bonorum. Caute tamen dona dei aspiciamus, nec maiora quām habemus, nobis asscribamus, nec de ipsis donis nos extollamus, nec aliquē propterea despiciamus, Aliorum nec minoribus

bonis,nec eorum malis,nostra bona comparemus, ne alij nobis vilescãt: sed nostra mala aliorum bonis comparemus, vt alij nobis preciosi sint,& nos nobis vilescamus,etiam præ cæteris. Humilitas quippe q̃ dei conspectum meretur,est (inquit Bernardus) virtus,qua homo vera suijpsius cognitione sibi vilescit. Bernardus Nõ dicit desperatum,aut pusillanimem reddit.i Sunt enim nonnulli,qui seipsos considerantes,animo deijciuntur,&desperant. Hoc non facit humilitas virtus vera sed falsa. Humilitas animum præstat & spem: quia dominum noscit humilia respicere: Humilia,inquit,respicit in cœlo &in terra. Psal.112 Eccce oculi domini super metuentes eum,& in eis qui sperant super misericordia eius. Psal.32 Viles igitur fratres nobisipsis facti exerceamus hanc virtutem. Primo voluntarie subdentes nos maioribus. Sic informat magister bonus Paulus discipulos dicens: Obedite præpositis vestris, & subiacete eis,&cætera. Hebr.13 Et iterum: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Rom.13 Sic fecerũt Iesus & Maria,vt patet ex decursu Euangelij. Secundo,subdamus nos minoribus,exemplo Christi qui descendit cum Ioseph &Maria,&erat subditus illis. Lucæ.2 Lauit etiam pedes discipulorum. Iohan.13. Quid dicemus fratres ad hanc Christi domini humilitatem? De pœniteniia distinctione.2.ca.Si quis semel,dicitur: Exercitia humilitatis sunt,si se vilioribus officijs subdat &ministerijs indignioribus tradat. Tertio, reputem⁹ nos indigniores,minores,&viliores oib⁹ alijs. Chrysostomus in lib.de 12.gradibus humilitatis: Qui vere est hũilis,indigniorẽ se reputat oibus alijs. Chrysost. August. Augusti. Existimate aliquos esse in occulto vobis superiores, quibus in manifesto estis meliores. Item Paulus: In humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes. Philip.2 Quarto fateamur nos viles & contemptibiles esse. MARIA se ancillam &infimam appellauit,dicens: Respexit humilitatem ancillæ suæ. Luc.1. Hoc est contra illos

qui se viles, indoctos, inutiles, & malos agnoscunt, & tamen se gloriosos, sciolos, perutiles & bonos prædicant, vt ad honores perueniant. Quinto, optemus nos ab aliis viles reputari. Bernardus: Vere humilis vult vilis reputari, nõ hũilis p̃dicari. Dominus maiestatis Christus Iesus, voluit vilis pro nobis reputari. Et nos in veritate viles, dedignamur si ab aliis viles reputamur. Sunt tamen nonnulli, qui vilia de se dicunt, sed tales ab aliis reputari nolunt, nec talia ab aliis audire volunt. Hæc est vera hypocrisis, attestante beato Augustino qui ait: Hypocrita est, qui humilis esse non quęrit, sed tantum videri cupit. Sexto, fugiamus impensum honorem. Iesus (qui superbiam timere non habebat) fugit quando volebant eum regem facere. Similiter magni sancti oblatas dignitates fugerunt. Et beatus Alexius fugit de Edissa, cum sentiret honorem sibi impendi. Hæc fuga semper mẽte fieri debet, non semper corpore. Est vere magna vis animæ in honore viuere, & non extolli. Vnde Bernardus: Non est magnum humilem esse in deiectione, sed magna prorsus & rara est virtus honorata humilitas. Ne ergo virtutem amitterent & meritum sancti fugerunt. Septimo, impendendum honorem impediamus. Sic fecit dominus prohibens curatos à se, ne cui dicerent. Nam (vt inquit Augustinus) q̃ se laudari desiderat, superbum se esse demonstrat. Octauo, studeamus de oblato honore dolere. Cum dominus Iesus honoraretur à turbis dicentibus: Benedictus qui venit in nomine domini, ipse se ad lamẽtum vertebat. Sic facit & sapiens. Vnde Chrysostomus: Sapiens cũ laudatur in facie flagellatur, qa sc; erubescit. Et Gregori. Perfectus nescit de oblata laude gaudere. sed tristatur. Nono, patiẽter sustineamus nos affligi & contemni, exemplo Christi & Mariæ. Ad hoc monet Ecclesiasticus dicẽs: Oẽ q̃d tibi applicitũ fuerit, accipe & in dolore sustine, & in humilitate tua

Bernard. August. Augusti. Luc. 21. Eccles. 7. Chrysost. Gregor. Eccli. 2

patientiam habe: qm̄ in igne ꝓbatur aurum & argentū, homines vero receptibiles in camino humilitatis Decimo, gaudenter sustineamus nos affligi & contē-ni, sicut Apostoli ibant gaudentes, qm̄ digni habiti erant ꝓ nomine Iesu contumeliā pati. Est qꝗpe magna dignitas ꝓ dn̄o pati, cōtemni & affligi. Sic sic fratres, humiliemus nos pro posse nostro, exemplo matris dei Mariæ, vt respectū domini obtinere mereamur, ꝑ quem a malis nostris liberemur, & gratia & bonis omnibus ditemur. Actu.5

¶ De excellentijs beatæ Mariæ, & quomodo desideremus cōiūgi deo sicut ipsa. Exhor. XI.

FVlcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Canticorum secundo. Nosse debetis charissimi quod dominus omnium deus, ita ministerio vtitur creaturarum, vt naturalia quæ ipsis tribuit, salua relinquat, nisi interdum aliud (quod raro fit) decreuerit. Tradidit igitur nobis scripturas sacras per prophetas, Apostolos & euāgelistas per sanctos etiam doctores & scribas salutaria documenta. Sed quàm diuerse hæc sancti spiritus organa sonuerūt & sonant, nemo intelligens est qui ignorat. Inter hæc organa fuit rex Salomon, mulierꝫ solatijs deditus, q diuino spiritu tactus, inter cætera quæ de moribus vtiliter docuit, etiā amoris mutui puritatem spōsi & sponsæ, dei & ecclesiæ nō vtiqꝫ luculenter sed vmbrose cōscripsit, maxime propter metaphoras & similitudines turpis amoris, & carnales parabolas. Oportet has parabolas fortiter ꝑtransire, ne hæreāt mentibus infirmorū, & similia oīa q̄ in sacris codicibus inueniuntur, & ad spiritualia (per hæc signata) transmeare. Verba ergo hæc: Fulcite me floribus,

Cantic.2 ſtipate me malis, quia amore lãgueo. Et: Adiuro vos filiæ Hierusalem, si inueneritis dilectum, vt annũcietis ei quia amore langueo, innuunt secundum similitudinem, sicut mulier vel sponsa præ amore quem optat sponso indicari, vt flectatur amore, commotus se desideranti sponsæ præsentare atque coniungere: & interim petit ab omnibus floribus & fructibus, & similibus solatijs foueri atque fulciri, quod simili mõ ecclesia & singulæ animæ deum amantes optant, q̃d dilectus deus velit sibi amoris vnionem atque coniũctionem annuere. Et quia tardat hoc facere, optat virtutibus ꝑ flores designatis, & operibus bonis meritorijs, per mala, vel fructus denotatis fulciri & confortari. Sicut enim corpore languens indiget fomentis confortari, ita languens spiritu indiget fulcimento virtutum roborari. Per peccatum vero primorũ parentum, sunt omnes vires animæ proprio ordine destitutæ, ita quod difficulter bona operari, & malis resistere, & in deum per amorem reuerti valet homo. Idcirco, vt ad supernaturale bonum, id est, deum, ad quem cognoscendum atque amandum conditus est, tendere atque reuerti valeat, necessariæ sunt ei animæ virtutes, quibus bona operari valeat, & contraria ijs refellere. Virtus enim est circa difficile, & bonum, & ideo vbi occurrit specialis ratio difficultatis, vel boni, ibi est specialis virtus. Ad virtutem autem moralem pertinet conseruare bonum rationis contra ea quibus potest impediri, & ideo vbi inuenitur speciale impedimentum rationis, ibi necesse est esse specialem virtutem ad illud remouendum. Homo ergo non potest bona operari, nec malis resistere, nec per consequens in deum tendere, nisi habuerit virtutes. Optat ergo sponsa, id est ecclesia, & singula mẽbra eius, vehementer desiderans sponso, id est, Christo domino, seu deo summo bono, per amorem coniungi in æternitate, & interim virtutibus & merito-

ris operibus fulciri: & hoc ipsum sponso indicari, cui tamen notum est omne secretum. Hoc ipsum vero laudabile desiderium, nobilissimo ecclesiæ membro, beatissimæ videlicet virgini, dei genitrici Mariæ, in excellētissimo gradu asscribendum est, nedum in sua vita, verumetiam in suo ortu, id est, natiuitate, quam hodie festiue colimus. Attendamus dictum sancti Iohannis Damasceni, quod scilicet beata Maria à nullo illustriū vincit, & inueniemus quod sanctū hoc amoris desiderium habuerit in sua natiuitate: imo adhuc in matris vtero. Scriptura manifeste testatur beatū paruulum Iohannem nondum natum agnouisse dominum Iesum, cuius præsentiam in vtero exultando præ gaudio, nuntiauit. Ergo ne beata Maria in tali priuilegio à beato Iohanne vincatur, concludimus, quod ipsa nobiliori sanctificatione præuenta, & spiritu sancto altiore gratia impleta, rationis vsum accelerauerit, præstitam gratiam agnouerit, gratias egerit, & toto mentis affectu in deum volauerit, virtutibus quoque & bonis operibus (à spiritu sancto bene edocta) flagrauerit. Et q̄uis hæc (q̄ lucide p̄ scripturas non p̄bamus) pro certo non diffinimus, tamen pie credēda pronuntiamus. Sunt enim circa matrē Iesu oīa ita singularia, & eminēter supexcedētia, q̄d nunquam ea plene possumus indagare, sicut de conceptione & natiuitate eius nisi ecclesię authoritas diceret, nec scriptura nec ratio edoceret. Quō eīm potest de traduce Adę nata, esse sine originali culpa, & tñ indigere redēptiōe sicut cęteri hoīes? De natiuitatis eius sāctitate nō habemus scripturā, sed mētis certitudinē p̄ authoritatē ecclesię. Multa possēt stupēda eminēt supexcedentia narrari de btā Maria, sed in p̄senti sufficiāt tria. Primū est q̄ ipa btā Maria est veracit & scdm naturā mater, qa cōcepit & pepit veracit puerū, q̄d cōstituit in natura matrē, q̄uis cōceptio fuerit supnaturalis. Cōcepto fœtu, naturalit p̄les gignit, q̄uis supnaturaliter

Damascenus.

Luc. 1.

actum sit quod beata Maria sine dolore genuerit. Est ergo beata Maria veraciter mater. Sequitur aliud eminenter superexcellens, videlicet quod hæc eadē Maria mater veraciter sit in natura humana virgo immaculata. Est enim natura virginea in ea integra, nulla facta in carne corruptione, nec in animo vlla habita voluptatis carnalis cōcupiscentia. Quæ simul mater & virgo, in natura subsistere non valent, nisi authore naturæ agente supra naturam. Secundum eminenter superexcedens est, quod ipsa eadem virgo, & mater est veraciter naturalis, quamuis supernaturaliter mater dei. Hoc excedit omnem intellectū sileo de ratione & natura. Paruulus conceptus & genitus de Maria, est coniunctus inseparabiliter hypostatice, id est, subsistētialiter, verbo intellectuali diuino, hoc est, filio intellectuali diuino & factus cum eodem vna subsistentia & persona in deo, cum excellentissima sui prouectione, & sine diuinæ naturę iactura seu diminutione. Hæc tamen omnia potuissent perfecta fuisse in Maria (si decuisset, & deo placuisset) sine gratia gratum faciente. Sequitur tertium eminenter superexcedens, videlicet quod ipsa Maria fœminei sexus (& propterea in infimo gradu generis humani) & rationalis naturæ (& idcirco in vltimo gradu intellectualis naturæ, in comparatione intelligentiarum, id est, ANGELORVM, qui sunt naturæ intellectualis) tot & tantas gratias inuenit & accepit à domino, quod ascenderit vltra omnes choros angelorum, quod de nullo sancto: (teste Hieronymo) credere fas est, vt vltra omnium merita sanctorum, vt ibidem deum clarius videat, eidem per amorem ardētius inhæreat, suauius in deo requiescat, & gaudio eius perfruatur inamissibiliter. Ad istud stupent omnes beatissimi spiritus angelici, & omnes sancti admirantur eius excellentiam, & diuinam bonitatem. Miremur & congaudeamus etiam nos.

Cum igitur talia facta sint circa matrem Iesu Mariam, cur non liceat pie credere, quod in ea acceleratus sit vsus rationis & intelligentiae, post spũssancti repletionem, cum hoc datum fateamur seruo domini, Iohanni baptistae? Cur & consequenter non liceret credere, quod toto mentis affectu immaculato atq; purissimo, ad tantam gratiam exultauerit, & in deum perfecte tetenderit, & virtutum ac piorum operum fulcimentum optauerit? Sed dicet aliquis, nescio quis: Quid necesse est haec noua & inaudita proponere? Fateor, nunq̃ audiui, sed quia moderno tempore pessimi Haeretici & infideles, audent ea quae ex fide & euangelio certissima sunt, ea quoq; quae ex doctorũ sanctissimorum, ecclesiae etiam generalis diffinitione rationabiliter credẽda sunt de gloriosissima semper virgine dei genitrice negare & blasphemare, audeo & ego coram diligentibus eã, eamq; laudantibus, & eisdem in bonis gratiae congaudentibus, vetera commẽdare, & noua rationabilia ac credibilia veteribus accumulare. Nemo peccat laudabilem laudando, aut reum excusando, citra tamen dei aut aliorum iniuriam, sed male agit qui laudabilem vituperat, aut innocentem condemnat. Credo ergo haec: homo Maria super omẽs creaturas puras exaltata in gratia & gloria, quod post gratię dei per spiritum sanctum factam infusionem, in effectu verborum cantauerit atq; petierit: Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Adiuro vos filiae Hierusalem, si inueneritis dilectum, vt annuntietis ei, quia amore langueo. Voluit enim & ardentissimo desiderio concupiuit virtutibus, & bonis operibus tanquam floribus ac fructibus fulciri, & amore repleri: & hoc per electos (more loquendo humano) sponso dilecto deo nuntiari. O quali affectu concupiuit haec, iam degens cum filio, cum quo familiarissima conuersata fuit omnibꝰ diebus sine querela. O charissimi si sentire potestis,

Cantic. 2
Cantic. 5

aut cogitare, quid viderit, id est intellexerit, quid senserit in amando, quando permissa fuit intrare in cor filij, & quando filius intrauit in cor eius, spiritus in spiritum, lympidissime, purissime, rectissime. Intelligite intellectum, affectum, intentionem. Per hæc quippe ascensus fit in deum. Sed nemo castius ea vnquam ascendit. Nitamur citius ascendere post matrē domini per intellectum, affectum & intentionē in deum, & cantemus in effectu verborum: fulcite me floribus, &cæter. Sine fictione concupiscamus fulciri virtutibus & bonis operibus, quia deus veritas est, & corda omnium lucidissime semper & vbiq; intuetur, vt testatur tota scriptura. Per hæc enim deo occurrimus, & nos aptos & dispositos exhibemus, eo tamen in nobis hæc operante & cooperante, sine q̄ nihil possumus facere. Languorem quoq; amoris insinuemus. O quid est hoc? Breuiter dicam: Languet anima amore, quando vult coniungi vnice dilecto, nec ei conceditur. Cum igitur anima amore tendit, nec coniungi potest prout optat vnice amato, nec in alia tendere vult quantumcumque videntur amabilia, cum non sint id quod vnice diligit, tunc languore, id est, afflictione spirituali afficitur, qui languor semper accrescit, & nunquam minuit: suisq; suspirijs & gemitibus amor nutritur, & fortificatur, semper suspirans & dicens: O vtinam placerem. O quando grata ero? O quando me dilectus aspiciet? Et similia innumera. Quod si aspectum perceperit dilecti, tota anima ipsa obuiam currit, volens tenere quem præsentem quidem sentit, quanquam non videat. Non enim possibile est (de communi cursu) in hac vita deum videre, sed sentiri potest. Quid autem sit sentire, nouerunt qui senserunt. Nemo enim nouit, nisi qui acceperit, & fit diuersis modis secundum dei se offerentis indulgentiam, & animę dispositionem. Disponamus nos charissimi per veras virtutes, & opa

bona, vt ad hanc dei nostri optimi, & nimis amabilis indulgentiam, qua seipsum totaliter offert, peruenire valeamus. Iugiter eius desiderio inhęreamus, et præter eum nihil desideremus. Nudemus affectum nostrum ab omnium creaturarum amore, quia pręceptum est nobis: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, id est, voluntate, in qua est affectio. Nihil ergo diligere debemus, nisi ipsum solum, vel in ipso, vel propter ipsum. Omnia quæ præter ipsum occurrere possunt, debem⁹ fortissima manu repellere & totis viribus agere, vt ille vnice dilectus solus semp occurrat. Ad hoc debemus vti ingenio nostro, legendo & studendo ea quæ huic negotio, id est, diuino amori, accommoda sunt: & hoc est diligere ex tota mente. Sensus quoque nostros coercere ab aliis q̃ dilecto displicent, & vrgere vt quæ sunt placita, perficiant: & hoc est diligere ex tota anima. Viribus etiam motiuis & exequutiuis vti secundum beneplacitum dei: hoc est diligere ex omnibus viribus nostris. Sicque fiet quod totus homo nihil aliud velit, nihil diligat, nihil intelligat, nihil sentiat, nihil operetur nisi deum, & quæ dei sunt.

Deuter.6
Matth.22
Marc.12
Lucæ.10

¶ Quomodo deus pater dici possit beatæ Mariæ maritus, & de generatione filii dei. Exhortatio XII.

POst partum virgo inuiolata permansisti. Istud in laudem dei genitricis perpetuæ virginis, sancta mater ecclesia decantari instituit. Et hic versiculus dupliciter potest exponi. Primo referẽdo partum ad beatissimam Annã, q̃ peperit filiam virginẽ Mariã, vt sit sensus, postq̃ Anna

enixa est Mariam, ipsa filia post partum matris, sem per virgo inuiolata permansit. Et hic sensus concernit præsentem solennitatem. Secundo potest exponi referendo partum ad ipsam virginem Mariam, quæ peperit Iesum filium suum, vnicum dominum & saluatorem nostrum. Et hic sensus concernit solennitatem natiuitatis eiusdem domini nostri Iesu Christi, & est proprius sensus præfati versiculi, & contra Hæreticos institutus, qui composuerunt ex verbis sancti euangelij falsè & male intellectis, quòd beata dei genitrix post partum filij dei alias proles genuerit. Cui falsissimæ sententiæ per sacros doctores ecclesiæ Christi, sufficienter est responsum ad eam funditus eliminandam. Et nos pro tuitione purissimæ & floridissimæ virginitatis dei genitricis Mariæ aliquid conferamus. Constat ex scripturis sanctis, quòd viuente viro, vxor adultera erit, si fuerit cum alio viro, & digna pœnis & morte. Manifestum est autem quòd beatus Ioseph sponsus Mariæ, non fuit ei deputatus in maritum, vt ex ea proles suscitaret, sed esset solum custos, nutritor & seruitor Mariæ & Iesu, deo hoc volente & ordinãte. Etiam sunt multæ causæ per sacros doctores conscriptæ, quare ex desponsata virgine voluit dominus Iesus procreari, quas non oportet nunc recensere. Dicamus ergo cũ pietate, quòd alius erat verus maritus virginis, qui solus ex ea prolem produceret, scilicet deus pater suũ vnicum filium. Misit enim nũtium suum deus pater ad Mariam, vt ei consentiret ad concipiendum & pariendum filium suum naturalem, sicut euãgelista testatur: Scribit enim sanctus Lucas, quod nuntius à deo missus, dixerit Mariæ: Ecce concipies in vtero, & paries filium, & filius altissimi vocabitur. Et requisiuit eius consensum. Qua consentiente, verum & purissimum, & deificum matrimonium inter deum patrem & virginem factum est, & statim spiritu san-

Margin notes: Roman. 7 (beside "conferamus. Constat ex scripturis..."); Lucæ 1 (beside "statur: Scribit enim sanctus Lucas...")

cto eam fœcundante, completum est. Et fructus ventris virginis verus, & naturalis, atq; legitimus filius factus est dei patris, & virginis matris, ex legitimo thoro. Vnde dominus Iesus appellat seipsum filium hominis, scilicet suæ matris, & filium dei, scilicet sui patris. Excellit autem prædictum matrimonium, matrimonium purorum hominum in multis, in nobilitate, in fœcunditate, in inuiolabilitate, in charitate in puritate, in inseparabilitate, in animorum concordia & vnitate, in iucunditate, & multis alijs. Sicut enim est perfectior generatio in diuinis quàm in humanis propter maiorem similitudinem geniti ad generantem in identitate, scilicet substantiæ (q̊d nusq̃ in hominibus inuenitur) sic quibus est perfectius matrimonium, quod est inter deum & virginem, ex matrimonio quod est inter virum & mulierem, ortus est filius, verus deus & verus homo, vnus tamen Christus, & vnus Emanuel, ex duabus naturis & substantijs in infinitum distantibus, & tamen in vnam personam coeuntibus, sine parentum violatione, pollutione, aut corruptione. Certissimum est autem quod post partum virginis, deus pater maritus eius, nō est mortuus, sed viuit in secula seculorum. Igitur qui dicit Mariam cum alio viro fuisse, & proles peperisse, ille dicit eam fuisse adulteram, & prostituisse sacrarium spiritussancti, & dignam grauissimis pœnis, Sed quomodo verecundissima ac deuotissima virgo & mater dei, potuisset deuenisse ad tantam insaniam, vt maritum primum nobilissimum, deum patrem omnipotentem relinqueret, cum ipsius dei maxima iniuria, & immunditijs secundarum nuptiarum, & mortali homini se subijceret, & alias proles atq; hæredes induceret, super amabilissimum ac nobilissimum filium suum Iesum, deum & saluatorem suum? Frequentissimum enim est, ac vsitatissimum hominibus, seculi cultoribus, licet non omnibus, quod secundas

nuptias non admittant propter amorem & fauorem quē habent ad primæ defunctæ vxoris filios, quorum hæreditatem nolunt minui, si forte cū secunda vxore filios procrearent. Quis posset excogitare magnitudinem peccati ingratitudinis Mariæ, si cum tanto filio, de deo concepto, contenta non fuisset? Impossibile omnino fuit, quod ipsa virgo gratia dei plena, tale scelus incestus maximi committeret. Et quomodo possibile foret deum patrē potuisse dissimulasse tantam iniuriam (qui nullū malū relinquit impunitum) & notam seu maculam gloriæ suæ intulisse, fauendo Mariæ sponsæ, & vxori suæ in crimine grauissimi adulterij? Sicut enim matrimonium eius cū deo patre, & fœcunditas eius cum deo filio excedit dignitate omnem fœcunditatem, ita præfatum adulteriū excessisset oīs adulterij immanitatem. Cum ergo deus pater virginem Mariam habuit semper in summa amicitia, in plenitudine gratiæ, & eam coronauit super omnes choros angelorum in plenitudine gloriæ manifestissimum est, quod ipsa eum nunquam offenderit, neq; in prędictum adulterium declinauerit. Recte igitur canit ecclesia, & nos in ea: Post partum virgo inuiolata permansisti. Dicet aliquis: Cum spiritus sanctus sit deus, & euangelista narrat nuntium missum, ad virginem dixisse: Spiritussanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei, videtur quod spiritussanctus sit pater Iesu, quem etiam fatemur in symbolo de spiritusancto conceptum. Ille enim est pater pueri, de quo concipit mulier. Nos dicamus breuiter, quod nomina paternitatis & maternitatis, & filiationis generationem consequuntur non tñ quamlibet sed proprie generationem viuentiū, & præcipue animalium, qñ tamen id quod generatur habet similitudinem generantis perfectā in identitate speciei. Idcirco semē non dicitur pater ge-

Lucæ 1

niti, licet operet̃ ad generationem eius, nec crines, neq; vermes q generant̃ ex homine dicunt̃ filij, quia non habẽt similitudinem in eadẽ specie humana, sed homo natus de homine, est filius hois generantis: qa procedit ab eo viuente, viuens secundum rationem similitudinis in identitate naturæ humanæ, vel speciei. In deo vero est perfectior generatio quã in animalibus, & perfectior paternitas & filiatio, qa à deo patre viuente vita superintellectuali diuina, secundũ rationem similitudinis perfectę in identitate, nedum naturæ vel speciei, sed etiam substantiæ & indiuidui. Illa quippe est maxima similitudo, quæ consistit in vno indiuiduo, propterea dicit filius: Qui videt me, videt & patrem. Et quia dñs Iesus est filius dei secũdum perfectam rationem filiationis iuxta modum iam dictum, nõ potest esse, vel dici filius cuiusuis patris, nisi illius à quo prædicto modo generat̃. Ille vero pater, est vis intellectiua diuina, q̃ in actu intelligendi producit verbũ sibi æquale, & consempiternũ substantiale & simillimũ, dando ei vitã superintellectiuã diuinã in identitate indiuiduali. Et quia dñs Iesus non procedit, nec generat̃ à spũ sancto, neq; à tota trinitate, idcirco non potest esse vel dici filius spũs sancti, vel sanctæ trinitatis, sed solius patris in diuinis, & hoc inquantũ est deus, Sed inquantũ est homo est filius virginis matris à q̃ processit, viuens à viuẽte, scd̃m rationem similitudinis in idẽtitate speciei & naturæ humanæ. Sed qa ille homo (sc; Iesus) in ipso momento conceptiõis vnitus est hypostatice verbo i. filio patris in diuinis, ita q̃d verbũ. i. filius dei & filius Mariæ virginis matris, est vna psona, & vnus filius: idcirco Chrũs Iesus est vnicus filius solius patris in diuinis, & solius matris in hũanis, & vtriusq; parẽtis. s. dei & hois ꝓus vnicus filius in cõmuni, & non est filius sanctissimæ trinitatis, vel solius spũs sancti. Vnde Augusti. vir deo plenus dicit in Eucheridio.

Iohan. 14

Augustin.

Natus est Christus de spiritu sancto non sicut filius, & de Maria virgine sicut filius, quamuis spiritussanctus operabatur incarnationem verbi, vel filij dei, & eius conceptionem, sicut etiam pater & filius, quia opera trinitatis sunt indiuisa. Quæcunque enim operatur vna persona, operantur simul æqualiter reliquæ duæ personæ, quia tres personæ sunt vnus simplicissimus spiritus superintellectualis, qui operatur omnia in omnibus indistincte, quanquam quædam opera attribuantur singulis personis propter proprietates earundem. Sic patri tanquam primæ personæ attribuuntur quæ spectant ad potestatem, filio quæ ad sapientiam, spirituisancto quæ ad amorem, gratiam & benignitatem. Et quia maxima gratia, & amor, & benignitas dei erat eius incarnatio, dicitur dominus Iesus conceptus de spiritu sancto, licet pater & filius æqualiter idem operabantur, sicut etiam in symbolo cantamus de spiritu sancto: Qui locutus est per prophetas. Et nihilominus alia quædam filiatio, sed imperfecta secundum rationem similitudinis imperfectæ. Sicut in homine est quędam similitudo dei imperfecta, & inquantum creatus est ad imaginē dei, & inquantum recreatus est secundū similitudinem gratiæ. Et ideo vtroque modo potest homo dici filius dei. Et licet dominus Iesus secundū humanam naturam sit creatus & iustificatus, nō tamen potest dici filius dei, neque ratione creationis, neque ratione iustificationis: sed solum ratione generationis æternæ, secundum quam est filius patris solius secundum perfectam rationem filiationis. Quod enim de aliquo dicitur secundum perfectam rationē, hoc non est dicendum de eo secundum rationem imperfectam. Ecce quanta est dignitas & excellentia Mariæ virginis, qua recepta est in consortium sanctissimæ trinitatis, patris scilicet, cuius filij est ipsa mater, filij quē concepit, peperit & educauit, spiritus

Ephesi. 1 Genesi. 1. 2 Sapient. 2

ſancti, de quo cõcepit, vt merito à nullo altero in cõſortium recipi, ſed virgo poſt partum inuiolata permanere inperpetuum debeat. Det nobis chariſſimi fratres dominus Ieſus meritis bonæ Mariæ matris eius, vt cognoſcamus quanta bona nobis præſtiterit & ad quantam dignitatem nos prouexerit, & quantam excellentiam promiſerit, vt incitemur ad ſeruãdum inuiolationem poſt partum, & quidem virginalem, ſi poſſibile eſt, quæ formaliter conſiſtit in propoſito perpetuo abſtinendi ab omni delectatione venerea, quæ virginitas non amittitur, niſi per contrarium propoſitum. Quapropter ſi quis contra propoſitum & voluntatem ſuam ſenſerit voluptatem veneream, ſiue in ſomno, quando non habet liberum iudicium rationis, ſiue in vigilia, quando corpus in ſomno incitatum eſt, & diſplicet, vel quando opprimitur virgo per violẽtiam, non amittitur virginitas. Vigila tamen valde, qui habes virginitatis theſaurũ, ne amittas. Quod ſi virginitas proprie dicta amiſſa fuerit, teneatur virginitas ſpiritualis, quæ conſiſtit in hoc, quod mens hominis delectatur in ſpirituali coniunctione ad id cui debet coniungi, ſcilicet ad deum, & abſtinet ſe ne delectabiliter alijs coniungatur cõtra debitũ diuini ordinis, iuxta illud Pauli: Deſpõdi vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto. (2.Cor.11) & principaliter ratio huius virginitatis conſiſtit in charitate, & in alijs virtutibus theologicis, quibus mens hominis coniungitur deo, & incipitur ſeruari poſt partum pœnitentiæ. Hanc virginitatem perpetuo propoſito ſeruemus, vt cuilibet noſtrum in eccleſia triũphante, hoc eſt, in cœlo, cantetur: Poſt partũ virgo inuiolatus permanſiſti.

ANNVNTIATIO BEATAE Mariæ. Titulus ſecundus.

De gratia multiplici, & quomodo eandem per Mariam impetremus, de eiusdemque salutatione institutio.

Exhortatio I.

AVe gratia plena. Lucæ primo. Audita hac salutatione, primum menti occurrit, quid sit gratia, aut quid accipiatur in nomine gratiæ, vt de ea omnibus alijs bonis dimissis, singulariter commẽdetur virgo gloriosa à deo per angelum salutata. Sciendum ergo quod aliquando dicitur gratia omne illud quod ex gratuita diuina voluntate in creaturis fit. Et sic est gratiæ ipsa creatio, & conseruatio, & gubernatio omnium creaturarum, & generalis motio. Ista maxima beneficia dei deberemus merito quotidie diligentissime attendere in nobisipsis, & præsentiæ diuinæ gratias & reuerentiam habere & exhibere cum humiliatione & deuotione, hoc est, humiliter nostram nullitatem attendendo & promptos nos ad diuinum beneplacitum exhibendo: & hoc diuinæ præsentiæ, quia ex quo deus operatur per intellectum & voluntatem, ipse vtique plenissime cognoscit & attendit quod creauit, & conseruat, & per bonam & gratuitam voluntatem mouet quod conseruat, ergo est præsens. Quamuis enim nobis & omnibus creaturis dedit aliquas naturales formas & virtutes, per quas inclinemur & delectabiliter moueamur in ea quæ sunt nobis secundum naturam; tamen non possumus prodire in motum talem naturalem, nisi moti à primo mouente deo: Sicut enim motus omnes corporales reducuntur in motum cœlestis corporis, sicut in primum mouens corporale: ita omnes motus tam corporales quàm

Gratia.

ſpirituales reducuntur in primum mouens ſimpliciter, quod eſt deus. Et ideo quantumcumque natura aliqua corporalis vel ſpiritualis ponatur perfecta, non poteſt tamen in ſuum actum procedere, niſi moueatur à deo. Hæc ille. Quapropter non poſſumus nec operari, nec loqui, nec cogitare, niſi deo præſente & mouente, nec valemus in eſſe permanere, niſi ipſo conſeruante. De quo Bernardus: Humana natura ſic condita eſt, vt neceſſario habeat conſeruatorem quem habuit conditorem, eo quòd ſecũdum Auguſtinum, ſicut eſſe omnium noſtrum eſt ex nihilo, ita ad nihilum tenderet, niſi deus gratia ſua & manu regiminis conſeruaret. In iſta gratia communicamus cum beata virgine MARIA, & cum benedicto filio ſuo IESV ſecundum ſuam humanitatem. Sed quia homo ad bona cœleſtia, id eſt, ad æternam beatitudinem creatus eſt, ad quæ ſe ex puris naturalibus mouere non poteſt, nec ad ea tendere, eo quòd nullum agens poteſt operari vltra ſuam virtutem (opera autem meritoria vitæ æternæ, & ipſa beatitudo excedunt virtutem actiuam naturalem hominis) propterea neceſſe eſt quòd ab altiore virtute adiuuetur, ſicut aqua adiuuatur ab igne vt poſſit calefacere, ſimiliter fornax: ita homo adiuuatur à deo, vt ad æternam beatitudinem peruenire valeat, qui eſt finis eius ſupernaturalis. Et primo quidem mouetur voluntas humana gratuite à deo, & eſt gratia præueniens, quia omnes a ias gratias præuenit pertinentes ad æternam BEATITVDINEM. Et dicitur etiam operans, quia per ſe ex ſua liberalitate & miſericordia deus operatur hunc ſaluberrimum motum in anima, ita vt incipiat velle bonum, quæ antea volebat malum. Et dicitur etiam gratia præparans, quia præparat HOMINEM ad ſuſceptionem gratiæ habitualis, id eſt, gratum facientis

Bernard.

Auguſt.

Sed dicitur gratia cooperans, quando cooperatur libero arbitrio, interius confortando, & exterius facultatem operandi præbendo. In vtroque est motus dei necessarius, scilicet tam in volendo quàm in perficiẽdo bonum. Hic tamen motus prout est gratia operãs vel præueniens, non sufficit ad salutem, quia nondũ est peccator iustificatus, plures enim resistunt diuinæ inspirationi & motioni, Sed si liberum arbitrium nõ fecerit resistentiam, tunc ex diuina misericordia consequetur gratiam, hoc est, aliquod habituale donum dei, quod est quædam participatio diuinæ naturæ, secundum quàm dicimur in Christo regenerari. Quod donum est preciosius & nobilius omnibus creatis secundum naturam, sed non secundum modum essendi Secundum naturam, quia est participatio & consortium diuinæ naturæ, vt ait Apostolus Petrus, sed non

2. Petri. 1 secundum modum essendi, quia est in nobis accidens Et dicitur operans inquantum animam sanat & iustificat, & deo gratam facit. Et dicitur cooperans, quia est principium operis meritorij quod homo operatur

Gregor. De hoc dicit Gregorius: Nil valet humana industria sine adiuuante dei gratia. Deinde bonum quod agimus, dei est & nostrum. Dei quippe, propter præuenientem gratiam: nostrum, quia voluntarium. Vnde

Philipp. 2 Apostolus: Deus est enim qui operatur in nobis velle

Chrysost. & perficere. Chrysostomus: Nec gratia sine voluntate bonum operatur, nec voluntas sine gratia operari potest. Nam sicut terra non germinat sine pluuia sic nec homo sine gratia. In hac gratuita motione diuina, & in hoc gratuito dono incomparabiliter nos dei genitrix excedit: quia diuinus motus nullam vnquam in ea inuenit resistentiam, ne gratuitum donũ in ea inuenit, quod aut iustificaret, aut sanaret, quia fuit semper immunis ab omni peccato, quod solum resistit diuinę motioni, & indiget iustificatione & sa-

August. natione, Vnde Augustinus: Cum de peccato agitur,

de Maria nullam volo prorſus habere mentionem, quia ſcimus quod illi plus collatum eſt gratiæ ex omni parte vincendi peccatum: quia concipere & parere meruit eum, quem nullum conſtat habuiſſe peccatū. In hac ſententia omnes illuminatiſſimi eccleſiæ doctores concordant. Ex quo ſequitur quod beata Maria mota ſit à ſpiritu ſancto nobiliſſimo motu, vtpote ad altiſſimum gradum gratiæ conſequendum, & acceperit ſummum gratiæ gradum, vtpote ad altiſſimum gradum gloriæ: quia erat omnibus innocentior & electa in matrem dei. Vnde naturalis ratio hoc dictat, cum ſponſa eſſe debebat ſpiritusſancti, & mater dei, quod plus cæteris à ſpiritu ſancto diligeretur, hoc eſt, quod maiora gratuita dona, præcipue gratum facientia acciperet, & plus cæteris filium dei diligeret, hoc eſt, maioris meriti eſſet. Ideo dicit AVGVSTINVS: Quid dignius hac virgine, quæ tranſcendit merita omnium mortalium, etiam & angelorum? Et Bernardus: Maria eſt tanta, vt nullus ſanctorum ſit gratioſior, imo excedit gratiam omnium ſanctorum. Et Iohannes Damaſcenus dicit: Quod à nullo illuſtrium vincitur. Notandum quod beata Maria habuit vltra communem hominum gratiam præſeruationis, ne laberetur in originale peccatum, nec in actuale, & ideo gratia gratum faciens nihil in ea ſanauit. Sed omnis alius homo in ſtatu naturæ corruptæ indiget gratia habituali ſanante naturam ad hoc, vt homo omnino à peccato abſtineat. Quæ quidem ſanatio primo fit in præſenti vita ſecundum mentem, appetitu carnali nondum totaliter reparato. In quo quidem ſtatu poteſt homo abſtinere ab omni peccato mortali, ſed non veniali, propter corruptionem inferioris appetitus ſenſualitatis, cuius motus ſingulos reprimere poteſt ſed non omnes: quia dum vni reſiſtere nititur, fortaſſis alius inſurgit, & etiam quia ratio non ſemper

Aug.

Bernard.

potest esse peruigil ad huiusmodi motus vitandos. Similiter etiam antequam hominis ratio (in qua est peccatum mortale) reparetur per gratiam iustificantem, potest singula peccata mortalia vitare, & secundum aliquod tempus, sed quod diu maneat absque peccato mortali, esse non potest, dicente beato
Gregor. Gregorio: Peccatum quod mox per pœnitentiam non deletur, suo pondere mox ad aliud trahit. Et huius ratio est, quia sicut rationi subdi debet inferior appetitus, ita ratio etiam subdi debet deo, & in ipso constituere finem suæ voluntatis. Sicut ergo inferiore appetitu non totaliter subiecto rationi, non potest esse, quin contingant inordinati motus in appetitu sensitiuo: ita etiam ratione hominis non totaliter existente subiecta deo, consequens est, vt cōtingant multæ inordinationes in ipsis actibus rationis. Cum enim homo non habeat cor suum firmatum in deo, vt pro nullo bono consequendo, vel malo vitando, ab eo separari vellet, occurrunt multa, propter quæ consequenda vel vitanda homo recedit à deo, & ita peccat mortaliter, præcipue quia in repentinis homo operatur secundum finem præconceptum, & secundum habitum præexistentem, vt Philosophus dicit tertio Ethicorum. Est etiam alia gratia, per quam datur homini perseuerare in bono vsque in finem, quam nemo mereri potest, sed deus ex sua largitate dat eam cui vult. Ideo petere debemus attētius, quia deus multa nobis dat petitus quæ alias non meremur. Hanc etiam Maria habuit per certissimam reuelationem. Sed quia gratia datur nedum vt homo reducatur in deum (quod fit per gratiam gratū facientem) sed etiam propterea vt vnus homo per alium reducatur in deum, est alia gratia quæ vocatur gratis data, ad vtilitatem (vt inquit A-
1. Cor. 12. postolus) quia ad vtilitatem hominum supra facultatem naturæ, & supra meritum personæ pręstatur: vt

est gratia sanitatum, operatio virtutum, &cę. In hac etiam gratia excellit beatissima virgo Maria omnes sanctos: quia fuit vtilior vniuersis, quæ (teste glorioso Hieronymo) cœlis dedit gloriam, terris deum pacemq; infudit, fidem gentibus, finem vitijs, vitæ ordinem, moribus disciplinam. De hac & alijs eius virtutibus idem ait: Si diligenter attendas, nil est virtutis quod non resplendeat in ea. Quapropter dicit gratia plena, non tantum plenitudine sufficientiæ, (quæ est omnium saluandorum) nec tantum plenitudine abundantiæ (quæ est specialium sanctorum) sed vltra, imò habuit & habet plenitudinem superefluentiæ: quia omnes sanctos in gratiæ vbertate excellit ad impetrandum nobis gratiam & gloriam. Ad thronum gratiæ eius reuerendissime & deuotissime accedamus, & auxilium gratiæ quæramus, quia ait Bernardus: Altius intuemini, quanto deuotionis affectu eam dominus voluit à nobis honorari, qui totius boni plenitudinem posuit in Maria, vt si quid spei in nobis est, si quid gratiæ, si quid salutis, ex ea nouerimus redundare. Nihil habere nos voluit, quod per Mariæ manus non transiret. Ea propter frater (secundum consilium S. Bernardi) si es in angustijs, periculis, aut in rebus dubijs, Mariam inuoca Mariam cogita, non recedat ab ore tuo, non à corde, vt impetres eius orationis suffragium. Et præcipue ipsius dei genitricis angelicam salutationem deuotissime frequentemus, quæ est sibi gratissima. Pro cuius salutationis maiore actuali attentione habenda, hæc vobis communico F R A T R E S. Quando tria aue M A R I A legitis ante matutinas, in primo Aue Maria quando dicitis gratia plena, tangat memoriam gratia humilitatis, quæ fecit deum patrem esse secum. In secundo Aue Maria, quando dicitis gratia plena, tangat memori

Hierony.

Bernard.

am gratia caſtitatis, quæ fecit deum filium, id eſt, dei ſapientiam eſſe ſecum. In tertio Aue Maria, quando dicitis gratia plena, tangat memoriam gratia charitatis, quæ fecit deum ſpiritum ſanctum eſſe ſecum, qui eſt charitas. Quando pulſatur Aue Maria, dicat quinquies Aue Maria. In primo recordetur gratiæ humilitatis, & gaudium conceptionis filij dei. In ſecundo, gratia caſtitatis, & gaudium parturitionis domini. In tertio gratia charitatis, & gaudium reſurrectionis. In quarto gratia contemplationis, & gaudium aſcenſionis Chriſti domini. In quinto plenitudo gratiæ, & gaudium aſſumptionis eius, & æternæ gloriæ.

¶Elucidatio angelicæ ſalutationis.

Exhortatio II.

AVe Maria gratia plena, dominus tecū. Lucæ primo. Hæc fuit angelica ſalutatio, cuius dulcedinem volēs beatus Bernardus exprimere ait: Eſt tibi ô virgo Maria quaſi oſculum audire hunc verſum: Aue Maria. Toties em̄ oſcularis ô beatiſſima, quoties per aue deuote ſalutaris. Hodie vt noſtis chariſſimi, ſolēniter recolitur dominica annuntiatio, ſolennitas omnium ſolennitatum, in qua deus homo factus eſt, & homo deus, non vtique in vna natura, ſed in vna perſona. Solennitas, inquam, in qua Chriſtus paſſus & mortuus eſt, & nos precioſo ſanguine ſuo redēpti. Reuolutis quippe ab incarnatione domini annis 34. eodem die mortuus eſt. Numerum annorum reperies in Pſalmo: Deus deus meus reſpice, qui manifeſte agit de redemptione generis humani, in quo ſunt verſus 34. Ex hac ſolennitate tanquam ex radice prodierunt ſolennitates natiuitatis, paſſionis & reſurrectionis eius, & cæte-

Bernard.

Pſalm.21

rarum quæ ad complementum redemptionis humanæ celebrata sunt, nec non & omniũ sanctorũ, q̃ hinc suam salutem & sanctitatem traxerunt. Non eñ potest hoc sacramentum maximum vna die celebrari, quod pro sui excellentia & nobilitate excedit omnia opera domini. In hac die dicitur nostræ virgini à nũcio veritatis à deo misso: Aue gratia plena, dominus tecum. Quæ verba mira & inaudita à seculis continent sacramenta atq; mysteria. Sed omissis cæteris tangamus quinq; quę acciderunt in incarnatione domini his dictionibus designata. Per aue præparatio virginis dignissimæ futuræ matris dei designatur. Fuit enim libera à væ omnis peccati, etiam minimi venialis. Propter quod prius concepit Christum mẽte quàm carne, eo q̃ hospitiolum suum venienti domino gratissime præparauerat. Ita quòd præ cũctis puris creaturis tam angelicis quàm humanis excellẽtissimam haberet puritatem. Decorauerat enim domum corporis sui castitate purissima, thalamum cordis sui humilitate gratissima, lectulum mẽtis suę charitate plenissima, & omnẽ animæ officinã virtutibus clarissimis. Quapropter aduenient sponsus dicere ei poterat: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Quod de nulla alia fas est credere: quia nemo nostrum mundus à sorde, nec infans vnius diei. Item cum additur ad aue, gratia, designatur gratia cooperans, per quã dominus deuotis mentibus ad ascẽsum vritutum, ad impletionem gratiarum cooperari solet. Vnde ait: Ego sto ad ostium & pulso, scilicet p̃ gratiam gratuitam, vt introducam gratiam gratum facientem. Si quis audierit vocem meam, aure cordis, & aperuerit mihi ianuam, id est liberi arbitrij ingressum, introibo ad eum, per gratiam gratum faciẽtem, & cœnabo cum eo, quia iam opera eius bona grata & meritoria redduntur, & ipse mecum, in dulcore deuotionis. Est (vt breuibus loquar) duplex gra

Aue.

Gratia.

Apocal.3

Gratia duplex.

tia. Prima dicitur gratia gratis data, & est donum q̃ quis se præparat ad suscipiendum spiritussancti donum, reuocans liberum arbitrium à malo, & excitãs ad bonum, sicq; habilitatur homo vt salua iustitia sibi conferri possit gratia alia, quæ dicitur gratum faciens. Fieret enim diuinæ misericordiæ iniuria, si tali

Lucæ 1

daretur gratia in quo esset obex gratiæ, & peccandi voluntas. Cum igitur ex instinctu gratiæ gratis datę homo actum peccati, & peccandi voluntatem deserit, & conatur in bonum prout sibi est possibile, tũc facit quod in se est, & sic meretur ex congruo recipere gratiam gratum facientem. Diuinamq; tunc volũtatem decet, vt vbicumque dispositionem inuenit, perfectionem adijciat. Et quia beata virgo Maria propter summam puritatem ad suscipiendum impressiones spiritussancti fuit aptissima, & ad exequendũ omne bonum voluntate promptissima, sine omni rebellione carnis & spiritus, ideo tantam celsitudinem prefectionis impulsu spiritussancti super omnes crea

Prouer. 31

turas est consequuta. Vnde sibi dici potest: Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas.

Plena.

Item cum adiungitur plena, designatur gratiæ plenitudo. An non ipsa plena, in qua requieuit plenitudo diuinitatis corporaliter? Ideo inquit Hieronymus: Cæteris per partes, Mariæ vero se tota infudit plenitudo gratiæ. Namque spiritussanctus eam sua dulcedine penetrando, gratia sua tam gratiosam effecit, vt omnis qui quęsierit per eam gratiam

Bernard.

inueniat. BERNARDVS: Ad quid putas Mariam ab angelo iam dudum ante conceptionem plenam gratia nuncupatam, nisi superueniente deo in vtero, nobis fieret superplena, vt quotiescunque precibus licet tenuiter moneretur, supereffluere nobis liquorem gratiæ effundendo?

Dominus.

Item cum dicitur, dominus, designatur virtus diuina virgini Mariæ obumbrans. Cum enim pudicissima omni

um virginum audisset ab archangelo se conceptu=ram, & timuisset suo podori, dicens: quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco, scilicet per votum & desiderium. Respondit ei angelus: Spiritussanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Hoc est, incognito omni creaturæ modo quasi in vmbra cooperabitur tibi, quasi diceret ARCHANGELVS: O domina, & me latet, quomodo fiet istud. Tantum enim, nec prophetis, nec angelis fuit reuelatum: sed spirituisancto reseruatum. Quamuis enim opera trinitatis sint indiuisa, prout testantur sancti, Leo papa, & Augustinus episcopus, opus tamen incarnationis spirituisancto potius ascribitur: quia spirituisancto appropriatur amor & gratia. Quod autem deus factus est homo, descendit ex maximo amore quem habuit ad hominem, iuxta illud: Sic deus dilexit mũdum, &cæter. Et illud: Propter nimiam charitatem suam, &cæter. Descendit etiam ex maxima gratia secundum AVGVSTINVM, qua homo nullis ꝓcedẽtibus meritis in ipso primo exordio naturæ suæ, quo esse cœpit, verbo dei copularetur in tantam personæ vnitatem, vt idem ipse esset filius dei. Virtute ergo spiritussancti virgo concepit per modum nobis vmbrosum & incognitum. Tamen doctores nostri aliter exponunt, capientes virtutem pro filio dei. Sed transeat hæc opinio. Quamuis autem conceptus sit IESVS de spiritu sancto, tanquam operante illum conceptum, non tamen est filius spiritussancti, sed filius patris: quia humana natura (scilicet corpus & anima) coniuncta est verbo, id est, filio patris naturali in vnitate personæ, qui est filius dei patris secundum perfectam rationem filiationis. Idcirco dicitur Iesus filius patris, & non SPIRITVSSANCTI

Lucæ 1
Leo Papa
August.
Iohann. 3
Ephesi. 2
August.

cuius solummodo est creatura & opus humana natura in Christo, & non filius. Idem tamen Iesus est filius Mariæ, quia corpus eius est ex purissimis sanguinibus virginis formatum, & hoc solum requiritur ad rationem matris. Item cum in salutatione angelica subditur, tecum, innuitur ꝙ virgo consensum præstiterit. Cum enim deus non diligat coacta seruitia, sed voluntaria requirit, vt qui ei obsequũtur, ex ipso ministerio mereantur, & beata virgo Maria tam singulariter & excellenter in dei ministerium eligebatur, vt conciperet prolem, & pareret, lacte aleret, cibaret & educaret, & cætera omnia quæ ad matrem spectãt filio impenderet, decuit vt eius consensus requireretur. Requiritur ergo consensus eius à deo, mediante archangelo. Vnde beatus Augustinus alloquitur virginem dicens: O beata Maria, seculum omne captiuum tuum deprecatur assensum, Te domina apud deum mundus fidei suæ obsidem fecit, noli morari virgo, nuncio responde festinanter. Responde verbum, & suscipe filium, da fidem, & senti virtutẽ. Ecce, inquit, ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Ad hanc vocem merito omnis homo in mentis iubilationem & deuotissimam gratiarum actionem excitari deberet, & omnis creatura pariter pro suo modulo iubilare: quia ad hanc vocem & consensum virginis omni celeritate citius, creator factus est creatura, & deus homo. Ecce quid nobilitatis euenerit omni creaturæ, quid dignitatis præ cæteris humanæ naturæ. Igitur virgo cum inæstimabili affectione genubus flexis, manibus expansis, oculis eleuatis, ac cum profundissima humiliatione protulit illud verbum desiderantissimum, optatiui modi: Fiat mihi. Nec de singularitate meriti se extulit, sed suæ conditionis & diuinæ dignatiõis p oia memor, se illi⁹ fatetur ancillã cuius mater eligitur. Hic exclamat Ansel. O sublimis virgo mater dei, ô humilis ancilla dei, quid

Tecum.

Anselmus

ſublimius eſſe poteſt, qd humilius ſentiri poteſt? Imitemur chariſſimi matrem dei, mundemus nos à væ omnium peccatorum, & eorum quæ mentem noſtrã quouis modo inquietare poſſunt, de bonis inſpirationibus diuinæ gratiæ per liberam reſignationem, in diuinum beneplacitum concordemus, & toto conamine ad perfectionis apicem tendamus, vt repleti gratia diuinam in nobis inactionem, obumbrantẽq; virtutem experiri, conſenſu quoq; humillimo impletione voluntatis patris qui in cœlis eſt, matres Chriſti ſcdm promiſſum eius eſſe veraciter mereamur.

PVRIFICATIO MARIAE
Titulus tertius.

¶ Quæ in ſolennitate Purificationis cere monialiter fiunt, quomodo ſpiritualiter impleantur. Exhortat. I.

LVmen ad reuelationem gentium. Lucę ſecundo. Dñs noſter Ieſus Chriſtus dicitur lumẽ duobus modis. Primo eſſentialiter. Et ſic eſt verbum ſubſtantiale dei ſapientia dei incommutabilis, patris reuelator. Et dicitur lumen: quia (iuxta Apoſtolum) omẽ quod manifeſtatur, lumen eſt, hoc eſt, vel eſt de ſe lumen, vel illuminatum. Chriſtus vero dominus, eſt ſplendor paternæ gloriæ, lux lucis, & fons luminis, dies diem illuminans, & lumen de lumine. Vnico enim & perpetuo, atq; incommutabili actu intelligendi ſeipſum, & omnia etiam quæ nõ ſunt cognoſcit deus. In quo actu procedit verbum, in quo ſunt oẽs theſauri ſapientiæ & ſciæ dei abſcõditi. Ab iſta ſcientia & lumine dei, deriuatur omnis noti-

Ephesi.5

Ambrosi.

Coloss.2

tia quæ in creaturis inuenitur participatiue modis innumeris & differentibus, etiam vsq; ad inanimata quæ loco scientiæ habent naturalem inclinationem quæ ea dirigit. Sicut enim sol, pater luminis super diuersa corpora opaca radios suos diffundens, vtpote lunam, stellas & terram, &c. diuersas reflexiones luminosas producit ad decorem vniuersi: Sic lux & sapientia vel scientia illa incommutabilis super intelligentias, vel angelos, siue bonos, siue malos, super rationalem creaturam, scilicet homines, & super reliqua quæ condi, dit radios suę lucis emittens, diuersas suæ notitiæ & cognitionis reflexiones producit in manifestationem maiestatis & gloriæ suæ incomprehensibilis. De quo morose & intime cogitare, in admirationem ducit humanam mentem. Secundo modo dicitur dominus noster Iesus Christus lumen ab actu illuminandi, & hoc specialiter quo ad homines

Iohann. 1 de quo dicitur, Erat lux vera, quę illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Vbi notandum, quod homo ordinatus est à deo ad finem supernaturalem. Et quia nemo seipsum mouere potest, neque tendere ad finem siue terminum sibi ignotum, (cum amari nihil possit nisi cognitum) necessarium erat quod notitia sui finis & termini à supernaturali lumine acciperet, hoc est, à deo. Et quia natura nō deficit in necessarijs q̄ instituta est à deo, cuius opera bona sunt valde & perfecta, multo minus ipsa natura naturans, id est, deus, deficit in necessarijs. Propterea deus factus est homo, vt hoīem qui in supernaturalibus deficiebat, perficeret, illuminando ipsum non solum influentia communi sicut cætera creata, sed insuper speciali modo secundum quod cognitionem accipit homo à sensibus. Quapropter dominus Iesus lux vera existens, docuit homines sermonibus saluberrimis, exemplis efficacissimis, miraculis glorisissimis, Intantum condescendere homini dignatus est

deus, vt per sensibilia ipsum in sui cognitionem perducerer. Et sic factum est quod in præfatione canitur: Vt dum visibiliter & audibiliter deum cognoscceremus, per hũc in inuisibiliũ amorem raperemur. Insuper & alios tenentes sagittas, cum virtute sua infinita direxit in Italiam, in Græciam, ad Gentes, procul etiam ad nos, & dedit voci suæ, id est, verbo suo (quia vere verbum dei est sermo prædicantium, teste Apostolo) dedit inquam vocem virtutis mittẽtis scintillas accẽdentes & illuminantes mentes tenebrosas, demptis tenebris quæ eum non receperunt, id est, hominibus q in tenebris peccatorũ & infidelitatis remanserunt, qui posuerunt obicem, ne pateret aditus vero lumini, imò persequuti sunt lucem, vim facientes operationi suæ ne illuminarentur: qa dilexerunt magis tenebras quàm lucem, id est, peccata quàm deum. Ideo oderant lucem, nec venerunt ad eam. Idcirco reprobati sunt, quia non suppletur defectus naturæ, nisi in his qui faciunt quantũ in eis est ex natura. Isti autem repulerunt authorem supplentem & perficientem naturam. Sic DOMINVS IESVS reuelatus est gentibus de quibus dicitur: Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in DOMINO. Quia reuera etiam in doctissimis philosophis maximi errores erant circa cognitionem diuinorum, & discretionem veri & falsi, boni & mali: & amplius maxima difficultas in operatione virtutum. Deo gratias: Tenebræ transierunt, & verum lumen nunc lucet, vt filij lucis ambulemus. Quare enim hic sedemus, & nos captiuos fecimus, nisi quia lux illa illuxit nobis promittens futuram libertatem? Caute ergo agamus, ne tenebræ nos iterum comprehendant, ne elatio nos inflet, ira conturbet, INVIDIA torqueat, luxuria inquinet. Hæc enim maxime

Isaiæ 66
Psalm. 67
1. Thess. 2
Iohann. 3
Ephes. 5
1. Iohan. 2

Hebr. 10 mentem excęcant, sed magis consideremus inuicem in prouocatione charitatis & bonorum operum, vt luceat lux nostra coram fratribus & hominibus, portando lampades & lucernas atq; candelas in manib⁹ nostris susceptas à sacerdote, id est, Christo, ne quis glorietur quasi non acceperit. Non enim est candela accensa, nisi à lumine. Et nos si quid boni fecerimus non à nobis, sed ab eo est. Et licet hoc bene sciamus, & interrogati omnino fateamur, tamen interdum illa confessio non est laudis diuinæ & propriæ nihileitatis & paupertatis, sed necessitatis, ne superbi & inanis gloriæ cupidi videamur. Vnde si quis vituperationis & verę humiliationis de nobis testimonium protulerit, statim nostra superbia intus contristatur, quod apud alterius animum despecti sumus, & quandoq; per impatientiam in verba contumeliosa prorūpit. Et sic fit, vt qui p verba humilia humiles videri voluimus, superbi esse veraciter deprehendamur & agnoscamur. Ex animo igitur fateamur, & fatendo nosipsos vt nosipsos, id est, homines, tenebras cōsideremus & cognoscamus. Lumen tamen quod sine personarum acceptione à patre luminum omnibus filijs adoptiuis præstatur, petere humiliter non negli-

Iacob. 1 gamus, vt monet Apostolus Iacobus dicens: Qui indiget sapientia, id est, lumine, postulet à deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Et cum acceperimus & cognouerimus veritatem & voluntatem ac beneplacitum domini, toto corde impleamus ne

Lucæ 12 plagis vapulemus multis. *Sic enim pręceptum est no*

Deuter. 6 bis, vt diligamus deum ex toto corde, quod nihil est

Matth. 22. aliud, quàm diligere iustitiam & virtutes, corde, ope

Marc. 12 re & veritate, alias seducimus corda nostra, & vana

Lucæ 10 est religio nostra. Ne ergo vapulemus plagis multis,

Iacob. 1 sed peramplius illuminemur potius, quæ iam videre

Lucæ 12 poterimus impleamus. *Sic* & venerabilis Albertus

Albertus. ait in libro de laudibus beatæ virginis: Impletio mā

dati adauget intellectum operanti. Dum ergo tempus est dilectissimi fratres (quod vtiq; breuissimum est) operemur bonum, feruenter instantes reformationi nostræ, exuentes nos tenebras omnium defectuum nostrorum, pro receptione veræ lucis aut luminis, quatenus lucere valeamus sicut luminaria in hoc mundo, vt glorificetur pater noster in cœlis, nõ dimittamus pro ædificatione proximorum, donec reportare lumen nostrum ad sacerdotẽ, id est, Christum, à quo accepimus, mereamur: quatenus post lumen gratiæ fulgerẽ sicut sol in corpore, in anima vero lumine gloriæ, vt spiritus angelici valeamus, meritis gloriosissimę huius luminis matris virginis Mariæ humillimæ, mitissimæ, charitatiuissimæ atq; castissimæ: quæ licet nunquam contaminata fuerit, tamen se cum peccatricibus deputari ac reputari non refugit. Philip. 2 Matth. 5 Matth. 13

¶De processione in die purificationis facta, & quomodo eadem in nobis spiritualiter perficiatur. Exhort. II.

TVlerunt Iesum in Hierusalem, vt sisterent eum domino. Lucæ secundo. Isto die perpetua virgo dei genitrix, domina angelorum & hominum, quæ nunq̃ vllius peccati maculam ex speciali dei dono contraxit, quasi vna cæterarum mulierum peccatrix, corrupta & immunda reputata est. Humiliauit enim se, & vilis reputari voluit, q̃a filium suum summę maiestatis dominum, vidit sicut cæteros pueros peccato obnoxios humiliari. Hic nostra superbia maxime confunditur, qui si forte dono dei ab aliquibus peccatis custoditi fuerimus, cum cæteris haberi vt peccatores dedignamur: cum ta-

Iacob. 3 men cum omnibus offenderimus in multis. Ipsam ergo humillimam virginem (in matrem dei idcirco electam, non quia virginem, sed quia humilem, iuxta sententiam sancti Bernardi super euangel. Missus est) sicut ecclesia hodierna die propter suam humilitatem singulari ritu veneratur, ita hodierna solennitate venerabilem & gloriosam processionem factam recolit. Ecce procedunt à spũsancto commendati in scripturis, & eodem spũ pleni, deferunt non mortuorum sanctorum reliquias, sed ipsummet viuentem, imò ipsam vitam, sc3 sanctum sanctorum. Veneranda sunt hæc & gloriosa, & omĩ laude dignissima. Ioseph & Maria, mundi creatorem portant & dominum. Quid putamus fratres mei ipsis admirationis erat, quid luminis & cognitionis in intellectu quid gaudij & iubilationis in affectu (cum essent purissimi in conscientia, & plene possent in dño & cum domino gloriari) quid exultationis cum essent ambo virginei, sponsus & sponsa, & eapropter floridus adinuicem aspectus, & cohabitatio, & cõuersatio virtuosissima, honestissima & iucundissima, & certissima fide scirent se portare dominũ maiestatis, & mundi saluatorem, in quem desiderant & angeli prospi-
1. Petri. 1 cere? Et ecce ex latere itineris versus domum Zachariæ, materia noui gaudij. Occurrunt enim Zacharias & Helisabeth cum paruulo suo Iohanne, & quem prophetauerant saluatori pietatis obsequium impendentes, & deuotissima confabulatione itineris laborem parentibus Iesu releuantes. Et aiunt infantulo Iohanni: Gaude nate sancte, videbis hodie oculis tuis, quem nondum natus nec videns prophetasti. Nec dubitamus parentum verba intellexisse
Ambrosi. IOHANNEM, cui secundum carmen ecclesiæ, accelerata erat ratio, & secundum Ambrosium: Idem octo adhuc dierum infantulus existens, ha-

bebat intelligendi sensum, qui exultãdi habebat affectum. Nec putamus sanctum spiritum largitorem magnificentissimum, suum vtilissimum donum sancto puero sine suo demerito subtraxisse. Hæc reor credibilia fore, vel saltem pie posse opinari. Quæ si forte veritati historiæ desunt, tamen sensui tropologico plurimum deseruiunt. Post hæc gaudia, gaudia cumulantur. Ecce instinctu spiritus sancti senex SIMEON templum ingreditur, dominum suscepturus. Superuenit & prophetissa illa venerabilis Anna annosa, fit conuentus multorum expectantium redemptionem Israel, festine occurrunt regi CHRISTO & comitibus eius, quem etiam redemptorem & saluatorem suscipiunt. Hæc ita acta, & per nos agenda fore, cantico ecclesiæ admonemur, quo cantatur: Adorna thalamum tuum Sion, & suscipe REGEM CHRISTVM amplectere Mariam, quæ est cœlestis porta. Ipsa enim portat REGEM gloriæ, noui luminis, subsistit virgo adducens manibus filium ante luciferum, quem suscipiens Simeon in vlnas suas, prædicauit populis DOMINVM esse vitæ & mortis & saluatorem mundi. Hoc canit ecclesia. Quale autem & quantum gaudium & exultatio, sed & iubilatio in conuentu tot & talium iustorum, cum ipso iusto iustificatore omnium iustorum extiterit, quis exprimet? Potest forte aliquid sentire, qui affectuose CHRISTVM diligit, qui iam iustificatus est, qui redemptionem per Christum dominum factam, imò & ipsam salutem quam idem saluator Iesus iustis daturus est, intime intelligit, & digne amat & perpendit. Vnde ipse iustus Simeon talis existens, iã præ gaudio exire gestiens, in hæc verba prorupit: Nunc dimittis seruum tuum domine in pace,

Lucæ 2

quia viderunt oculi mei salutare tuum. Vt autem in via qua ad patriam tendimus, & in peruentione in Hierusalem cœlesti tantorum gaudiorum consortes esse valeamus, imitemur quod colimus, glorificem⁹ & portemus Christum in corpore, imò potius in ani
1.Cor.6 mo nostro, qui portauimus imaginem terreni, por
1.Cor.15 temus imaginem cœlestis, vt cum apparuerit Chri
Coloss.3 stus vita nostra, cum ipso appareamus in gloria. Vti que in nobis est dominus Iesus, & quotidie sumimus carnem & sanguinem eius, & nos in eo, quia incorporamur ei viuentes de spiritu eius. Tanta gratia præstatur nobis à deo. Hoc visibili signo in missarū solennijs hodie fiet in nobis. Dabit sacerdos candelam accensam, singuli portabimus manibus, tandē post exercitia spiritualia, quæ per diuersa cantica innuuntur, tempore præfixo reportabimus & offeremus. Hæc fient in figura. In veritate enim non cerā & lychnum, & ignem, sed quod eisdem significatur recipimus à deo, & in vita tenemus, atq; præfixo à deo tempore mortis reportabimus & offeremus dominum Iesum Christum, sed circuncisum: quia (secū
Ambrosi. dum Ambrosium) nemo nisi circuncisis vitijs dignus est diuinis conspectibus. Quod à matre Iesus portatur & offertur, innuit nobis, quòd faciamus voluntatem patris qui in cœlis est. Hoc enim efficit quemlibet
Iohann. 5 matrem Christi. Quod à Maria, quæ interpretata, dicitur amarum mare, vel domina, vel illuminata, vel illuminās, vel maris stella, secūdum venerabilem Albertum, innuitur nobis, quòd debeat secundum prophetam, esse velut mare cōtritio nostra pro peccatis
Thren.2 & quòd debemus dominari secundum rationem super sensualitatem & desideria praua, & immortificata. Et insuper debemus illuminati esse in his quæ necessaria sunt ad salutem & statum nostrum, & ad hoc omnem diligentiam adhibere per lectiones, meditationes, interrogationes, & huiusmodi, vt etiam alios

illuminare valeamus in hac vita. Insuper & per bo•
na exempla tanquam de cœlo irradiantes, alios quos
que in hoc seculo tanquam periculoso mari ad por•
tum salutis dirigere. Per Ioseph(qui dicitur accre•
scens) innuitur nobis quod debeamus semper in via
dei proficere, & crescere in virtutibus, & non in ma
lis, quia etiam interpretatur Ioseph sine opprobrio.
Et ecce nobis ita proficientibus & portantibus Ie•
sum, occurret nobis releuamen itineris & laboris,
scilicet Zacharias, id est, memoria domini, cuius in•
tuitu omnia dulcescunt. Vnde ait Psalmista: Memor Psalm.7•
fui dei & delectatus sum. Et Helizabeth, id est, re•
quies, scilicet conscientiæ, Et fructus amborum, scili•
cet Iohannes, id est, gratia & dona dei. Quia medita
tiones bonæ, vel contemplationes cum requie con•
scientiæ, gratiam domini(cuius factus est loc⁹ in pa• Psalm.7•
ce)& excellentissima dona eius accumulant. Et hęc
omnia tædia expellunt, & omnia grauia leuia red•
dunt, & amara in dulcedinem vertunt. Sic peracto
virtutum itinere, perueniemus ad Hierusalem vrbē
visionis & pacis dei, & arcem Sion, diuinæ speculati
onis. Ibi occurret nobis Simeon interpretatus audi•
ens, quia ibi audiemus verbum à patre, & discemus, Psalm.44
quia implebit in nobis illud: Audi filia & vide. Tūc Lucæ.2
cantabimus præ iubilatione: Nunc dimittis seruum
tuum domine, secundum verbum tuum, scilicet au•
ditum, in pace: quia viderunt oculi mei, qui à te didi
cerunt videre, salutare tuum. Tunc fidei succedet vi 1.Cor.13
sio in intellectu, Charitati vero in actu & voluntate
nil succedet, sed ipsa perficietur: quia nunquam exci
dit. Et hoc figuratur in venerabili Anna, quæ sonat
gratiam. Tunc enim gratia perficietur in gloriā, qa
gloria est perfecta gratia. Vtriusq; autem, scilicet in
tellectus & affectus, seu voluntatis securitas de acce•
pto bono non amittendo, sed perpetuæ inhærendo,
innuitur nobis, quod Iesus acceptus est in vlnas.

Per duo brachia, intellectus & voluntas. Per amplexationem vero, ipsa tensio demonstratur, quæ succedet spei. Sic in cœlesti Hierusalem (vt ex iam dictis
Isaiæ 64 patet) audiemus quæ auris non audiuit, videbimus
1. Cor. 2 quæ oculus non vidit, & in affectum nostrum ascendet quod in cor hominis non ascendit. Et tali modo Iesum nos plene perficientem & implentem, offeremus deo patri cum gaudio omnium iustorum, qui iam expectauerunt & adepti fuerint redemptionem Israel, id est, suam & omnium electorum, per ipsummet Iesum Christum saluatorem nostrum.

¶ Ceremoniarum quæ circa gestatiōem luminarium fiunt mysticus sensus, & cur multi habentes fidē non scd̄m eam operantur. Exhortatio III.

LVmen ad reuelationem gentium. Lucę secundo. Virgo Maria, quæ à patre luminum susceperat vnicum lumen oculorum suorum, obtulit & reddidit ei hodierna solennitate idipsum. Et oblatus est hodie dominus pro seruis redimendis, quasi seruus: qui tandem aliquando seipsum innocentem oblaturus erat pro peccatoribus saluandis, quasi peccator. Viderunt hoc iusti, & expectantes redemptionem, & gratias egerunt. Dicitur enim
Lucæ 2 in textu, quod Simeon accepit puerum Iesum in vlnas suas, & benedixit deum, & dixit: Nunc dimittis seruum tuum in pace. Et quod Anna confitebatur domino & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Israel. Non est autem dubium, quin auditores tantæ nouitatis & expectatæ salutis iam præsentatæ, & ad oculum visæ, gauisi sint gaudio magno valde & exultauerint dn̄o, & iubilauerint

deo salutari suo. Naturalis enim ordo requirit vt ille qui suscipit beneficium, per gratiarum recompensationem conuertatur ad benefactorem. Omnis enim effectus naturaliter ad suam causam conuertitur. Benefactor autem, inquantum huiusmodi est causa beneficiati, oportet ergo quod p gratitudinem ad benefactorem reuertatur. Hinc diuinus Dionysius 3. capit. de diuinis nominibus ait: quod deus omnia in se conuertit tãquam omnium causa. Ergo beata virgo Maria & Ioseph, Simeon & Anna venerabilis, cæterique iusti in spiritu sancto in templo congregati, gratias egerunt q redemptor eorũ venerat, & obtulerũt eum patri suo. Istud dilecti & deuoti fratres, mystica significatione, cum ingenti lætitia & deuotione annue peragimus, dum modulantes & iubilantes recipimus quasi à deo candelam illuminantem, id est, Christum, qui factus est sapientia nobis à deo, & iustitia, & sanctificatio secundum Apostolum, & secundum euangelium hodiernum, factus est nobis lumen ad reuelationem eorum quæ fidei sunt. Sine Iesu nõ est cognitio veritatis, cum ipse sit veritas, ipse sit qui illuminat oẽm hominẽ. Sed vtinam sicut iam per Iesum veritatem agnouimus in eo quod fidem habem⁹ ita eundem manibus teneamus, vt sit etiam nobis lumen veritatis per operationem: & hoc in nostro resplendeat opere, quod per fidem fulget in mente, vt cum Christus apparuerit vita nostra, tunc cum eo etiam appareamus in gloria. Hoc enim innuimus cãdelam ardentem, luminosam, manibus reportantes, quasi ad deum à quo accepimus Christum in fide & operatione. Hæc est gratiarum actio deo accepta, ducens ad gloriam, scilicet fidem nobis per Iesum datam, pro magno beneficio cum gaudio agnoscere & secundum eam viuere, & viuendo finaliter dei gloriam cum æterna beatitudine pia intentione requirere. Qui fidem habet, & non

1. Cor. 1

Iohann. 1

Coloss. 3

operatur secundum eam, iniustus & ingratus est. Sciendum quod in actu fidei duo sunt considerantia, scilicet assensus intellectus in ea quae sunt fidei, & consideratio fidei, & vtrumque est meritorium. Credere est actus intellectus assentientis veritati diuinae, ex imperio voluntatis à deo motae per gratiam: & sic subiacet libero arbitrio in ordine ad deum. Omnis autē actus humanus qui subijcitur libero arbitrio, si sit relatus in deum, potest esse meritorius, ergo actus fidei potest esse meritorius. Vterque autem actus, scilicet assentire & considerare, subijcitur libero arbitrio ergo vterque est meritorius. In alijs intellectualibus virtutibus assentire non est meritorium, quia cogit intellectus assentire, sicut in sciētia sciens cogitur ad assentiendum per efficaciam demonstrationis. Consideratio vero conscientiae potest esse meritoria, si referatur ad finem charitatis, quia est in potestate hominis considerare rem scitam, vel non considerare. Causa ergo quare fideles non operantur secundum fidem, esse videtur, quia meritum fidei quod (sicut iā dictum est) consistit in eo quod voluntas imperat intellectui assentire fidei, & de his quae fidei sunt actualiter cogitare, mangnopere non curant. Homo enim sine delectatione viuere diu non potest. Et quia homines in deo & in his quae fidei sunt, gaudium nō sentiunt, conuertunt se ad creaturas & sensibilia. Quod (vt de nobisipsis loquamur) clarissimum est videre inter religiosos, quorum qdā non sentientes gustum dulcedinis domini, quae vtique per mortificationem nedum vitiorum, verum etiam omnium infra deum existentium exprimitur, & in puritate cordis gustatur, quam mortificationem, imò & puritatem cordis nondum adepti sunt, quia mors est in herba amarissima, quam tepidi monachi non libenter recipiunt. Tales ergo non possunt (de communi cursu) gustare dulcedinem spiritualem, & videre claritatē

Credere quid.

domini, quam perfecti contemplantur, sicut Aposto lus ait: Nos omnes reuelata facie domini gloriam spe culantes, in eandem imaginem transformamur à cla ritate in claritatem, tanquam à domini spiritu. Idcirco incurrunt tædium cellæ, impatientiam silentij, & odium totius regularis disciplinę. Cupientes ergo se releuare à tantis malis, rejiciunt solitudinem, vagantes per monasterium, in omni loco silentium projiciunt, & quasi hospitalitatem exercentes, nedum cum magno gaudio visitantes recipiunt, imò ad se intrare compellunt, diuersis mundi rumoribus pascuntur & quasi totus mundus ipsis commissus esset, solicitudinem & curam gerunt de omnibus. Illi regi bellum indicunt, alteri victoriam pollicentur. Terram diuidunt gratuito, die noctuque de his conferunt, de his somniant, de his fabulantur. Fauoribus periculosis inclinantur in mortem illorum, in horum vero depopulationem, & captiuitatem atque rapinam. In diuinis stant quasi trunci, infinitis phantasijs dilaniati. Et quia puritati cordis secundum arreptum ordinis propositum non student, omnia quæ contra regularem obseruantiam comittunt, tanquam venialia reputant & contemnunt. Ideo non possunt proficere, quia initium proficiẽtis vitæ est mortificatio venialium peccatorum. Et quia secundum dictum Sapientis, qui spernit modica paulatim decidit. Itemque: Si non in timore domini tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua. Hinc sequitur quòd sæpe mortalia peccata venialia deputant. Sunt alij qui penè omne tempus expendunt circa manualia opera, & his totũ animum suum applicant, cum tamen spiritualis vir de talibus tantum assumere deberet, quantum pro condimento in cibo corporali sumitur de sale, vel sinapio. Manifestum est autem si quis peruerteret ordinem, & sal vel sinapium caperet pro cibo & pro condimento modicum sumeret de vero cibo, hic natura

2. Cor. 3

Ecclesi. 19
Ecclesi. 27

liter & corporaliter viuere non posset. Sic etiam spiritualiter, hoc est, religiose viuere non possunt qui exterioribus totum animum suum applicant; & parum in interioribus & spiritualibus se exercent. Sicut ergo seculares homines penè toto tēpore vitæ suæ oppressi cura rerum pereuntium, considerare ea quæ fidei sunt dedignantur, & fideles dicuntur, & tamen secundum fidem non operantur: sic etiam agitur de religiosis iam expressis. Inconsideratio ergo eorum quæ fidei sunt, est causa vna quare plures secundum fidem non operantur. Est vero remedium bonum, quòd homo assuescat considerare attente quòd deus omnia creauit, omnia conseruat, oīa clare intuetur, etiam secreta & intentiones cordium quòd deus factus est homo, passus & mortuus est, venturus iudicare, & dare peccatoribus ignem æternum. O quid est ignis æternus? Ponat quis manum in ignem temporalem, & tūc cogitet de æterno. Venturus est etiam dare bonis, & se amantibus bona æterna, quæ sua magnitudine vincunt hominis affectum & desiderium. Secunda causa quare fideles non operantur secundum fidem, videtur esse circa consentire fidei, vel diuinæ veritati, quia & si consentiunt, tamen hoc faciunt ex quadam consuetudine, ita ꝙ actus ille fidei assiduitate viluit, nec efficaciter ad operandum mouet. Tales audiunt sermones & recitationes scripturarum quasi fabulas. Imago crucifixi tantum mouet eos ad amorem, & recordatio gehennæ ad terrorem, quantum ventus mouet lapidem. Consuetudine enim obduruerunt. Remedium contra hoc videtur esse, quòd homo excitet se per verba increpatoria, dicendo: O tu obdurate & malitiose nunquid infidelis factus es? Cur te non mouet bonitas diuina quæ te creauit, te redemit, te iudicabit? Cur non terret te instans & ineuitabilis mors, districti iudicis tremenda sententia, ignis gehennalis? Cur

Hebr. 4

te non prouocant sanctorum milium exempla, & bonis promissa gloria sempiterna? His & similibus excitetur animus, vt tam in consensu, quàm in consideratione eorum quæ fidei sunt semper aliquid noui sentiat anima, vel tanquam aliquid noui tam in cognitione quàm in immutatione. Hæc tamen non sufficiunt ad hoc, vt fides per dilectionem operetur. Quia B A L A A M propheta multa noua vidit & immutabatur, tamen bonum non operabatur. Vnde ait: Dixit auditor sermonum dei, qui visionem omnipotentis intuitus est, qui cadit, sic aperiuntur oculi eius. Vbi ait G L O S S A: Qui cadit per malitiam voluntatis, & sic aperiuntur oculi eius quia hoc modo sibi fiebat renelatio, scilicet absque gratia iustificante. Sic plures consentiunt & considerant ea quæ fidei sunt, sed non operantur propter malitiam voluntatis. Ipsa ergo peruersa voluntas est tertia causa. Optimum ergo remedium est ipsam conuertere ad deum. Ipsam diuiuæ conformare voluntati: nedum in præceptis, sed etiam in consilijs, imò & in omni eius beneplacito, dicendo: O anima mea, quãdo desiderabis, & quando vere amabis, quando vere perficies in omnibus voluntatem D O M I N I D E I tui? Quando reddes vicissitudinem qualemcunque omnibus immensis beneficijs suis? Et innumeris huiuscemodi iaculis oportet voluntatem excitare & exasperare in deum, Sed vere inanis est omnis conatus voluntatis in opera meritoria vitæ æternæ, sine auxilio supernaturali gratiæ diuinæ. Quapropter ipsam assidue implorare oportet, dicendo: O D O M I N E deus meus, quando inueniam gratiam in oculis tuis? O vtinam præstares mihi omne beneplacitum tuum iugiter implere. O mi D O M I N E Iesu, adiuua me redemptum tuum, vt reamem te, vt vicem reddam laboribus ac iniurijs tuis,

Num. 24

Ipsa gratia est optimum & efficacissimum remedium
Hebr. 13 infirmitatis, de qua loquimur. Vnde ait Apostolus: Optimum est gratia stabilire cor. Ideo beatus Thomas dicit: Credere est actus intellectus assentientis veritati diuinæ, ex imperio voluntatis à deo motæ per gratiam. Det nobis omnipotens & misericors deus, vt lumen Christum per reuelationem fidei acceptum cum operibus ardenter teneamus, lucis exempla alijs præbeamus, ne beneficia dei & fidei ingrati gratis habeamus, & idipsum quod accepimus ipsi benefactori nostro & authori omnis boni humiliter offeramus, vt post fidem claram dei visionem in æterna beatitudine consequi mereamur.

¶Sanctus Simeon quomodo Christum viderit, quantumque contemplatiuo cauenda sit & superbia & curiositas. Exhortatio IIII.

VIderunt oculi mei salutare tuum. Lucæ secundo. Scitis charissimi (sacra testante pagina) quod ecclesiæ dei, id est, collectioni fidelium & iustorum, quę aggregatur à primo iusto, vsque ad vltimum in fine mundi nasciturum, cum essemus miserabiliter ad mortem perpetuam damnati, à misericordis-
Psalm. 76 simo domino, non continente in ira sua misericordias suas, remedium salutis promissum erat: & hoc nō per communem modum saluandi, sed per insperatissimum ac nobilissimum modum, scilicet per incarnationem filij dei. Quod creditum nedum intellectum mirabili luce & cognitione veritatis illustrat, sed etiā affectum humanum inenarrabili suauitate perfundit & totum hominem ad effectum bonorum operum

rore spiritussancti cooperante fœcundat. Istud nobis certissimum est in milibus Israel, & aliorum colētium deum in priori testamento, & in innumerabilibus martyribus & confessoribus in nouo testamento Iesus Christus lumen verum antiquos sequutus est, sed nouos præcessit. Idcirco ipsi noui saluandi peramplius multiplicantur: quia candela quæ præcedit, melius illuminat. Quod si fides saluatoris tantum illuminare & afficere homines potuit, & ad effectum bonorum operum perducere, quid præsentia eius potuit? Hinc est quod multi prophetæ & reges desiderabant videre eum. Et Abraham exultauit vt videret diem eius, & vidit & gauisus est. Hunc diem expectabat S. Simeon, vidit & gauisꝰ est. Vidit corporeis oculis corpus saluatoris, carnem dei tetigit, pondus eiꝰ qui condidit omnia in pondere, ponderauit, immensum suis brachijs mensurauit & strinxit, osculū principi pacis dedit, sed curiosus scrutator talibus modis secundum carnem nouit Christum, sed felicius interioribus oculis diuinitatis eius maiestatem contemplatus est, & dulcedinem eius nobiliori affectu expertus est. Vnde iam torrente voluptatis eius inebriatus quasi exire gestiens, vt tanta gaudia in lymbo patribus nuntiare posset, in hæc verba prorumpit: Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum verbum tuum in pace. Et quasi sibi dominus diceret, quareꝰ subiungit. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Istud est salutare, quod secundum vaticinia prophetarum, erat omnibus gentibus nuntiandum, q̄d paratum est ante faciem omnium populorum, & lumen ad reuelationem gentium, & de quo deberent omnes iubilare, iuxta illud Lucæ: Videbit omnis caro salutare dei. Et illud Psalmistæ: Viderunt omnes fines terræ salutare dei nostri. Iubilate domino om̄is terra, cantate, & exultate, & psallite, &c. Hoc salutare contemplari, & in eo exultare nos præ cæteris de

Lucæ 10
Iohann. 8
Lucæ 3
Psalm. 97

bemus, qui vitam contemplatiuam præferimus. Ne autem à tam salutari negotio impediamur, debemus inter cætera cauere à superbia, quæ oculum interiorem excæcat: vt à curiositate, quæ ipsum oculum lippum & turbidum reddit. Vtrumq; autem vitium affectum amaricat. Est autem superbia amor propriæ excellentiæ, primum omnium peccatorum, tã in angelis malis, quàm etiam in hominibus, quòd nõ vult subijci deo, nec regulæ eius, sed superexcellere regulã & mensuram dei, quam vnicuiq; mensus est deus. Vnde Boetius dicit: Cum omnia vitia fugiant à deo, sola superbia se deo opponit. Quapropter est maximum peccatorum, quia formale peccatorum, scilicet auerti à deo, magis proprie sibi conuenit quã alijs peccatis. Dilatat etiam se ad omnia vitia, quia omnia nata sunt ex ipsa oriri, vel saltem effectus superbiæ, qui est non subesse deo, in omnibus inuenitur: omnia etiam vitia ab ea maiorationem accipiũt Ipsa etiam superbia cæteris vitijs morientibus, & virtutibus crescentibus, magis roboratur, iuxta Cassianum, quæ ex bonis operibus occasionem sumit, & ipsis, iuxta Augustinum, insidiatur. Quia autem excellentia esse non potest nisi propter aliquod bonũ habitum, fit vt superbus qui propriam excellentiam diligit, credat se habere aliquod bonum (de quo se excellentem putat) quod tamen non habet. Facile eñ quis credit, quod diligit. Cum ergo propriam excellẽtiam amat, facile se meliorem credit, vnde excellentior fiat. Recognoscite charissimi, quæ à deo donata sunt vobis, & inuenietis quòd beneficijs suis superimpleat vos deus, & grati estote: sed cauete, & nolite vobis maiora asscribere quàm recepistis. Mater dei humiliter beneficia dei cognouit, dicens: Fecit mihi magna qui potens est. Et gratias egit dicens, Sanctum nomen eius. Magnificat anima mea dominum. Sed humilis permansit, dicens: Respexit hu

Superbia quid.

Psalm. 61

Boetius.

Cassian.

August.

1. Cor. 2

militatem ancillæ suæ, id est, paruitatem meam, &c. Sic fecit sanctus Simeon, & Paulus Apostolus, & cęteri omnes. Interdum superbus non ex infidelitate, sed ex amore propriæ excellentiæ excæcatus, putat quod dona dei à seipso habeat, & gloriatur quasi nō acceperit, vel putat se propter sua merita accepisse, cū tamen omnia ex liberalitate dei donantur gratis & ex sola virtute gratiæ voluntas mereri profectū & gloriam possit. Vel si credat se à deo accepisse quæ habet, saltem vltra alios nobilius se accepisse putat, & ideo alios deridet & contemnit: cum tamē ex donis dei humilior, & ad seruiendum promptior reddi deberet. *Simus ergo humiles, vt illuminationem accipere mereamur à deo, qui hodie humilis puer inter humiles apparere dignatus est, Mariam dico & Ioseph, SIMEONEM & Annam, ac cæteras expectantes redemptionem Israel.* Curiositas videtur dici à superuacanea & inutili cura cognoscendi. Dicit Philosophus secundo Ethicorum Ad hoc quod homo fiat virtuosus, oportet quod seruet se ab his ad quæ maxime inclinat natura. Inde est, quod quia natura præcipue inclinat ad timendum mortis pericula, ne homo virtuosus inordinate timeat, necesse est quod habeat fortitudinem, quæ moderetur timorem. Similiter quod temperātia moderetur naturalem inclinatiōem ad delectabilia carnis, ad quæ maxime inclinat natura. Cum igitur iuxta Philosophum in principio metaphysicæ, omnes homines naturaliter scire desiderent, oportet illum appetitum moderari. Quamuis enim cognitio intellectiua secundum se sit bona, cum perfectio hominis in hoc consistere videtur, quod intellectus eius de potentia reducatur in actum, quod fit per cognitiōem veritatis: tamen talis cognitio potest esse nociua, primo propter superbiam, iuxta illud Apost.

1.Cor. 4

Philosop.

Philosop.

1.Cor.8 Scientia inflat. Vnde Augustinus in libro de Moribus
August. ecclesiæ ait: Sunt qui desertis virtutibus, & nescientes quid sit deus, & quanta sit maiestas, semper eodē modo manentes naturæ, magnū aliquid se agere putant, si vniuersam illam corporis molem quam mundum nuncupamus, curiosissime, intentissimeq; perquirant, vnde & tanta superbia gignitur, vt in ipso cœlo (de quo sæpe disputant) sibimet habitare videantur. Et Hieronymus: Nonne vobis videtur in va-
Hierony. nitate sensus, & obscuritate mentis ingredi, qui diebus ac noctibus in dialectica arte torquetur, qui physicus perscrutator, oculos trans cœlum leuat? Secundo cognitio veritatis est nociua, quando ea quis vtitur ad peccatum, iuxta illud: Sapientes sunt vt faci-
Ierem.4. ant mala. Et iuxta illud Ieremiæ: Docuerunt lin-
Ierem.9 guam suam loqui mendacium. Tertio inquantum per studium minus vtile retrahitur quis à studio q̄d
Hierony. sibi ex necessitate incumbit. Vnde Hieronymus dicit Sacerdotes dimissis euangelijs & prophetis, videmus comœdias legere, & amatoria bucolicorum versuū verba cantare. Istud tangit prælatos curam animarū habentes, & confessores, & omnes religiosos, qui dimissis cæteris scientijs, tenentur curam adhibere vt ea sciant quæ ad statum & officium suum spectant: puta discernere peccata & virtutes, cognoscere deum & deuotionalia, scire regulam ordinis, & canonē monasterij. Non aūt poetriam, vel leges, & medicinalia & huiusmodi quæ religiosis sunt interdicta. Quarto cognitio veritatis est nociua, quando quis vult addiscere ab eo à quo non licet, sicut à dæmonibus & maleficis. Hæc est superstitiosa vanitas. Quinto quādo cognitionem creaturarum non refert quis ad cognitionem dei. Augustinus in libro de vera religione: In
August. cōsideratione creaturarum non est vana & peritura curiositas exercenda, sed gradus ad immortalia & semper manentia faciendus. Non enim consistit summū

hominis bonum in cognitiõe cuiuslibet veri, sed in perfecta cognitione summæ veritatis, vt patet per Philosophum 10 Ethicorum, à qua curiosus impeditur per prædicta & sequentia. Sexto studium veritatis est nociuum, quando quis eam nititur agnoscere supra proprij ingenij facultatem: quia ex hoc homo facile in errores labitur. Vnde dicitur in Ecclesiastico: Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Et in pluribus operibus eius ne fueris curios⁹. Et postea subditur: Multos enim supplantauit suspitio eorum, & in vanitate detinuit sensus eorum. Itẽ cognitio sensitiua non est mala, quia naturaliter immutantur potentiæ sensitiuę à suis obiectis. Tamen quia cognitio sensitiua data est homini in ministerium intellectiuę, si cognitio sensitiua non ordinetur in aliquid vtile, imò auertit hominem ab aliqua consideratione vtili, erit talis cognitio vitiosa, sicut accusat se beatus Augustinus, quod vidit canem currentem post leporem. Secundo erit vitiosa, si ordinetur ad aliquod peccatum, vt videre mulierem ad concupiscendum eam, videre coeuntes homines, vel iumẽta vel aues, &cæ. Videre spectacula quæ ducunt vel inclinant ad peccata, & secundum Chrysostomum, adulteros inuerecundos constituunt, vel cõsiderare vitia proximorum ad despiciendum, vel detrahendum, vel saltem ad inutiliter inquirẽdũ, est vitiosum. Non est autem vitiosum, sed laudabile si fiat vt proximus emendetur, secundum regulam charitatis, & debitum officij. His charissimi fratres vitijs longe à nobis exclusis, studeamus cum Apostolo Paulo, nil scire nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum, imò hodie in spiritu humilitatis pro nobis deo patri oblatum à matre, cum qua conseruemus omnia quæ de eo scripta sunt, conferentes in cordibus nostris. Et cum sancto Simeone gaudeamus & exultemus, quia videmus quotidie oculis fidei salutare dei, id est, do-

Ecclesi. 3

Matth. 5

Chrysost.

1. Cor. 2

Lucæ 2

minum Iesum saluatorem nostrum, & singulariter in sacramento altaris: in quo spiritualiter immolat pro peccatis nostris, quæ eius vigore remittunt, gratia præstatur, & eius dulcedo gustatur. Et specialiter in hac solennitate in signo visibili, scilicet in candela Iesum suscipimus: in quo si fides & charitas affuerint eandem gratiam iubilando recipimus, quia dicit Augustinus: Crede, & manducasti.

August.

¶ Quare potius fatemur nos suscepisse misericordiam, quàm potentiam, iustitiam vel sapientiam. Exhortat. V.

SVscepimus deus misericordiã tuã. Psalmo 47. Verbis istis spiritussanctus per prophetam regium nos miseros pmaxime (si intime aduertim9) consolatur. Gratulabunde enim decantat, quod diuina pietas in natura pro nostra ereptione, curatione, liberatione, gratificatione, glorificatione assumpta, non sapientiam, non iustitiam, non potentiam, quæ vtiq; transgressoribus & contemproribus erant magis formidanda quàm optanda, sed misericordiam obtulit, qua recepta dicit: Suscepimus deus misericordiam tuam. Non dicit, suscepimus sapientiam, aut iustitiam, aut potentiam, quia hæc timenda erant, O quis non timeret illam sapientiam omnia scientem, quæ sunt, fuerunt, & erunt? Et non solum facta, sed etiam cogitata & dicta. Ad modum em̃ gladij ancipitis, teste Apostolo, cognitio dei pertingit vsq; ad diuisionẽ animæ & spiritus, i. ad intima omnium, quantumcunq; fuerint subtilia. Compagum quoque ac medullarum, id est, pertingit ad omnia quantumcunq; fuerint ligata & inclusa, Et discretor cogitationum & intentionum cordis, Et nõ

Hebr. 4

est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius. Et in Ecclesiastico idem testatur Iesus Syrach, dicens: Oculi domini multo plus lucidiores sunt super solem, circumspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi, & hominum corda intuentes in absconditas partes. Domino enim deo antequam crearentur oia sunt agnita, sic & post perfectum respicit omnia. Hæc cognitio deprehendit Luciferum cogitatione in intimis peccantem, & primos parentes nostros, verbis & factis delinquentes. Hanc expauit iustus Iob, cum diceret: Si voluerit, scilicet quis, contendere cum eo, scilicet deo, non poterit ei respondere vnum pro mille. Hoc dixit, qui alibi confidenter ait: Neque reprehendit me cor meum in omni vita mea. Si ergo expauit oculos domini intantum iustus, quantum timere deberent peccatores? Idcirco non cantat Dauid, suscepimus sapientiam tuam, sed misericordiam tuam. Iustitia etiam diuina in sua seueritate, horrore concutit peccatores: quia iuxta verba beati Iob verentes omnia opera sua, non parcit delinquenti, sed damnat, dicens: Reddam vltionem hostibus meis, & ijs qui oderunt me retribuam. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima, & cæt. Et similia plura. Quapropter Apostolus ait: Horrendum est incidere in manus dei viuentis. Non ergo cantatur, suscepimus iustitiam, sed misericordiam tuam. Potentia etiam dei metuenda erat peccatoribus, quia damnationis sententiam exequitur, non relinquens euandendi vel resistendi locum. Si enim peccans lucifer cum suis complicibus solo nutu diuino, tam horribiliter & irreparabiliter proiectus est, nec erat facultas rebellandi, quid erit de nobis miseris, irato DOMINO, qui respicit terram & facit eam tremere? Quapropter pro consolatione, peccatoribus non cãtatur,

Ecclesi. 23 · Psalm. 14 · Iob. 9 · Iob. 27 · Iob. 9 · Deuter. 32 · Hebr. 10 · Psal. 103

suscepimus potentiam tuam, sed misericordiam tuã.
Psalm. 58 Dominus enim Iesus, non solum misericors est, sed ipsa misericordia. Vnde alio in Psalmo cantatur: Deus meus misericordia mea. Et hoc propter tria. Primo, quia ex excellentissima misericordia datus est. Nam summæ misericordiæ bonum fuit, quod vnus ex nostris esse voluit. Quænam maior misericordia esse potest, quàm ꝙ deus adeo cōpateretur homini,
Psalm. 21 quod ad ipsum saluandum, cum esset gloriosus ange
2. Cor. 8 lis, fact⁹ est opprobrium hominis? cum esset diues in suis, factus est egenus in nostris? cum esset delitiosus in regno, pœnalitatibus calamitosus ac famelicus fa
Lucæ 1. ctus est in exilio? Hæc sunt viscera misericordiæ dei nostri, in quibus visitauit nos degentes in infimo oriens ex alto. Secundo dicitur Iesus misericordia, quia plenus est misericordia, de quo verificatur il
Iob. 31 lud Iob: Ab infantia creuit mecum miseratio, id est, misericordia, & ex vtero matris egressa est mecum. Et ideo Maria dicitur mater misericordiæ. Creuit inquit, cum eo misericordia, quantum ad exhibitiōem quia magnam exhibuit in incarnatione, maiorem in conuersatione, & maximam in passione. Hinc est q̊d
Matth. 9 dixit Pharisæis: Discite quid est, misericordiam volo
Osee 6 & non sacrificium. Vnde dicit Bernardus, Patrem mi
Bernard. sisse saccum plenum misericordia. Saccum inquam in passione cōscindendum, vt effluat quod latebat in eo precium nostrum. Caueamus tamen fratres, ne benignitatem & longanimitatem eius contemnamus: quia non est ira crudelior super terram ira mansue
Ierem. 25 ti, cum irascitur. Comemorat propheta iram colum
Apocal. 6 bæ, & Iohannes in Apocalypsi iram agni, à qua se petunt abscondi, dicentes montibus & petris, cadite super nos. Malunt super se montium & petrarum casum sustinere, quàm iram agni. Tertio deniq; dicit Iesus misericordia, quia ad miserandum missus est.
Iohann. 3 Non enim misit deus filium suum vt iudicet mun

dum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Vere misera tiones eius super omnia opera eius. Iudex Iesus, ni mia charitate deuictus, posuit in se iniquitatem oim nostrum, & occidi voluit, vt misericordia inaudi ta, peccati vindictam sumeret, & peccatores vindictę dispendium non sentirent. Hinc ait Bernardus: Cla mat, clamat, clamat vulnus, quod misericordiæ dñi non est numerus. Studeamus igitur reconciliari, dũ misericordia sceptrum regni tenet, quia cum datum fuerit iustitiæ, non erit miserendi tempus, nec mise ricordiæ locus. Si autem per susceptam misericordi am peccata nostra deleta fuerint, & cordis munditia præstita, ea quę superius commemorata sunt, scilicet sapientia & iustitia, atq; potentia, iam metuenda nõ erunt, nec timorem, sed gaudium ingerent & securi tatem. Nihil iucundius securæ menti, quàm diuina præsentia, & perceptio respectus sapientiæ cuncta cernentis. Talis calumniam diaboli, vel omnium ac cusantium non veretur, quia scit iudicem non posse falli. Vnde iudicium & potentiam se clarificantia di ligit. Vtamur igitur charissimi oblata misericordia, vt iudicium & potentiam non timeamus. Accipiam⁹ eam hodie in signo visibili, scilicet in candela accen sa, quæ Iesum (qui misericordia dicitur) repręsentat per ignem eius diuinitatem, per lychnum animã de uotissimam, per ceram carnem virgineam, & in ma nibus, id est, operibus nostris luceat, vt misericordia & veritate præcedentibus, sciamus iubilationem, iu bilandoq; cantemus: Suscepimus deus misericor diam tuam.

Psal. 144. Isaiæ. 53 Bernard.

¶Salutare dei à Simeone visum quid fu erit. Exhortatio VI.

VIderunt oculi mei salutare tuum, Lucę secun do. Circa tempus aduentus domini, celebris apud Iudæos habebatur opinio, Messiam (q

Iohan. 1 dicitur Christus) iam iamq; affuturum, optabantq; plurimi, maxime deuoti, inter illos inueniri, de qui-

Lucæ.10 bus postea dixit dominus: Beati oculi qui vident q̄ vos videtis. Tales oculos habebat Simeon. Sed vnde

Lucæ.2 beati? Certe quia ipse videns erat iustus, & spiritus sanctus erat in eo? Habebat ergo alios oculos quàm Herodes & Pilatus, & eorum similes, quorum oculi infelices, quia propter eorum iniustitiam & spiritū malignum, non viderunt Christum domini, vt salua torem, sed futurum condemnatorem. Formemus nobis oculos fratres charissimi, per iustitiam & do-

Lucæ.2 na spiritussancti mundatos, vt deum videre merea- mur incarnatum vel hominem factum, salutare dei, factum salutare nostrum: quia paratum est ante faci em omnium populorum. Pro salute quippe omnium populorum necessarium erat deum incarnari, vt à damnatione visionis beatissimæ dei, ab æternis tene

Ephesi.2 bris, ignibus, atq; tormentis debitis soluerentur, eo quod omnes nascuntur filij iræ, & insuper proprijs delictis iram tantorum malorum promerentur. Vi- deamus nunc cum sancto Simeone salutare dei, & no strum. Dei, quia per illud saluauit. Nostrum, quia per illud saluati sumus. Salutare istud est preciosissimum nobilissimum, amabilissimum, omnem excedens ęsti

3. Reg. 10 mationem & laudem, quale decet esse diuinum. Est enim tale opus, quale inueniri non potest in omnib⁹ regnis vniuersæ creaturæ. Est quippe hoc salutare vnicum, simul dominus & seruus creator & creatu- ra, deus & homo. Duæ naturæ in infinitum dispares sunt maximę vnionis, vna persona. Disparilitas ma- nifesta est, quia infiniti (qualis est deus) ad finitum (qualis est homo assumpt⁹) nulla est ꝓportio. Porro vnitas vnionis hominis, in verbo, vel persona filij dei, excedit omnem vnionem, quia est vnum suppo situm verbi & hominis. Vnitas vero verbi est maxi ma vnitas, & maior quàm vnitas numeralis, quę est

principium numeri: quia est vnitas increata, per se subsistẽs, non recepta in aliquo per participationem. Huic autem est humana natura vnita, vt sit vna persona deus & homo: Non est vnitas salutaris huius facta ex duabus naturis inuicem mixtis, sicut ex farina & aqua fit panis, vel ex elementis fit corpus mixtum, quia in tali permixtione ambæ naturæ mutantur, nec manent, sed perdunt suum esse. Natura aũt diuina est incommutabilis, imò si (per impossibile) ita factum esset, tunc Christus nec esset deus nec homo, quia id quod est commixtum, nulli miscibilium est idem specie, sicut panis nec est farina, nec aqua. Istius etiam præfati salutaris dei vnitas, non est composita ex duabus naturis ad similitudinem, sicut cõpositus est homo ex anima & corpore, quia talis cõpositio est ex duobus imperfectis, licet impmixtis & impermutatis. Deus autem imperfectus esse non potest, nec venire in compositionem tertię naturæ, nec esse forma alicuius, sicut anima rationalis est pars hominis, vel humanæ naturæ, & forma eius. Ex anima quippe rationali & humana carne, vel corpore humano organizato, subsistit homo. Nec verum est quòd homo sit aut anima, aut corpus, sed est ex anima & corpore compositus. Idcirco caute intelligendum est quod legimus in symbolo sancti Athanasij, quotidie sic: Nã sicut aĩa rationalis & caro vnus est homo, ita deus & homo vnus est Chrũs. Ex aĩa & corpore constituitur in vnoquoq; nostrũ duplex vnitas naturæ & personæ. Naturæ quidẽ secundum quod anima coniungit corpori formaliter perficiens ipm, vt ex duabus fiat vna natura, sicut ex actu & potẽtia vel materia & forma. Et q̃tum ad hoc nõ attenditur similitudo, qa natura diuina non potest esse corpis forma. Vnitas vero psonæ cõstituit ex eis, inq̃tũ est vnus aliquis subsistens in carne & anima: & quantũ ad hoc attenditur similitudo, Vnus eñ Christus Athanas.

ſubſiſtit in diuina natura & humana. Iſtud etiam ſa tis innuit Athanaſius. Dicit enim: Qui licet deus ſit & homo, non duo tamen, ſed vnus eſt Chriſtus. Qualis autem ſit hæc vnitas, ſtatim manifeſtat, vnº autem non conuerſione diuinitatis in carnem, ſed aſſumptione humanitatis in deum. Vbi manifeſte excludit diuinæ naturæ conuerſionem, aut mutationem, & permanentiam inſinuat naturæ humanæ, quam ſolum dicit aſſumptam. Deinde dicit quod non ſit ex duabus naturis, vna natura vel ſubſtantia, dicens: Vnus omino non confuſione ſubſtantiæ. Qualis autem vnitas reſultat ex duabus naturis, diuina & humana, ſtatim infert dicens: ſed vnitate perſonę. Similitudo igit quæ ſubditur, intelligenda eſt de vnitate perſonæ quam aſſeruit, non de vnitate naturæ vel ſubſtantiæ quam negauit. Sicut vero dictum ſancti Athanaſij caute legendum & intelligendum eſt, ita etiam illud hymni ſanctorum Ambroſij & Auguſtini, vbi dicitur: Tu ad liberandum ſuſcepturus hominem, &c. ſane intelligendum eſt. Nemo putet, aut credat quod homo in vtero virginis primo creatus fuerit, & poſtmodum perſona verbi aut filij illum hominem ſibi ſociauerit: ſed ſic ſuſcepit deº hominē quod creando, ſimul & ſine vlla temporis morula ſtatim ſibi eum vnierit, & in ſe perſonauerit: ita quod perſona verbi eſt perſona vtriuſque naturæ, diuinæ ſcilicet & humanæ. Et quamuis dignitatis ſit, quod aliquid ſit perſona, hæc tamen dignitas humanæ naturæ in Chriſto nō ex hoc minuitur, quod per ſe ſeparatim non exiſtit, ſed potius augetur: quia exiſtit in aliquo ſe digniori & perfectiori, ſcilicet in perſona verbi. Sicut enim eſſe completiuum ſpeciei pertinet ad dignitatem formæ, tamen ſenſitiuum nobilius eſt in homine propter coniunctionem ad nobiliorem formam completiuam, quàm ſit in bruto animali, in quo eſt forma cōpletiua, ſcilicet ipſum ſenſitiuum.

Athanaſi.

Hæc insuper vnio tantæ nobis dignitatis est & excellentiæ, quia natura humana omnem denominationem quam tribueret proprio supposito, communicat verbo in quo suppositatur & personatur. Hinc veraciter credimus & confitemur, quòd deus in vtero virginis conceptus est & de virgine natus. Et ipsa virgo veraciter est mater dei. Propterea gaudens cantat ecclesia. Virgo dei genitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera, factus homo. Sic hodie deus in templo præsentatus est, deus in terra visus est, deus inuisibilis visibiliter in humana carne agnitus est, deus passus, crucifixus & mortuus est, manēs impassibilis & immortalis. Similiter viceuersa diuina natura communicat omnem perfectionem suam supposito humano, id est, verbo, quod est homo. Sic ille homo Iesus Christus in suo supposito veraciter est deus, & omniū creator. Hic suscitauit mortuos, infirmos curauit, propria virtute à morte resurrexit, & cœlos ascendit. Tanta est vnio, quod iuxta Apostolum, Christus Iesus heri & hodie, ipse & in secula. Ipse est de carne nostra & de ossibus nostris, & deus noster & omnium. O vulnera, ò infirmitas, ò perditio, quæ tali medico & tali salutari indiguerūt. Hoc salutare anxius sancti veteres expectauerūt. In illo salutari spiritus Mariæ exultauit. Illud cum omnibus angelis eius adorauit. Illud Ioseph nutritius nutriuit & portauit. Illud mater in templo obtulit & pręsentauit. Illud Simeon iustus in vlnis baiulauit. Illud Anna prophetissa populis declarauit. Illud populus expectans deuote considerauit. Illud charissimi fratres, sicut quotidie in sacramento, ita hodie in candela accensa (præsentante carnem & animam, & deū in vno supposito) suscipiamus in medio templi sui tanq̄ misericordiam & salutare suum, per quod saluamur. Et quod est Christus per gratiam vnionis studeamus esse per gratiam adoptionis. Sit caro no

Baruch.3

Lucæ.2

ſtra caſta, anima iuſta & ſancta, deus (qui ignis conſumens eſt) vtrumq; deſuper exurat, omnem diſſimilitudinem tollat, in ſe per gratiā ſimilitudinis conuertat, mentē illuminet, affectum incendat, ſua præſentia memoriam ditet. Circa hoc ſalutare ſit tota occupatio noſtra, tota lectio, tota actio, tota cura, tota vigilantia, tota dilectio, vt illud æternaliter citius obtinere valeamus.

¶ Qui puerum Ieſum ſuſcipere debeat, qualis ſit, & euangelij applicatio ſpiritualis. Exhortatio VII.

ECce homo erat in Hieruſalem, cui no-
men Simeon. Lucę ſecundo. Præſentis
diei glorioſa ſolennitas vobis chariſſi-
mi eſt notiſſima. Inſuper receptionis lu-
minaris, eiuſq; in manibus continuæ re-
tentionis, finaliſq; reportationis, obla-
tionisve ſignificātiam, minime vos latere arbitror.
In receptione quippe candelæ ardentis, tacite nobis
Matth. 5 dicitur: Luceat lux veſtra coram hominibus. In retē-
Coloſſ. 3 tione vero & oblatione, loquitur Apoſtolus: Cum
Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc vos apparebi-
tis cum ipſo in gloria. De his ergo nolo in præſenti-
arum loqui charitatibus veſtris, ſed potius inquire-
re, qualis & quis erit tam idoneus, qui Chriſtum do-
minum recipere debeat, & ſuis geſtare in vlnis, præ-
ſentia eius frui, & nedū tangere, ſed vltra pedes & ma-
Cantic. 1 nus etiam ori ipſius coniungi, iuxta illud Canticorū:
Oſculetur me oſculo oris ſui: Ne autem inquirendo in longa eamus, textum ſancti euāgelij inſpiciamus. Ibi in fronte nobis occurrit nota huius compunctionis. Poſtquam enim oblatum dominum Ieſum cum hoſtijs figuratiuis euāgelicus ſermo deprompſit, ſtatim adiungit: Et ecce homo erat in Hieruſalem. Et

coniunctio est copulatiua, innuens quod ad complementũ oblationis Iesu in templo, accedere debet coniunctio. Non leuis & facile separabilis, sed fortissima & perdurabilis, pmanens in seculum seculi. Quis em miser, in valle degẽs miserię & lachrymarũ, intelligẽs miseriam suam pessimam (de qua scribitur: Mors peccatorum pessima) quàm certissimam è vicino imminentem expectamus, nisi per dei misericordiam eripiamur, audiens denuntiari: Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui, non totis visceribus complectetur ipsam misericordiam, Iesum saluatorem suum, vt liberetur à miseria pessima sua? In ipso vero complexu fit coniunctio. Complectimur autem Iesum fide & spe, tanquam duobus brachijs. Coniungimur vero ipsi charitate, quæ est amor nobilissimus. In cuius actu datur & recipitur osculum, sua suauitate vincens oẽs suauitates & delitias cœli & terræ. O osculum, verę signum es dilectionis. Signum es, sed nondum res. O si signũ tam suaue est, quid & qualis erit ipsa res? Post, &, sequitur, ecce. Istud ecce attentum vult esse audientem. Vbicunque enim in scripturis hæc dictio ponitur, ibi etiam aliquid notabile atque insolitum consideratione dignissimum sequitur, vt patet in libro Numerorum, vbi de murmure agitur & plagis Chore, Dathan & Abyron, vbi dicitur: Ecce aũt Chore, &c. Et in euangelio Ecce magi ab Oriente venerunt, Et alio loco in passione dñi: Ecce homo: Et in alio loco: Et ecce. Attẽdite fratres & intelligite. Det ipse dñs, q illuminat & accendit oẽm hoĩem, vt intelligamus, & intellecta diligamus. Ait ergo Euangelista, Et ecce homo erat. Non ait angelus erat, vel archangelus, aut aliquis de nobilissimis purissimis nouem ordinum spiritibus, aut quæuis alia creatura, sed homo. O stupenda diuina dignatio. O vilis hominis saluberrima & gaudiosissima sublimatio. Quid est homo

Psalm. 33
Psalm. 47
Numer. 16.
Matth. 2
Iohan. 19

quod memor es eius domine, aut filius hominis, q̃ reputas eum? Delitias computas esse cum filijs hominum. Ad amplexum, ad coniunctionem, ad fruitiuũ amorem, ad osculum vocas omnem hominem, non aliam creaturam. Ne autem tuæ maiestatis, & suæ vilitatis consideratione, homo magis delitescere, & à te alienari præeligat, quàm in tali actu solennissimæ coniunctiōis confusus apparere, reuocas eum præcepto, vt tibi amore vniatur, consulis facto, possibile fore hominem sine confusione deo posse vniri, cum tibi humanam naturam ostendis in vna persona coniunctam, & ecclesiam, hoc est, singulas animas, tuam appellas sponsam. Charissimi fratres, quanta est hæc ad nos diuina dignatio, & nostri exaltatio. Sed intelligere non possumus, quia diuina maiestas nō est nobis nota, & nostra vilitas non est nobis plene scita. Cognoscimus tamen in parte. Crescamus in hac cognitione, ne dicatur nobis: Homo cum in honore esset non intellexit. Studeamus sicut natura, ita & vita & moribus manere homines, ne per carnalia, gulæ & luxuriæ vitia (quibus incessanter die noctuque impugnamur) comparemur iumentis insipientibus, & eis similes efficiamur. Non minus caueamus insidias diaboli, qui circuit quærens quem deuoret, & sibi per superbiam, ambitionem, iram, inuidiam, odium, & cætera spiritualia peccata, nos homines quasi incorporet, & ex hominibus dæmones faciat. Declinemus præcipitium eius, quo bene & sancte gradientes, per indiscretionem deterius elidit, quando per nimietatem, ignorantes propriam mensuram virium, ad omnia bona opera impotentes & inutiles reddit. Homo est animal rationale, ideo viuere debet secundum dictamen rectę rationis. In hoc dictamine fundanf oēs virtutes morales. Idcirco q̃ virtuose non viuit, non est homo. Homo, inquam, qui debet Iesum amplecti. Ab hoc dictamine penè omnes ho-

Prouer. 8

Psalm. 48

1. Petri. 5

mines deficiunt, ſecundum plus & minus. Idcirco omnes peccant. Omnes homines dictant, ſed nō oēs ſecundum rectam rationē dictant, ſed potius ſecundum praua deſideria ipſorum, vel paſſiones vel errores. Et hoc eſt deficere ab humana natura, & peccare. Idcirco verum eſt dictum philoſophi: Omnis peccans errat. Creauit autem deus hominem rectū, limitatum ad certam naturam, ſcilicet rationalem, Eccl'ſ. 7
vt ratiocinando, rerum & veritatis nōtitiam abſtrahendo à phantaſmatibus acquireret. Nam ſpecies intelligibiles non ſunt ſibi concreatæ, ſicut angelis. Vt autem ratio procedere poſſet in actu ſuo, & verum concludere, dedit intellectui humano debili & ignobili (in comparatione ad angelicum intellectum) cognitionem principiorum naturalium, & ſupernaturalium, quia vltra naturam ſuam, etiam ad diuinā naturam per participationem homo vocatus eſt. In ſupernaturalibus tamen captiuum ducit intellectum ſuum ad conſenſum per dei gratiam in obſequium fidei. Per peccatum vero primorum parentum, natura 2.Cor.10
humana deſtituta eſt viribus ſuis, & paſſionibus immerſa, & erroribus circundata, ita q̊d principia (circa quæ intellectis terminis, errare non poteſt) nō attendat, imò etiam errat, intantum quod dicat ſecundum prophetam, bonum malum, & malum bonum, Iſaiæ. 5
accipiendo pro principijs quæ principia non ſunt, pręcipue in ſupernaturalibus. Ex quibus ratiocinando elicit falſiſſimas concluſiones, imò ſub veris principijs falſe ſubſumit, & falſiſſime concludit. Probant hæc hæretici, ſchiſmatici, Iudęi, Machometiſtæ, (quales ſunt Turci & Saraceni, quoad principia ſupernaturalia. Et omnes præſcripti, & mali Chriſtiani, et monachi quo ad principia naturalia, in tātum quòd monachi errantes audent interdum dicere, non tenemur obedire, innixi pricipio immobili, ſcilicet: oportet plus deo obedire quàm hominibus, quo vel per- Actu. 5

uerse vtuntur, vel sub quo falsissime subsumunt. Ta
Psalm.48 les omnes non sunt homines quales esse debent, Christum suscepturi: quia cum in honore essent, non intellexerunt. Euangelicus sermo de suscepturo dominum dicit: Et erat homo, id est, viuens secundum dictamen rectæ rationis, ex principijs naturalibus & supernaturalibus procedens. Idcirco subditur: In Hierusalem, vbi erat studium legis & prophetarum, & indubie etiam philosophiæ. Insuper erat ibidem diuinus cultus cum oblationibus hostiarum, quod alijs in locis fieri minime licuit. In Hierusalem ergo discũtur veræ ratiocinationes, & vera principia, si tamen nominis interpretationem quis veraciter teneat, q̃d est visio pacis. Si autem voluerit contentiosus esse, nec legem dei diligere, sed solum curiose scire, & ficte deum colere, non erit in Hierusalem: Pax enim mul
Psalm. 118 ta scilicet diligentibus legem tuam, inquit, & nõ est illis scãdalũ, scilicet erroris. Homo suscepturus Christum, debet thesaurum suum reputare, si habere posset pacem cum domino Iesu. Ille amor eius, ille gaudium eius, ille om̃e bonum eius solus esse debet. Ex
Prouer. 12 tra hũc nihil debet possidere, nihil concupiscere. Talis homo erit in Hierusalem, nec cõtristabit eum, nec conturbabit pacem eius, quicquid ipsi acciderit, sed erit aptus ad omne bonum. Vnde subditur in euangelio: Cui nomen Simeon, id est, audiens, quia audit & opere implet quod loquitur in eo dominus
1. Reg. 3 deus. Ideo fiducialiter ait cum propheta Samuele: Loquere domine, quia audit seruus tuus. Est enim
2. Mac. 15 talis, qualis iustus in libro Machabæ. describitur, q̃ erat bene audiens, id est, humanus, bonis consentiẽs, & in omnibus obediens. Auditio enim soni non est
Roman. 2 laudabilis, sed impletio eius quod auditur. Non enim auditores, sed factores legis iustificabuntur. Implens mandatum dicitur bene audiens, deo & hominibus.
Psalm. 44 Vnde & sponsæ dicitur: Audi filia & vide, & inclina

aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domū patris tui, & concupiscet rex decorem tuum. Insepa-rabilia sunt bene audire, & obedire. Sicut etiam vici na sunt Simeon & Simon. Tollatur e litera à Sime-on, & fit Simon, quod interpretatur proprie obedi-ens. Erat ergo homo iste deo obediens. Vnde subdit Et homo iste iustus. Iustus ipse dicitur à iustitia, quę se per omnes virtutes (secundum Augustinum) dif-fundit. Id est, dilectio dei & proximi. Vnde per Eze-chielem dominus iustum describēs, aufert ab eo oia quæ lege prohibentur, & tunc infert: Hic iustus est Iustitia, enim quæ vna est ex quatuor moralibus vir tutibus, stare potest cum offensa ad deum. Iustus ve ro qui diligit deum super omnia, & proximum sicut seipsum, vnicuiq; præbet quod suum est. Sequitur: Et timoratus. Inseparabiliter sibi cohærent iustitia & timor: quia (iuxta dictum Sapiētis) qui sine timo re est, nō potest iustificari. Quanto enim quis diligit deum, tanto timet ne offendat eum. Idcirco coniun-ctio & hic collocat in medio. Sic etiam de iusto Iob dicitur: Erat vir simplex, ac rectus, & timens deum. Sequitur: Expectans consolatōiem Israel. Illam scili cet, de qua Isaias prophetauit: Sicut mater cōsolatur filios suos, ita & ego consolabor vos, & in Hierusalē consolabimini. Sed non omnes erant capaces huius consolationis, quia non omnes expectabant. id est, vehementer desiderabant Christum, sed alius ierat in villam suam, alius ad negotiationem suam, alius probabat iuga boum, alius duxerat vxorem, quorū amoribus intenti, Christum amare non poterant. Id-circo de aduentu suo consolari cum sancto Simeone & Anna, cum Ioseph & Maria, & aliis qui aderant, non valebant. Hi autem potuerunt, quia spiritussan-ctus erat in Simeone, & aliis prædictis. A quo ipse audiens, id est, Simeon, audierat, nō visurum se mor-tem, nisi prius videret Christum domini, quem fe-

Aug. Ezech. 18 Ecclesi. 1 Iob. 1 Isaiæ. 66 Matth.

licissime suo sacro pectori astrinxit in vlnis.

¶ Quare & in quibus Iesus & Maria legi se subdiderunt, atque de legibus & consilijs. Exhortatio VIII.

Postquam impleti sunt dies purgatiōis eius(scilicet Mariæ) secundum legem Mosi, tulerunt illum(scilicet Iesum) in Hierusalem. Lucæ secundo. Dominus deus legem dederat populo suo peculiari, vt mulier suscepto semine, si masculum peperisset, immunda esset quadraginta diebus. Quo die pro purgatione sua offerret oblationem, & puerum primogenitum redimeret. Hanc legem circa se pius humilitatis magister,; & circa purissimam virgineam matrem suam Mariam, obseruari voluit, propter scandalum tollendum, & propter exemplum prębendum. Cum enim esset Iudæis incognitus, scandalum dedisset omnibus, si legem non obseruassent. Idcirco dicit apud Matthæum, Nolite putare, quoniam veni soluere legem, aut prophetas. Non veni soluere, sed adimplere. Insuper voluit exemplo docere, quod legislatores, reges & principes, suas proprias conditas leges implerent. Tales sæpe imponunt subditis onera importabilia, & ipsi tamen nolunt ea mouere. Christus vero vtriusq; legis veteris & nouæ institutor & doctor, fecit quod docuit. Ergo iustū est quod principes similiter faciant. Vnde Isidorus, Iustum est inquit, principem obtemperare legibus suis. Tunc enim iura sua ab omnibus obseruanda existimet, quando primus ipse eis reuerentiam præbet, scz obseruando in se. Decretalis etiam dicit. Patere legem quam tu ipse tuleris. Refertur in historijs, q̄d Calenchus paganus statuerit legem, vt adulteriū cōmittēs, oculis priuaretur. Deprehenso ergo filio suo

Leuit. 12
Matth. 5
...h. 23
...ı.R
...idorus,
Extra. de constit. c. Cum oēs.

in hoc scelere, cum populus pro eo rogaret, ne tali pœna puniretur, & populum in parte exaudiuit, & legē seruauit, vnum oculum eruens sibi, & alterum filio. Ecce quid fecit paganus zelator legis? Quanq̄ factū illud nec commendabile sit, nec imitabile, quia innoxius nunquam puniri debet pro reo: tantummodo in eo iustitiæ & legis zelus commendabilis est. Consideremus quantæ dignitatis & excellentiæ est lex, vt eā legislatores cogantur, & deus dignetur obseruare. Nā dominus Iesus vsq; ad impletionem humanarum legū & voluntatum descendere dignatus est. Hinc est quod parentibus obediuit, quod tributum soluit, quod potestati se subdidit, permittens se ligari, quod Annæ & Cayphæ tanquam superioribus, & Pilato tanquam iudici respondit, & vestes exuit, permittens se flagellari, quod crucis onus sustulit, & manus pedesq; petitus extendit, permittens se crucifigi. Præfati tamen peruerse lege vtebantur, & male applicabant. Lex enim humana, teste beato Augustino in libro de libero arbitrio, à lege æterna deriuatur, si tamen sit secundum rectam rationē, ideo debet seruari. Si vero agnitus fuisset Christus, legem purgationis matris nō seruando, neminem scandalizasset, quia nec eū, nec matrem ligabat: cum illa non conceperit eum suscepto semine, nec eum crucifixissent, si eum dominum gloriæ cognouissent. Si igitur ratio nostræ salutis exigebat, quod Christus dominus, & benedicta mater eius legibus diuinis atq; humanis subderentur (cum tamē ab eis non ligarentur) & legislatores suas conditas coguntur leges adimplere, quanto obligatiores sunt subditi ad omnes leges eos ligantes implendas, scilicet diuinas & humanas? Humanæ enim leges superinductæ sunt, vt inquit Isidorus, vt earum metu humana coerceretur audacia, tutaq; sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio, refrenet nocendi facultas. Licet enim sint quidam pro-

Lucæ 2
Matth. 17
Iohan. 18
Matth. 26
Marc. 15
Lucæ 23
1. Cor. 2
Isidorus.

ni ad actus virtutum ex bona dispositione naturæ, vel consuetudine, vel magis diuino munere, quibus sufficit paterna monitio, tamen sunt alij proterui, & ad vitia proni, deum non verentes. qui verbis emẽdari non possunt, quos oportet vi & metu coercere, vt dissuescant male agere, & alijs quietam vitam reddere: discant quoque voluntarie bene agere, & fieri virtuosi disciplina legũ. Quia (sicut dicit Philosophus in primo Politicę) sicut homo si sit perfectus virtute, est optimum animalium, sic si sit separatus à lege & iustitia, est pessimum omnium: quia homo habet arma rationis ad explendas concupiscentias & sęuitias, quæ non habent alia animalia. Et si quidem homo ordinatus foret tantum ad finem, qui non excederet proportionem naturalis facultatis hominis, sufficerent sibi leges humanæ, & lex naturalis, à qua illę deriuantur. Sed quia homo ordinatus est ad finem beatitudinis æternæ, quæ excedit proportionem naturalis facultatis humanę. Ideo necessarium fuit, vt supra legem naturalem & humanam, dirigeretur etiam ad finem suum lege diuinitus data. Has omnes dominus legum in seipso nostræ salutis causa adimpleuit. Sufficit harum obseruantia omni homini ad salutẽ. Sed quia multa impedimenta occurrunt in impletione harum legum, successit lex consiliorum, quæ neminem cogit nisi professum. Hæc remouet impedimenta actus charitatis, quæ tamen charitati non contrariantur, sicut est matrimonium, occupatio rerum secularium, & alia huiusmodi. Præcepta enim diuina alia à præceptis charitatis, solum remouent ea quæ contrariantur charitati, cum quibus scilicet charitas esse non potest, sicut est furtum, periurium, &c. similia. Hæc præcepta obligant omnes homines. Consilia autem, sicut dominus docere, ita primo ea implere dignatus est, vt nos erudiret, & efficacius ad ea induceret. Hanc legem consiliorũ cum obligatione super

Philosop.

Lex cõsiliorum.

nos,nosipsi qui hic sedemus accepimus. *Sed* dicet ali quis: Stolide fecimus, quod super onera tantarum le gum,onus etiam consiliorum obligatorie multo præ ceptis ac legibus grauius,super nos accepimus. Ad quod ego dico,quod non stolide, sed prudentissime fecimus: imò hoc præ cæteris hominibus in donum optimum à deo recepimus,per quod Christo domi no duci salutis nostræ,suisq; discipulis,&charissimis eiusdem amicis, & sanctissimis patribus conformes facti sumus. Considerantes enim tot & tanta impe dimenta charitatis ex diuino præcepto implendę,iu xta quod dicitur: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo,& ex tota aïa tua,&ex omnibus viri bus tuis, & ex omni mente tua, & proximum tuum sicut te ipsium. Quod vtiq; ex sui totalitate & ampli tudine difficillimum est implere & conseruare,inter tot fluctuationes seculi, inter tot negotia secularia, & inter carnalia,&c.cum sentiamus nos debiles, car nales & passionatos: prudentissime fecimus declinã do à tot periculis perditionis(cum transgressio præ cepti charitatis certissime damnet transgressorem) & legem consiliorum assumendo:non vtiq; in onus sed in releuamen oneris legum prænominatorũ. Ex empli gratia. Qui portare habet onus magni ligni p arctam viam,per quam haud facile transire permit titur,propter ramos insertos ligno ex omni parte, is non diceretur onus assumere, si bipennem secum ferret,qua ramos eum impedientes amputaret: sed sibi esset in magnum releuamen, licet ipsa bipennis in se aliquod pondus habeat. *Simili* modo, qui bacu lum sumit,vt sibi ambulando quasi tertium pedẽ for met,vel quo saccum.non facile manibus portabilem ab humeris leuiter portet, vel quo lignum grauans vnum humerum in portando, retro in alio humero leuet, vt ambo humeri portent, quod vnus portare non potest,vtiq; is assumendo baculũ in talem vsum

Deuter. 6
Lucæ 10

ſe non onerare dicitur,ſed releuare: quanquam in ſe aliquid ponderis habeat baculus. Sic lex conſiliorum id eſt,religio,amputans occaſiones peccandi. & dās occaſiones implendi charitatis p̄cepta, non in onus eſt,ſed in releuamen,niſi omnino peruerſus eſſet pro feſſus legis conſiliorum,qui nollet ſeruare legem pro feſſam. Sic etiam ille qui bipenne aut baculo nō vte retur,pro vt iam dixi,ſed ſolummodo portaret, vtique tūc nō eſſent in releuamē,ſed in onꝰ. Fratres intra vos ite,& diligenter perpendite,ex propria fragilitate in quot peccata decidiſſetis, in luxuriam,in ebrietates,in lites,in alia multa,niſi dominus in religione hac ſancta,& lege conſiliorum vos conſeruaſſet. Amplectamur itaq; has leges, quia dominus Ieſus,& pia mater eius ſubdiderunt ſe eis. Et ſi aliqd oneris continent,illud vtiq; immenſum pondus gloriæ in futuro operabitur in nobis. Oportet em̄ nos
2.Cor. 4 per multas tribulationes intrare in regnum dei. Si
Actu. 14 cut vero exemplo Chriſti, & piç matris eius,nos ſub
Philippē.2 didimus legibus,ſic ſubdamus nos purificationi. Dominus Ieſus ſicut venit in ſimilitudine carnis peccati:ſic purgatus eſt pro ſimilitudine à peccatis, per circūciſionem,& hodie per oblationem cū ſua puriſſima matre,& per redemptionem ſui. Suſtinuerunt Ieſus & Maria,quod peccatores reputabantur. Non dedignemur igitur ſi peccatores reputemur, etiam ſi de quibuſdam peccatis non ſimus nobis conſcij. Nōnulli enim vel virgines, vel à multis peccatis cōmunibus immunes,cum de incōtinentia vel illis peccatis ſermo habetur,ne reputentur tales, ſine neceſſitate ſe purgant. Hoc nō fecit Ieſus, nec Maria. Propter ſcandalum tamen,vel aliam neceſſitatem vel ædificationem,oportet interdum hoc facere,ſicut legitur
Iohan. 8 feciſſe dominus ad Iudæos,& Paulus ad Corinthios.
2.Cor.11 Purgemus nos,quia in multis offendimus om̄es. Pu
Iacob.3 rum eſt, quod non eſt mixtum ſe ignobiliori,vel im

Perfectiori. Anima vero creatura nobilissima est, & imago dei excelsi. Si ergo rebus creatis inordinate miscetur per cogitationem, vel curiosam intelligentiam, vel amorem, impura redditur, & peccat, Si vero ei conformari nititur, cuius est imago, occupando se cum domino deo suo, in cogitatu, in intellectu, in voluntate, in affectione & charitate, reddetur purissima, iuxta illud Prouerbiorum: Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum. Tale vas erat Maria, de qua Anselmus dicit, quod ea puritate emicuit, qua maior sub deo nequeat inueniri. Idcirco in honorem eius, & signum puritatis eius, portamus candelam hodie accensam, iuxta illud: Hanc in honorem piæ candelam porto Mariæ. Candela significat beatam Mariam, vt patet ex institutione huius festi, quamuis posset etiam Christum dominum significare. Cera ductilis, eius humilitatem, lychnus candens, eius puritatem: ignis lucens, designat eius charitatem & exemplaritatem. In his debemus charissimi eam imitari in operibus nostris. Idcirco candelam manibus portamus. Non sufficit candelam in capsa clausam custodire, id est, Mariæ sanctitatem in memoria retinere, sed in manibus, id est, in opibns.

Prouer. 25

Anselmus

¶ Quomodo Christus legi se submisit, & de lege triplici, diuina, naturali & ciuili. Exhortatio IX.

Postquam impleti sunt dies purificationis eius secundum legem Mosi, tulerũt illum in Hierusalem, vt sisterent eum domino. Lucæ secundo. Vt purgationẽ intellectus ad intellgendum veritatem, & affectus ad amandum atq; gustandũ consequamur, matrem Iesu, hodie pro similitudine purgatam, deuotissime salutemus, mente pia dicẽtes

Aue Maria. Postquam impleti sunt, &c. vbi supra. Dilectissimi fratres, si historiam præsentis solennitatis intente atq; deuote consideramus, inuenimus doctrinam non in verbo, sed in facto, vnde humilitas nostra vtiliter, & salubriter instruatur. Docet enim sanctum euangelium, quod legifer & author vtriusq; sanctissimi testamenti, dominus maiestatis se legi subdidit, perfunctus legali sacrificio. Item ꝙ mater ipsius virginea, spiritusancto fœcundata, purgationem accepit, quasi à marito semē suscepisset, prout in Leuitico describit. In isto facto maxima vtriusq; filij & matris humilitas cōmendatur, & humana præsumptio atq; superbia vituperatur, quæ vtiq; legibus astricta, legibus subijci degenat. Nec est ad propositum, si quis allegare voluerit contra Iesum & Mariam matrem eius, illud. Quod quiquis iure in altero statuit ipse eodem iure vti debet, nec illud Sapientis: Patere legem quam ipse tuleris, quia lex Mosi vel dei, loquitur de matre corrupta, & filio in peccato concepto & genito, quales non erant Iesus & Maria. Sed dicet aliquis. Ergo simulationem admiserunt Iesus & Maria, exhibendo se tanquam tales. Ad hoc respondemus, pro Iesu & Maria, quod factum ipsorum in hac expiatione pro similitudine tanquam essent peccatores, vt cæteri de quibus lex loquitur, non processit ex simulatione: quia neminem intendebant decipere sed ex dispensatione sacramenti humanæ redemptionis. Quia venit deus in similitudine carnis peccati vt eos qui sub lege erant, redimeret. Similes ergo erant peccatoribus Iesus & Maria, sed non peccatores, nec obnoxij legi. Volebant ergo (sicut veri humiles) viles ab hominibus reputari, vt interim impleretur salutis humanæ sacramentum, & pro tempore tolleretur scandalum. Nondum enim venerat tempus dicendi, ꝙ Iesus esset deus, saluator mūdi, dei patris & virginis matris filius & Messias, Scandalum

Leuit. 12

Extra de constit. c. Cū omes.

Galat. 4

ergo dedissent ignorantibus Iesus & Maria si legalia nō seruassent. Scādalū aūt q̄d orit̃ ex ignorantia est vitādū. Quod dn̄s Iesus in virili ætate, facto impleuit & docuit (vt scribitur apud Matthæum) quando illis instantibus qui didrachmam petierant, dixit Petro sententiam. Liberi sunt filij. Vt autem non scandalizemus eos, da inquit, eis pro me & te. Item dicit APOSTOLVS: Non manducabo carnem inæternum, ne fratrem meum scandalizem. Igitur factum hodiernæ festiuitatis, in impletione legalium circa Iesum & Mariam, dispensatio fuit humanæ reconciliationis, vtriusque exemplaris humilitas, & amborum ad proximos feruentissima charitas. Idcirco dicit Iesus: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Nouerat indubie seipsum Iesus, quòd scilicet non erat vilis, sed nobilissimus, deus optimus, & homo cæteris omnibus præstantior, & per gratiam cunctis angelicis spiritibus excellentior. Tamen propter nostram salutem voluit vilis videri & abectus reputari. Et hæc ex charitate prodibant, qua maior non potest haberi. Fratres dilectissimi moneo vos, subditi estote legi humiliter vt fructum sacramenti humanæ reconciliationis (per subiectionem legis in CHRISTO completi) percipere mereamini. In illa subiectione legis vsque in mortem perseuerate. Non deponatis vos de hac cruce, præsumptione propriæ temeritatis, nec per licentias leues, vel dispensationes, quæ potius sunt corruptelæ vel corruptiones, sed aliorum manibus, idest superiorum monitis aut præceptis (si tanta fuerit in deserendo legem necessitas) deponamini. Charitas ad hoc vos compellat, ne relinquatis scandalum fratribus, qui sequūtur præcedentium vestigia, putantes sibi licere q̄d in precedentibus fieri cōspexerint. Totus mūdus & tota religio scāda

Matth. 17

1. Cor. 8

Matth. 11

Matt. 18

lis plena sunt: Sed vę illi per quem scandalum venit
Matth. 18 Dicet forsan aliquis: Quæ nam est ista lex cui subijci debemus & tenemur? Materia hæc & lata est, & profunda, quam vtcunq; dilucidabo abbreuiatam.

Lex multiplex. ¶ Est multiplex lex. Prima est æterna. Hæc est ratio gubernationis rerum in deo, sicut in principe vniuersitatis, qui nihil concipit in tempore, sed habet
Psalm. 118 æternum conceptum. De hac dicitur in Psalmo: Lex tua veritas. Ideo non potest errare. Ab hac omnes
Prouer. 8 leges iustę deriuantur, iuxta illud Prouerbiorum: Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Ab hac lege primo deriuatur lex naturalis, quę tamen impressio excellentiori modo est in homine, quàm in cæteris animatis vel inanimatis, inquantū est ipse homo particeps prouidentiæ, sibijpsi & alijs
Psalm. 4 prouidens. De hac participatione dicitur in Psalm. Multi dicunt, quis ostendit nobis bona? Et respondetur. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Primum principium huius legis est. Bonum est quòd omnia appetunt. Primum ergo præceptum huius legis est, quòd bonum est faciendum & prosequēdum, & malum vitandum. Et super hoc fundantur omnia alia præcepta legis naturæ. Ab his duabus legibus, æterna scilicet & naturali, deriuantur omnes leges humanæ, inquantū scilicet ex impressione ęternæ legis, & præceptis legis naturalis, quasi ex quibusdam principijs communibus & indemonstrabilibus humana ratio procedit ad aliqua magis particulariter disponenda. Et istæ particulares dispositiones adinuentæ secundum rationem humanam, dicuntur leges humanæ: & sunt summæ necessariæ. Factæ enim
Isidorus. sunt inquit Isidorus, vt earum metu humana coerceretur audacia, tutaq; sit inter improbos innocētia & in ipsis improbis (formidato supplicio) refrenetur
Philosop. nocendi facultas. Homo enim (teste Philosopho) si sit perfectus virtute, est optimum animalium, si ve-

go sit separatus à lege & iustitia, est pessimum omnium: quia habet arma rationis ad explendas concupiscentias & sçuitias. Necessarium ergo fuit ad pacem hominum & virtutem, quod leges ponerentur. Quarum quædam deriuantur ex lege naturali, sicut conclusiones ex principijs. Ex illo namq; quod nulli est faciendum malum, sequitur quod non licet aliquem occidere, nec decipere in emendo & vendendo, & similibus. Et hoc vocatur ius gẽtium, quod æqualiter apud omnes gentes seruatur. Quædam vero leges deriuant ex lege naturali, sicut determinationes quædam aliquorum communium. Sicut lex naturæ habet quod ille qui peccat puniatur, sed quod tali pœna vel tali puniatur, pertinet ad ius ciuile. Et tales determinationes differenter traduntur in regnis & ciuitatibus, & cæteris locis. Vterque tamen modus ex principijs naturalibus siue concludendo, siue determinando, in humana lege continetur. Hæ sunt leges canonicæ, hæ sunt leges imperiales, hæ sunt leges terrarum, ciuitatum, villarum, & similium locorũ quæ omnes conditæ sunt vt refrenentur mali, vt vitia excludantur, vt subditi boni & virtuosi reddantur. Omnia tamen mala emendare non possunt. Vnde Augustinus: Lex quæ regendis ciuitatibus fertur multa concedit atq; impunita relinquit, quæ per diuinam prouidentiam vindicantur. Quapropter (iuxta eundem in primo de li. ar.) vt nullum malum improhibitum & impunitum remaneret, necessariũ fuit superuenire legem diuinam, per q̃ oĩa peccata prohibentur. Hæc etiam interiores hominis motus regulat, ad quos humanum iudicium se non extẽdit. Ad cuius scilicet diuinæ legis perfectam impletionem, per sanctos patres spiritussanctus certos viuendi modos & leges instituit, quas regulas, vel statuta, vel cõsuetudines (quæ vim legis obtinent) appellant. Hæ omnes leges habent vim obligandi in foro conscien Augustin.

tiæ à lege æterna, à qua deriuantur, iuxta illud Pro-
Prouer. 8 uerbiorum: Per me reges regnant, & legum condito
res iusta decernunt, & non ab homine, quia homo
Peccatum quid. hominі, vt sic, non potest imputare peccatum, sed so
lus deus. Peccatum enim (teste Augustino) est dictū,
Augustin. vel factum, vel concupitum contra legem æternam.
Ergo delinquentes in leges, in deum peccant, & sic
damnationem acquirunt, quia diuinę ordinationi re
sistunt, si tamen fuerint leges radicatæ in lege æter-
na, ex qua habent quod iustæ sunt. Non est autē lex
si iusta non fuerit, teste Augustino. Quapropter leges
iniustæ non obligant in foro conscientiæ, nisi forte
propter vitandum scandalum, vel turbationem, pro
pter quod etiam homo iuri suo cedere debet, iuxta il
lud Matthæi: Qui abstulerit tibi tunicam, da ei & pal
Matth. 5 lium. Quod tamen non est faciendum quando iniu-
sta lex contrariatur diuinæ legi, inducens ad pecca-
Actu. 5 tum: quia obedire oportet deo magis quàm homini
bus. Peccat aūt in deum quis (relinquēdo legem) mul
tis motiuis. Primo contemnendo authorem legis, vl'
superiorem, qui contēptus grauior est q̄ contempt⁹
contra legem, cum quo mitius agitur, q̄ cum legis mi
nistri contemptore secundum Iura. Secundo contē-
nendo legem vel statuta, quia scilicet nō vult subijci
legi cui est astrictus, & ex hoc procedit agendo con-
tra legem. Talis operatur contra legem proprie ex
contemptu. Tertio ex ignorantia, vel negligentia,
vel ira, vel concupiscentia, & similibus. Nota, si quis
ex quacunq; causa transgreditur legem, vel statuta,
& habet animum continuandi transgressionem, hic
dicitur peccare ex contemptu interpretatiuo.
Simile est de illo qui ex consuetudine peccat, nō cu
rans se emendare. Apparet enim in illis quòd nō cu
rant legem, nec volunt eidem subijci, sed contēnunt
licet non verbo, tamen facto. Secus est de illis qui fre
quenter delinquūt contra statuta, sed semper se emē

dare proponūt & dolent. Contemptus est peccatum mortale, & laqueus magnus religiosis dissolutis & in deuotis. Peccare etiam in tria substantialia religiosorum, quorum obedientiam explicite, castitatem & paupertatem implicite profitemur, & peccare contra præcepta, semper est mortale peccatum. Vos vero dilecti & sanctificati (qui meditamini legem dñi die ac nocte, qui propter bonam & deuotam voluntatem, iam non estis sub lege, inquantum cogit & punit, secundum quod dicit Apostolus: iusto nō est lex posita, quamquam sitis sub lege vos dirigente, imò sitis ipsa lex, propter conformitatem voluntatis ad le legem quam zelatis) Vos inquam, gaudete, quia estis in statu in quo rarius peccabitis, & cæteris paribus, leuius si ex infirmitate cecideritis, & non contra vota, nec cum scandalo peccaueritis, sed cauete ab omni contemptu, maxime superiorum vestrorum. Ille contemptus excæcat, vt etiam contemnendo & contraueniendo se putent obsequium præstare deo. Idcirco socios ad se trahere nituntur, mentiendo, detrahendo, temerarie iudicando, & superiorum fautores & obedientiarios turbando & persequendo. Attendite ducem & præceptorem nostrum Iesum, qui se potestatibus subdidit & legibus, ac seruitoribus eorum. A Pilato sententiam accepit. & obediuit. Vestes requisitus exuit, & flagellis se aptauit. Iussus sedit coronādus & illudendus. Impositam crucem, obediēs portauit. Postulatus manus dedit & pedes, vt affigerentur. Confundatur ergo qui se non subdit sanctissimis statutis & legibus, neq; suis superioribus, cum suus dux, saluator, & dominus se subdidit iniquis iudicibus, atq; humanis legibus.

Psalm. 1

1. Timo. 1

¶ Q̄uō Christi matrisq; eius virtutes imitemur & q̄ deo grata sit quotidiana sacri altaris oblatio. Exhortatio X.

POstquam impleti sunt dies purificationis Mariæ secundum legem Mosi, tulerunt illum in Hierusalem, vt sisterent eum domino. Lucæ 2. His verbis beatus Lucas succincte (duabus commemoratis domini legibus, quarum vna de purificatione puerperæ, altera de oblatione primogeniti sonat) virginem gloriosissimam Mariam vtramq; hodie humillime implesse enarrat. In quibus etiam verbis imitanda nobis proponitur, primo genitricis dei vera obediētia, in eo quod obediuit, etiā tali legi, cui non erat vlla ratione obligata. Merito igitur hoc exemplo instructi, nos obedire prōpte debemus (saluberrima imitatione matris dei) legi, cui veraciter astricti sumus, siue per diuinum præceptum, cui innititur
Roma. 13 omnium superiorum authoritas, eo quod omnis po-
Num. 30 testas à deo est, siue per sponta neam professionem, quæ æque obligat. Vnde dicitur in libro Numerorū: Si quis virorum votum domino vouerit aut se iuramēto cōstrinxerit, non faciet irritum verbum suum sed omnequod promisit implebit, quia vtrumq; est obligatorium, votum tamen magis. Cuius ratio est. Quia obligatio voti causatur ex fidelitate, quā deo debemus. Ad quam requiritur quod ei promissum soluamus. Obligatio autem iuramenti causatur ex reuerētia quam debemus ei, ex qua tenemur, quod verificemus id quod per nomen eius promittimus. Ois autem infidelitas, irreuerentiam continet, sed nō ecōtra. Vnde & infidelitas serui ad dominū, videtur esse maxima irreuerētia ad ipsum. Et ideo votum ex sua ratione magis est obligatorium quàm iuramentum.
Eccles. 5 Et quantum deo displicet votum infidele, ostendit spiritussanctus per Ecclesiasten, dicens: Si quid vouisti deo, ne moreris reddere. Displicet enim ei infidelis & stulta promissio, sed quodcunq; voueris, redde. Dicitur promissio infidelis, quando votum non reddit. Dicitur stulta, quando est de re illicita, vel impossibi

li, vel de re quæ non cedit in honorem dei, vt leuare festucam de terra. Ex prædictis vero manifestum est quod votum obligat ad id quod vouit quis fideliter implendum. Ex qua tamen obligatione felicior efficitur, eo quod opera eius laudabiliora & magis meritoria sunt ex voto, quàm sine voto. Quapropter consulitur in Psalmo: Vouete & reddite. Vouere voluntati consulitur, sed consilium non est nisi de meliori bono. Ergo melius est facere aliquod opus ex voto, quàm sine voto. Quia qui facit sine voto, implet tantum vnum consilium, scilicet de faciendo: qui aũt facit cum voto, implet duo consilia: scilicet vouendo & faciendo. Præterea vouere est actus latriæ (quæ est præcipua inter virtutes morales) nobilioris autem virtutis est opus melius & magis meritorium: ergo actus procedens ex voto est magis meritorius & laudabilior. Vnde etiam actus aliarum virtutum, puta ieiunare, qui est actus abstinentiæ: & continere, qui est actus castitatis, sunt meliora, & magis meritoria si fiant ex voto, quia sic iam pertinet ad diuinum cultum, & sunt actus latriæ, & quasi quædam dei sacrificia. Vnde Augustinus in libro de virginitate dicit, quod neq; ipsa virginitas qa virginitas est, sed quia deo dedicata est, honoratur. Præterea ille qui vouit aliquid & facit, plus se deo subijcit, quàm ille qui solum facit. Subijcit enim se deo, non solum quantum ad actum, sed etiam quantum ad potestatem, quia de cætero non potest aliud facere. Sicut plus daret homini, qui daret ei arborẽ cum fructibus, quàm qui daret ei fructus tantum vt dicit Anselmus in libro de similitudinibus. Ergo opera bona facta ex voto, sunt magis meritoria. Præterea per votum immobiliter voluntas firmatur in bonum. Facere autem aliquid ex voluntate firmata in bono, pertinet ad perfectionem virtutis, ex qua opus redditur perfectum, & magis meritorium, sicut à cõ

Psalm. 75

Augustin.

trario, peccare mente obstinata, aggrauat peccatum. Nec obstat, si interdum homo votum implet cũ tristitia, dum tamen remaneat voluntas votum implendi, quia adhuc (tristitia non obstante) est opus magis meritorium quod fit ex voto, quàm si sine tristitia fieret sine voto: quia impletio voti est actus vel opus religionis, quæ est potior virtus ꝗ alia virtus, puta abstinentia, vel castitas, & similes. Vt tandem reuertamur vnde digressi sumus, merito exemplo beatæ Mariæ, obedire debemus legi ad quam astricti sumus siue diuino præcepto, siue professione, in magnũ meritum nostrum, cum ipsa obtemperauerit legi cui obligata non erat. ¶ Secundo imitanda nobis proponitꝫ pueri Iesu præmatura patientia, in hoc quòd seipsum post dolorissimã circuncisionẽ, publice ad tẽplum tanꝗ peccatorẽ deferri sustinuit. Deponamus charissimi fratres impatientiam nostrã, & intuitu ducis nostri Iesu filij dei, studeamus æquanimiter tristia ferre. Et quæ sunt hęc tristia? Ea quæ imperfect⁹ animus tristia deputat, licet in se tristia non sunt. Puta diuinis laudibus alacriter interesse, officia conuentualia adimplere, ordinẽ seruare. Hæc tristia non sunt amantibus, sed dissolutis mente, & non amantibus. Sicut Apostolus Iohannes de mandatis dei dicit, non esse grauia, scilicet amantibus. Inueniuntur ergo q ad implenda, ꝗ prædixi, inuolutarij sunt & impatientes, immemores professionis suæ. Allegant indispositionem suam, naturalia sua, iuuentutẽ suam, senectutem suam, infirmitatem suam, & similia multa: sed mentitꝫ iniquitas sibi, & nihil hoꝝ est in causa, sed sola immortificata voluntas & excæcata. O si adesset egestas, quanta pateremur, quanta facerem⁹ ad eam depellendam. Ad memoriam redeat sermo beati Augustini, in festo sancti Andreæ, in quo narrat quid patiuntur in scholis pueri, quid milites in bello, qd venatores, qd mercatores. Et nos consideremus

1. Iohan. 5

Psalm. 26

Augustin.

quid agant pauperes sacerdotes, etiã senes, & cæteri ministri ecclesiarum, vt præsentias (vt vocant) acqrãt, quid mechanici per diẽ & penè per noctem (vno in loco sedentes) laboris impendunt, vt pane satientur, quid pauperes circa fores ecclesiarum in frigoribus & ventis patiuntur, vt eleemosynã accipiant. Quid dicam de rusticis & vinitoribus, qui aquam bibunt, & cum pane nucibus vescuntur & pomis, & tamen laborando vocem cantici extollũt in sublime? Hos in iudicio opponet nobis deus, & confundent nos immortificatos, inuolũtarios, & impatientes. Excitemus frates charissimi nosmetipsos ad portandum ea quæ ordinis nostri sunt, suauiter & fortiter vsq ad finem. Optemus etiam viles haberi & peccatores, quia dominus Iesus (à quo longe est omne peccatum) non dedignatus est peccator reputari. Sic & benedicta mater eius, non dedignata est mulier corrupta & peccatrix æstimari & haberi. Hos imitati sunt omnes sancti. Periculosum onus est, in precio & ęstimatione haberi apud homines. Præbet enim incentiuum vanæ gloriæ, & deperdere nititur si quid boni habetur, confusionem etiam maximam parat coram iusto iudice deo, & omnibus sanctis, si secus inuentum fuerit, quàm homines existimarunt. Idcirco omnis sanctus per humilitatis virtutem verissima sui cognitione sibiipsi vilescit, & talem se vilem ab aliis haberi gaudet. Sumus enim ex nobis verissime viles, quod debemus attendere, licet dei dona multa habemus, quæ ipsi soli ascribere debemus. ¶ Tertio imitanda nobis proponitur matris & filii eius, Mariæ sc3 & Iesu, humilitas profunda, in eo qꝫ dña mundi, regina cœli, & mater altissimi, puerũ Iesum regem regum, & dñm dominantium cum oblatione pauperũ in templo pręsentauit, & legem Mosi (cui nec ipsa, nec filius eius subiecti fuerant) studiosissime adimpleuit, Sed de his sit pro nunc suffi- Nota.

cienter dictum. Placet in fine hanc charitati vestrę fratres charissimi facere exhortationem, vt sicut beata Maria p̃fatis & omnibus virtutibus plena (cum nõ sit vna virtus sine omnibus) studiosissime filium suũ Iesum in templo obtulit deo patri, ita diligentissime per præfatas & omnes virtutes (peractis iam & impletis diebus pœnitentiæ & purgationis) vos præparate offerre pro omnibus omium saluatorem Iesum suo & nostro indulgentissimo patri. Ad hoc quippe vocati estis, & instituti, atq; ordinati in ecclesia dei. Implete ergo fratres officium vestrum, ne reatus tantæ negligentię vobis imputetur, & pœna. Deus enim expectat ex oblatione hostię sacri altaris (cuius estis ministri) gloriam, angeli lætitiam, homines gratiam purgatorium liberationem. Vnde dicit venerabilis Beda: Qui absq; peccato mortali est, & in bono proposito (quales nos tenemur esse) si non celebrat cum habuerit copiam celebrandi, quantum in eo est, totã trinitatem priuat gloria, & angelos in cœlesti Hierusalem manentes lætitia, homines in terra degentes beneficio & gratia, & animas in purgatorio degentes patrocinio & venia.

Beda.

¶ Quid beata Maria post partum vsque ad purificationis tempus egerit, & quo modo eius humilitatem, fidem contẽplationẽq; imitemur. Exhor. XI.

POstquam impleti sunt dies purgationis Marię tulerunt Iesum in Hierusalem, Lucæ secundo. Libet percunctari charissimi, quid in diebus (qui hic narrãtur impleti) beata Maria in præsentia domini Iesu filij sui, summi dei atq; solius, extra quẽ (teste Isaia) non est saluator, egerit. Non est modica res in præsentia diuinæ maiestatis, tot diebus quot à natiuitate domini vsq; in hodiernam diem fluxe-

Isaiæ. 43

runt, digne conuersari, deum manibus contractare, nutrire, ligare, & alia (quę humana natura mortalis officia requirit) impendere. Si famuli coram domino vel superiore suo cum tremore assistunt, qua solicitudine & reuerentia oportet purum hominem assistere deo? Dicam quæ videntur mihi vera & digne sentienda, vos fratres digniora inuestigate. Videtur itaque mihi, quod beatissima dei genitrix in verissima se humilitate, in oculis infallibilis veritatis, in carne (ex se sumpta) coram se apparentis, & intus totam animę suæ regionem inspectantis exercitauerit. Metiebatur semetipsam, quæ & qualis esset in seipsa, & se vilem reputabat: & ad gratias & dona diuina sibi data, se indignam cognoscebat. Mirabatur diuinam largitatem & dignitatem, & electionem sibi præ cæteris fœminis præstitam. Hoc claret in cantico suo, vbi ait: Respexit humilitatem ancillæ suæ, quasi diceret. Mirum est, quod talem personam, vilem & indignam, respicere dignatus sit, dando talia dona & gratias, & dei genitricem efficiendo. Agnouit haud dubium dona sibi præstita, alias non potuisset fuisse grata: sed illa eam non inflatam, sed humiliorem reddiderunt. Quia quanto potiora dona, tanto in comparatione suiipsius ad illa sibiipsi vilior atque indignior innotuit: quia semper opposita iuxta se posita magis elucescunt. Dona dei sunt preciosa, vilitati contraria, quæ comparata magis elucescunt. Sic omnes beati, clarissime dei in se dona contemplantes, non elati sed humiliores existunt. Quando vero beata Maria recordabatur se electam in matrem dei, & post conceptum supernaturalem, iam filium dei peperisse, ad quod requirebantur magnę gratiæ, vt dei mater ornaretur propter honorem talis filii, & gloriam dei (secundum quod Gabriel ei in salutatione annuntiauerat, dicens: Aue gratia plena) illa tamen semper quid præter gratias dei in se erat considerabat, atque dicebat: Respexit dominus humi Lucæ 1.

fuit ad erigendam spem nostram, quàm vt demonstraretur nobis, quantum diligeret nos deus. Quid vero huius rei iusto iudicio manifestius, quàm vt dei filius naturæ nostræ dignatus est inire consortium? Item si amare pigebat, saltem reamare non pigeat. Ex consideratione igitur dilectionis dei ad nos, quam contemplabatur pia mater Iesu ex incarnatione dei in se facta, exarsit in amorem, & castissimam voluptatem dei, prorumpens in laudem eius dicēs:

Lucæ 1 Magnificat anima mea dominum, & exultauit spiritus meus in deo salutari meo, & sanctum nomen ei⁹. Non eam pigebat reamare. Per incarnationem quippe filij dei, factus est nobis deus totus amabilis & desiderabilis. Quis dulcedinem domini, & amorem ei⁹ ad nos digne pensabit? Videbat Maria filium ex se virgine natum, videbat infantem, quem contemplabatur verbum dei incommutabile in excelsis. Videbat constrictum fasciolis quasi impotentem, quē sciebat deum omnipotentem. Videbat lachrymantē quasi contristatum, quem agnouit gaudium angelorum. Et ne in longum transeamus, inter hæc atq; similia, intrauit innocens anima Mariæ in intima filij considerans omnia mysteria redemptionis nostræ, & arcana diuinitatis perfectius & lucidius quàm omnes prophetæ vel apostoli, vel alij sancti, vel contemplatiui.

Damasce. Quia iuxta sententiam Iohannis Damasceni, à nullo illustrium vincitur. Hoc plane saluberrimo & suauissimo pascebatur continue in Bethlehē manens in Christo, & Christus in ea, donec offerret eum in Hierusalem. Nunc fratres nos oēs in Bethlehem, id est in hac domo, (vbi est panis vitæ cœlestis, imitemur beatam matrem domini Mariam, & exerceamus nos coram humili puero Iesu in vera humilitate. Bona si quæ sunt in nobis naturalia & gratuita, domino deputemus. Non tamen maiora dona nos habere arbitremur, quàm in veritate sunt. Defe-

ctus vero & peccata nobisipsis deputemus, vt vera nostri cognitione nobisipsis vilescamus, & ex consideratione donorum dei, non preciosiores, sed viliores nobis innotescamus, tanquam talibus donis indigni & ingrati. In comparatione vero nostra ad cõfratres nostros, cæterosq; homines, non consideremus eorum defectus atq; peccata, sed dona dei, & eorum bona opera ac merita, vt meliores fiant in æstimatione nostra, in comparatiõe ad defectus nostros quatenus implere valeamus monitionem Apostoli, qua ait: In humilitate superiores sibijnuicem arbitrãtes. Veri enim humiles semetipsos iudicant alijs inferiores. Beatus Augustinus sentit, quod in comparatione boni occulti alterius ad bonum nostrum apertum, debemus alium nobis superiorem arbitrari. Vnde dicit: Vere hoc æstimãdum, quia potest esse in alio aliquid occultum, quo superior sit, etiam si bonum nostrum quo illo videmur superiores esse, non sit occultum. Vere magna virtus animi est humilitas, qua iuxta sanctum Bernardum, non vult humilis videri, sed vilis haberi. Tales ad iudicium infallibilis veritatis glorificandus, & ab omnibus laudandus accedet. Qui vero se aliquid esse existimauerit, cum nihil sit, cõfundetur. Et erit maxima confusio: Hæc virtus ambitionem, iram, lites, indignatiõem, inuidiam, odium, dissensiones, & cætera vitia fugat. In hac igitur matrẽ Iesu humillime imitemur. Exerceamus etiam nos in his quæ fidei sunt, meditantes die ac nocte ea quæ in sanctis scripturis de domino Iesu scripta sunt, & conferamus prophetias ad euangelia. Hoc quippe iucundissimum ac saluberrimum est. Illuminatur enim intellectus per hoc, lumine & agnitione veritatis saluberrima. Affectus vero ex ostenso amabili, felicissimo gaudio iucundatur. Quia quod intellectus apprehendit vt verum, hoc effectus recipit vt bonũ. Istud verum & bonum in scripturis expressum, est

Philipp.2

August.

Bernard.

dominus Iesus Christus, deus & saluator noster, a peccatis nos suo sanguine abluens, ab inferno nos e-ruēs, ad cœlos nos introducēs. O quàm desiderabilis est nobis miseris propter hæc, & q̄ in seipso amabilis: Huic merito debetur cordis plena iubilatio. Hinc ab
Galat. 5 Apostolo, fides etiã inter fructus deputať spũs, quan do sc3 exercitata in intellectu, & eodem illuminato & clarificato per quandam eius, sc3 fidei, certitudi-nem, affectui saporem præstat. Exemplum vnum hu
Lucæ 2 ius exercitij. Dicit euangelium: Tulerunt Iesum in
Psalm. 147 Hierusalem. Dicit propheta: Suscepimus deus miseri
Iohan. 19 cordiam tuam in medio templi tui. Item aliud: Dicũt
Psalm. 21 euangelia Christum crucifixum. Dicit propheta: Fo-derunt manus meas, & pedes meos. Et similia sunt multa. Sic imitemur beatam Mariam, quæ confere-bat omnia in corde suo, vt supra expressimus. Vace-mus etiam contemplationi, vt amemus contempla-tum secundum formam superius expressam, matrem domini in hoc imitantes, pane cœlesti nos pascentes, Christo domino nos per fidem, spem & charitatem incorporantes, vt tandem expletis diebus purgatiõis nostræ, à Bethlehem, id est, domo hac panis, felici trã situ, Iesum quem manibus gestamus, scilicet lucida exemplari vita (quòd totum candela accensa im-missa manibus portanda designat) in Hierusa-lem cœlestem ferre & sistere domino valeamus. Vbi cum ipso & pia matre eius gaudebimus in visione pa cis perpetuæ.

¶ Historiæ euangelicæ hodiernæ diei tro pologia, & quæ peccata sint omnium grauissima. Exhortatio XII.

ECce homo erat in Hierusalem cui nomen Si-meon, & homo iste iustus & timoratus, expe-ctans consolationem Israel. Lucæ 2. Præsen-tationẽ pueri Iesu in templo festiue hodie recolimus

In qua p̄sentatione occurrit, & inter brachia sua re-
cipit vir sanct⁹ dn̄m Iesum cū gaudio magno. Vtinā
nos fratres eundē saluatorē nostrū Iesum brachijs 1.Cor.3
geminę charitatis in tēplo dei (quod sumus nos) qua-
si in medio cordis nostri recipere mereamur. Quod
vt annuat nobis, simus Simeon. Simeon in libro Ge- Genesi. 29
nesios interpretat audiens. Simus ergo audiētes, legē
sc3 dei, non in strepitu verborū, sed impletione præ-
ceptorum, iuxta illud Prouerb. Qui custodit legē, fili- Prouer, 28
us sapiēs est. Ergo qui nō custodit, filius stultus est.
Et talis dicit nō audire. Vn̄ ibidē dicit: Qui declinat
aures suas ne audiat legē, oratio eius erit execrabilis
Ille ergo est audiens, q legē implet. Et talis est homo
hoc est, viuens scd̄m dictamen rectæ rationis. Quia
hois esse est scd̄m rationē esse & viuere. Et nil aliud
exigit omnis lex ab homine. Talis etiā est iustus, tri-
buens vnicuiq;, deo, sibiipsi, & proximo q̊d suū est. Et
timoratus. Quia iuxta venerabilē Bedam, difficulter Beda.
iustitia sine timore custoditur, quo iustus deū quan-
to ardentius diligit, tāto solertius offendere p̄cauet.
Quicunq; talis extiterit, expectat consolationē Isra-
el. Defecerat humanū genus per peccata ab amœni-
tate paradisi terrestris, & à felicitate curiæ cœlestis,
& peruenit ad incolatum miseriæ terrestris. Resta-
bat damnatio ad infelicitatem infernalem. Huic mi-
sero humano generi misertus pater misericordiarum
& deus totius consolationis, consolationem misit (et
specialiter populo suo, de quo humanitatem assume-
re decreuerat) per prophetas redemptionem, æter-
nam quoque salutem (Messia, id est, Christo, medi-
atore) promittendo. Christus dominus est conso-
latio nostra, per quem nobis prouenit æterna beati-
tudo. Hanc consolationem expectabat Simeon & re-
cepit in vlnas suas accipiendo Christum dn̄m. Et ex
hoc dimissus est in pace æternæ beatitudinis, non in
re, sed in spe, sicut innuit Apostolus, ad Rom. scribēs

Spe salui facti sumus. Et nos charissimi fratres con-
Roma. 8 solationem eandem recepimus mente, quia Christū
per fidem venisse certissime credimus & confitemur
Brachiis quoq; geminæ charitatis eundem baiula-
Spes. mus & spe certa ad ęternam beatitudinem tendim⁹.
Spes quippe est certa expectatio futuræ beatitudi-
nis, veniens ex dei gratia, & ex meritis præcedenti-
Roma. 8 bus. Nondum beatitudinem videmus, sed per patien
tiam certissime expectamus. Sed dicet aliquis. Spes
ex gratia & meritis prouenit, sed in hac vita scire p
certitudinem nō possumus, q gratiam habeamus, er
go spes viatorum nō habet certitudinem. Item: Cer
titudo esse non potest de eo q̃d potest deficere, sed
multi viatores, id est, fideles ad beatitudinem tendē
tes, spem habentes, deficiunt à consequutione beati-
tudinis, ergo spes viatorum non habet certitudinem
Vbi sciendum, q certitudo essentialiter inuenitur in
vi cognoscitiua. Participatiue autē inuenitur in omi
eo q̃d à vi cognoscitiua mouetur infallibiliter ad suū
finem. Et sic spes certitudinaliter tendit in suum fi
nem, id est, æternam beatitudinem, quasi participās
certitudinem à fide quæ est in vi cognoscitiua, id est
in intellectu: spes vero est in vi appetitiua, id est, in
voluntate. Sicut ergo fides habet deum pro obiecto,
in quo consistit nostra ęterna beatitudo, & innititur
primæ infallibili veritati: ita spes habet eundem deū
pro obiecto, ad quē tendit, sicut in bonum suum &
æternam beatitudinem, & innititur diuino auxilio
& omnipotentiæ & misericordiæ, per quam (etiam q
gratiam non habet) eam consequi potest, vt sic ad vi
tam æternam perueniat, de qua omnipotentia & mi
sericordia certus est, quicunque fidem habet. Certitu
do ergo spei non est referenda ad ipsam beatitudinē
adipiscendam, neq; ad præsentem gratiam, etiam si
quis certitudinaliter eam nouerit habere, alioqui o-
porteret q quicunq; haberet virtutem spei, certitudi

naliter haberet gratiam,& habiturus esset æternam gloriam,quod multipliciter fallit. Sed certitudo spei refertur ad auxilium diuinũ. Vnde expectatio spei non importat dilationem, qualis est illa quæ pertinet ad longanimitatem, sed importat respectum ad auxilium diuinum,siue differatur id quod speratur, siue non. Cum enim obiectum spei sit bonum futurũ arduum,in infinitum excedens naturam humanam (tamen possibile haberi) oportet ꝙ animus in illud tendens à virtute supernaturali iuuetur, quæ certissime adest tendenti ad beatitudinem (quia deus nulli negat auxilium: sed vult omnes homines saluos fieri) quod si aliqui habentes spem deficiant à consequutione beatitudinis, hoc contingit ex defectu liberi arbitrij,ponentis obstaculum peccati, non autẽ ex defectu diuinæ potẽtię, vel misericordiæ cui spes innititur. Quapropter hoc non prȩiudicat certitudini spei. Spes ergo innitens diuino auxilio, tẽdit principaliter in deum,sicut in æternam beatitudinem. In alia vero re necessaria ad salutem tendit in ordine ad illud principale. Hic oritur quæstio,an liceat sperare in auxilio sanctorum vel homimnum. Ad hanc quæstionem respondetur, ꝙ spes duo respicit. Primo æternam beatitudinem,sicut finem vltimum. Secundo,diuinum auxilium, sicut primam causam inducẽtem ad beatitudinem. Sicut ergo non licet sperare aliquod bonum præter beatitudinem, id est, deum sicut vltimum finem,sed solum sicut id quod est ad finem beatitudinis ordinatum,sicut est aduẽtus Christi Iesu,gratia dei, & similia: ita etiam non licet sperare de aliquo homine, vel de aliqua creatura sicut de prima causa mouente in beatitudinem. Licet autem sperare de aliquo homine vel de aliqua creatura, sicut de agente secundario & instrumentali, per quod aliquis adiuuatur ad quæcunꝗ bona consequenda in beatitudinem ordinata, Et hoc modo ad sanctos

1. Timo, 2

conuertimur, & ab hominibus etiã aliqua petimus. Vnde b. Gregorius in pri. Dialog. dicit, ꝙ prædestinatio iuuatur precibus sanctorum. Ecclesia dei spiritu sancto edocta hoc docet, docuit, & docebit vsq; in finem seculi. Propterea cantamus: Salue regina misericordiæ, vitæ dulcedo, & spes nostra salue. Beatissimã dei genitricem præclarissimam, spem nostrã appellamus, non principalem (q̃ est deus) sed post Christum Iesum saluatorem nostrum, filium suum, secundariã & aduocatam nostram apud deum vltra cæteros sanctos in impetrando efficacissimam. Spes ista quæ principaliter innititur diuino auxilio ad consequendum æternam beatitudinem, donum dei est supernaturale, & virtus theologica, habens deum pro obiecto, & in ipsum tendens habet maximum meritum, quia deum veneratur sicut infinitum & vltimum bonum, & eius misericordiæ innitiť. Qui vero de misericordia dei infinita desperat, deũ maxime inhonorat: qͣ quãtum in ipso est, dei misericordiã in nihilũ ducit. Peccata q̃ opponuntur virtutibus theologicis, sunt secũdum suũ genus grauiora peccatis aliꝭs. Cũ eñ virtutes theologicæ habeant deũ pro obiecto, peccata eis opposita important directe & principaliter auersionem à deo. In q̃libet aũt peccato mortali, principalis ratio mali & grauitas est ex hoc, ꝙ auertit se à deo. Si eñ posset esse conuersio ad bonũ commutabile sine auersione à deo (quãuis esset inordinata) nõ esset peccatũ mortale. Et iõ illud q̃d primo & p se habet auersionem à deo, est grauissimũ peccatũ inter peccata mortalia. Virtutibus aũt theologicis, sc; fidei, spei & charitati, opponunť infidelitas, desperatio, & odiũ dei. Inter q̃ odium & infidelitas, si desperationi cõparentur inueniunť secũdum se q̃dem, i. scd̃m rationẽ propriç speciei grauiora. Infidelitas eñ prouenit ex hoc, ꝙ homo ipsam dei veritatẽ non credit. Odiũ vero dei, ex hoc, ꝙ voluntas hominis ipsi diuinç bonitati con

Prædestinatio. Gregor.

Infidelitas.

trariaẽ.Desperatio aũt ex hoc, ꝙ homo nõ sperat se bonitatẽ dei participare. Ex hoc patet ꝙ infidelitas & odiũ dei sunt contra deũ, scd̃m ꝙ in se est. Desperatio aũt scd̃m ꝙ eius bonũ participaẽ à nobis. Vñ maius peccatũ est (scd̃m se loquẽdo) non credere dei veritatem, vel odire deũ, q̃ non sperare conseq gloriã ab ipso. Sed si cõparetur desperatio ad alia duo peccata ex parte nostra, sic desperatio est periculosior. Quia p spem reuocamur à malis, & introducimur ad bona psequenda. Et ideo sublata spe, irrefrenate homines labunẽ in vitia, & à bonis laboribus retrahuntur. Vñ sup illud Prou. Si desperaueris, lapsus in die angustię, minueẽ fortitudo tua, dicit Glossa. Nihil est execrabilius desperatione, q̃ qui habet, & in gñalibus huius vitæ laboribus, & q̃d peius est, in fide certamine, constantiã pdit. Et Isidorus dicit in lib, de sum. bono: Perpetrare flagitiũ aliq̃d, mors animæ est, sed desperare, est descendere in infernum. Hęc propterea referre volui, vt isto piculoso tẽpore, animæ vestrę fratres euigilent contra peccata infidelitatis & desperationis. Sicut aũt desperatio contrariaẽ spei p defectum, ita p̃sumptio contrariaẽ eidẽ per excessum, in eo ꝙ aliquis sperat se veniam obtinere sine pœnitentia, vel gloriã sine meritis. Et talis p̃sumptio videtur oriri directe ex superbia, ac si ipsi tanti se æstimet, ꝙ etiã eũ peccantẽ deus non puniat, vel à gloria excludat. Et hæc p̃sumptio est proprie species peccati in spm̃ sanctum quia. s. per hmõi pręsumptionẽ tollitur vel contẽniẽ adiutoriũ spũs sancti, p q̃d homo reuocatur à peccato, de qua in Eccl. dicię: O p̃sumptio pessima, vñ creata es? Ois q̃cq̧ motus appetitiuus q conformiter se habet ad intellectũ falsum, scd̃m se malus est & pc̃m̃. Præsumptio aũt est motus appetitiuus, qa importat quandã spẽ inordinatã. Habet aũt se cõformiter intellectui falso, sicut & desperatio. Sicut eñ̃ falsum est, ꝙ deus pœnitẽtibus nõ indulgeat, vel

Proue. 14

Isidorus.

Ecclesi. 37

Præsumptio.

cienter dictum. Placet in fine hanc charitati vestrę fratres charissimi facere exhortationem, vt sicut beata Maria pfatis & omnibus virtutibus plena (cum nō sit vna virtus sine omnibus) studiosissime filium suū Iesum in templo obtulit deo patri, ita diligentissime per præfatas & omnes virtutes (peractis iam & impletis diebus pœnitentiæ & purgationis) vos præparate offerre pro omnibus omium saluatorem Iesum suo & nostro indulgentissimo patri. Ad hoc quippe vocati estis, & instituti, atq; ordinati in ecclesia dei. Implete ergo fratres officium vestrum, ne reatus tantæ negligentię vobis imputetur, & pœna. Deus enim expectat ex oblatione hostię sacri altaris (cuius estis ministri) gloriam, angeli lætitiam, homines gratiam purgatorium liberationem. Vnde dicit venerabilis Beda: Qui absq; peccato mortali est, & in bono proposito (quales nos tenemur esse) si non celebrat cum habuerit copiam celebrandi, quantum in eo est, totā trinitatem priuat gloria, & angelos in cœlesti Hierusalem manentes lætitia, homines in terra degentes beneficio & gratia, & animas in purgatorio degentes patrocinio & venia.

Beda.

¶Quid beata Maria post partum vsque ad purificationis tempus egerit, & quo modo eius humilitatem, fidem contēplationēq; imitemur. Exhor. XI.

POstquam impleti sunt dies purgationis Marię tulerunt Iesum in Hierusalem, Lucæ secundo. Libet percunctari charissimi, quid in diebus (qui hic narrātur impleti) beata Maria in præsentia domini Iesu filij sui, summi dei atq; solius, extra quē (teste Isaia) non est saluator, egerit. Non est modica res in præsentia diuinæ maiestatis, tot diebus quot à natiuitate domini vsq; in hodiernam diem fluxe

Isaiæ. 43

runt, digne conuersari, deum manibus contractare, nutrire, ligare, & alia (quę humana natura mortalis officia requirit) impendere. Si famuli coram domino vel superiore suo cum tremore assistunt, qua solicitudine & reuerentia oportet purum hominem assistere deo? Dicam quæ videntur mihi vera & digne sentiẽda, vos fratres digniora inuestigate. Videtur itaque mihi, ꝙ beatissima dei genitrix in verissima se humilitate, in oculis infallibilis veritatis, in carne (ex se sumpta) coram se apparentis, & intus totam aię suæ regionem inspectantis exercitauerit. Metiebatur semetipsam, quæ & qualis esset in seipsa, & se vilem reputabat: & ad gratias & dona diuina sibi data, se indignam cognoscebat. Mirabatur diuinam largitatẽ & dignitatem, & electionem sibi præ cæteris fœminis præstitam. Hoc claret in cantico suo, vbi ait: Respexit humilitatem ancillæ suæ, quasi diceret. Mirũ est, ꝙ talem personam, vilem & indignam, respicere dignatus sit, dando talia dona & gratias, & dei genitricem efficiendo. Agnouit haud dubium dona sibi præstita, alias non potuisset fuisse grata: sed illa eam non inflatam, sed humiliorem reddiderũt. Quia quãto potiora dona, tanto in comparatione suipsius ad illa sibiipsi vilior atq; indignior innotuit: quia semꝑ opposita iuxta se posita magis elucescunt. Dona dei sunt preciosa, vilitati contraria, quæ comparata magis elucescũt. Sic omnes beati, clarissime dei in se dona contemplantes, non elati sed humiliores existũt. Quando vero beata Maria recordabatur se electam in matrem dei, & post conceptum supernaturalem, iam filiũ dei peperisse, ad quod requirebantur magnę gratiæ, vt dei mater ornaretur propter honorem talis filii, & gloriam dei (secundum quod Gabriel ei in salutatione annuntiauerat, dicẽs: Aue gratia plena) illa tamen semper quid præter gratias dei in se erat considerabat, atq; dicebat: Respexit dominus humi- Lucæ 1.

sitatem ancillæ suæ. Et sic non seipsam, sed dominũ magnificabat. Eapropter permaxime domino ipsa placebat, & ab eo sublimabatur iuxta sententiam quã
Lucæ, 18. filius eius postea docuit, dicens: Qui se humiliat, exaltabitur. Nec solum apud semetipsam beata dei genitrix vilis apparuit, sed etiam apud cæteros talis haberi voluit. Quapropter licet ex partu debilis effe cta non fuerat, nec ad legis Mosaicæ obseruantiam astricta fuerat, tamen in Bethlehem (sub metu Hero dis) donec dies purgationis secundum legem Mosi implerentur, perseuerauit, vt ab omnibus hominibus crederetur mulier corrupta, peccatrix & immunda, & legi obnoxia vna cum filio suo. Ecce humilis Iesus habet humilẽ matrem, habet humiles fratres in cœlo, vbi superbia non habet vllum locum, habere vult in terris humiles discipulos, dicens scholaribus suis:
Marc. 11 Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Secundo exercebat se mater Iesu in his quæ sunt fidei. Vnde ea quæ fiebant circa suum filium, in corde recondebat, & apud prophetias conferebat, vt patet apud Lucam, vbi dicitur: Mater eius conseruabat omnia
Lucæ 2 verba hæc in corde suo. Et supra in eodem cap. Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo, vbi dicit glosa, quia prudenter attendebat quomodo prophetiæ implebantur in puero nato. Et ista collatio erat ei valde delectabilis, & toti ecclesię
Hierony. valde vtilis. Quia secundum quod dicit Hiero. in ser. de assumptione beatæ virginis, ipsa post ascensionem filij sui, remansit ad tẽpus in terris cũ Apostolis, vt eos plenius instrueret de verbo incarnato, de quo erat plenius edocta per spiritũ sanctũ, & oĩa familiarius viderat & tractauerat, propter quod melius exprimere po
Ambrosi. terat, iuxta quod dicit idẽ Hiero. Quod melius nouimus melius & proferimus. Itẽ de eodẽ dicit Ambr. Maria non minus ore pudica quàm corde, secreta quæ nouerat, nulli diuulgat, sed tacito cordę scrutans, congruum tem

pus quo hæc deus vulgari velit, reuerenter expectat conferens ea quæ viderat circa se acta, & quæ legerat in scripturis agenda. Ei dictũ erat ab angelo: Ecce concipies in vtero, & paries filium. Prædixit Isaias: Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Videbat se de stirpe Dauid ortam, in Nazareth de spiritu sancto concepisse, in Bethlehem peperisse, quorũ oĩm testimonia in diuersis prophetis legerat. Hæc Ambro. Itẽ videbat prophetias incipere impleri, qñ ductu syderis Magi gentiles Messiam quærere, inuenire, adorare, & offerre eidem munera contemplabat. Ex his & similibus, fide exercitata, & q̃tidie actuata, & innouata, & illustrata, ex præteritorũ atq; præsentiũ credendorũ exhibitione, ipsa dei genitrix de futurorũ (q̃ per prophetas p̃dicta fuerant) certificata impletione, iterũ atq; iterũ decantare poterat, sicuti ante coram Elisabeth cecinerat: Suscepit Israel puerũ suũ, recordatus misericordiæ suæ, sicut loquutus est ad patres nostros Abrahã & semini eius in secula. Hęc est fides in mediatorẽ dei & hoĩm Christum Iesum, sine qua nemo videbit deũ. Tertio humilis Maria & fide illuminatissima, de die in diem exercebat se in iucundissima filij sui contemplatione. Contemplatio vero fit propter amorem contemplati. Ex contemplatione vero veritatis & amore bonitatis oritur delectatio & gaudium. Ex quibus egreditur laus, hæc est alleluia. Contemplabatur igitur mater Iesu in filio omnipotentem dei potestatem, infallibilem veritatem, infinitam bonitatem, dulcedinem & charitatem. Et hanc præcipue. Vnde Augustinus. Quæ maior est causa aduentus domini, nisi vt ostenderet deus dilectionem suam in nobis? Et hoc dixit dñs Iesus apud Iohan. Sic deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, & cæter. Et in Apocalypsi: Qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Item Augustinus; Nihil tam necessarium

Lucæ 1. Isaiæ 7 Lucæ 2 Matthæ. 2 Lucæ 1 August. Iohann. 3 Apocal. 1 August.

fuit ad erigendam spem nostram, quàm vt demonstraretur nobis, quantum diligeret nos deus. Quid vero huius rei iusto iudicio manifestius, quàm vt dei filius naturæ nostræ dignatus est inire consortium? Item si amare pigebat, saltem reamare non pige at. Ex consideratione igitur dilectionis dei ad nos, quam contemplabatur pia mater Iesu ex incarnatio ne dei in se facta, exarsit in amorem, & castissimam voluptatem dei, prorumpens in laudem eius dicẽs:

Lucæ 1 Magnificat anima mea dominum, & exultauit spiri tus meus in deo salutari meo, & sanctum nomen ei⁹. Non eam pigebat reamare. Per incarnationem quip pe filij dei, factus est nobis deus totus amabilis & de siderabilis. Quis dulcedinem domini, & amorem ei⁹ ad nos digne pensabit? Videbat Maria filium ex se virgine natum, videbat infantem, quem contemplabatur verbum dei incommutabile in exelsis. Videbat constrictum fasciolis quasi impotentem, quẽ sciebat deum omnipotentem. Videbat lachrymantẽ quasi contristatum, quem agnouit gaudium angelo rum. Et ne in longum transeamus, inter hæc atq; si milia, intrauit innocens anima Mariæ in intima filij considerans omnia mysteria redemptionis nostræ, & arcana diuinitatis perfectius & lucidius quàm omnes prophetæ vel apostoli, vel alij sancti, vel con

Damasce. templatiui. Quia iuxta sententiam Iohannis Damasceni, à nullo illustrium vincitur. Hoc plane saluberrimo & suauissimo pascebatur centinue in Bethlehẽ manens in Christo, & Christus in ea, donec offerret eum in Hierusalem. Nunc fratres nos oẽs in Bethlehem, id est in hac domo, vbi est panis vitæ cœlestis, imitemur beatam matrem domini Mariam, & exerceamus nos coram humili puero Iesu in vera hu militate. Bona si quæ sunt in nobis naturalia & gratuita, domino deputemus. Non tamen maiora dona nos habere arbitremur, quàm in veritate sunt. Defe

ctus vero & peccata nobisipsis deputemus, vt vera nostri cognitione nobisipsis vilescamus, & ex consideratione donorum dei, non precios(i)ores, sed viliores nobis innotescamus, tanquam talibus donis indigni & ingrati. In comparatione vero nostra ad cõfratres nostros, cæterosq; homines, non consideremus eorum defectus atq; peccata, sed dona dei, & eorum bona opera ac merita, vt meliores fiant in æstimatione nostra, in comparatiõe ad defectus nostros quatenus implere valeamus monitionem Apostoli, qua ait: In humilitate superiores sibijnuicem arbitrãtes. Veri enim humiles semetipsos iudicant alijs inferiores. Beatus Augustinus sentit, q in comparatione boni occulti alterius ad bonum nostrum apertum, debemus alium nobis superiorem arbitrari. Vnde dicit: Vere hoc æstimãdum, quia potest esse in alio aliquid occultum, quo superior sit, etiam si bonum nostrum quo illo videmur superiores esse, non sit occultum. Vere magna virtus animi est humilitas, qua iuxta sanctum Bernardum, non vult humilis videri, sed vilis haberi. Tales ad iudicium infallibilis veritatis glorificandus, & ab omnibus laudandus accedet. Qui vero se aliquid esse existimauerit, cum nihil sit, cõfundetur. Et erit maxima confusio: Hæc virtus ambitionem, iram, lites, indignatiõem, inuidiam, odium, dissensiones, & cætera vitia fugat. In hac igitur matrẽ Iesu humillime imitemur. Exerceamus etiam nos in his quæ fidei sunt, meditantes die ac nocte ea quæ in sanctis scripturis de domino Iesu scripta sunt, & conferamus prophetias ad euangelia. Hoc quippe iucundissimum ac saluberrimum est. Illuminatur enim intellectus per hoc, lumine & agnitione veritatis saluberrima. Affectus vero ex ostenso amabili, felicissimo gaudio iucundatur. Quia quod intellectus apprehendit vt verum, hoc effectus recipit vt bonũ. Istud verum & bonum in scripturis expressum, est

Philipp. 2

August.

Bernard.

dominus Iesus Christus, deus & saluator noster, a peccatis nos suo sanguine abluens, ab inferno nos eruēs, ad cœlos nos introducēs. O quàm desiderabilis est nobis miseris propter hæc, & q̃ in seipso amabilis. Huic merito debetur cordis plena iubilatio. Hinc ab Apostolo, fides etiā inter fructus deputat spūs, quando sc3 exercitata in intellectu, & eodem illuminato & clarificato per quandam eius, sc3 fidei, certitudinem, affectui saporem præstat. Exemplum vnum huius exercitij. Dicit euangelium: Tulerunt Iesum in Hierusalem, Dicit propheta: Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui. Item aliud: Dicūt euangelia Christum crucifixum. Dicit propheta: Foderunt manus meas, & pedes meos. Et similia sunt multa. Sic imitemur beatam Mariam, quæ conferebat omnia in corde suo, vt supra expressimus. Vacemus etiam contemplationi, vt amemus contemplatum secundum formam superius expressam, matrem domini in hoc imitantes, pane cœlesti nos pascentes, Christo domino nos per fidem, spem & charitatem incorporantes, vt tandem expletis diebus purgatiōis nostræ, à Bethlehem, id est, domo hac panis, felici trāsitu, Iesum quem manibus gestamus, scilicet lucida exemplari vita (quod totum candela accensa immissa manibus portanda designat) in Hierusalem cœlestem ferre & sistere domino valeamus. Vbi cum ipso & pia matre eius gaudebimus in visione pacis perpetuæ.

Galat. 5 · Lucæ 2 · Psalm. 147 · Iohan. 19 · Psalm. 21

¶ Historiæ euangelicæ hodiernæ diei tropologia, & quæ peccata sint omnium grauissima. Exhortatio XII.

ECce homo erat in Hierusalem cui nomen Simeon, & homo iste iustus & timoratus, expectans consolationem Israel. Lucæ 2. Præsentationē pueri Iesu in templo festiue hodie recolimus

In qua ꝑsentatione occurrit, & inter brachia sua recipit vir sanct⁹ dn̄m Iesum cū gaudio magno. Vtinā nos fratres eundē saluatorē nostrū Iesum brachijs geminę charitatis in tēplo dei (quod sumus nos) quasi in medio cordis nostri recipere mereamur. Quod vt annuat nobis, simus Simeon. Simeon in libro Genesios interpretatꝰ audiens. Simus ergo audiētes, legē sc3 dei, non in strepitu verboꝝ, sed impletione præceptorum, iuxta illud Prouerb. Qui custodit legē, filius sapiēs est. Ergo qui nō custodit, filius stultus est. Et talis dicitꝰ nō audire. Vn̄ ibidē dicitꝰ: Qui declinat aures suas ne audiat legē, oratio eius erit execrabilis Ille ergo est audiens, q legē implet. Et talis est homo hoc est, viuens scd̄m dictamen rectæ rationis. Quia hoīs esse est scd̄m rationē esse & viuere. Et nil aliud exigit omnis lex ab homine. Talis etiā est iustus, tribuens vnicuiq; deo, sibijpsi, & proximo q̊d suū est. Et timoratus. Quia iuxta venerabilē Bedam, difficulter iustitia sine timore custoditur, quo iustus deū quanto ardentius diligit, tāto solertius offendere ꝑcauet. Quicunq; talis extiterit, expectat consolationē Israel. Defecerat humanū genus per peccata ab amœnitate paradisi terrestris, & à felicitate curiæ cœlestis, & peruenit ad incolatum miseriæ terrestris. Restabat damnatio ad infelicitatem infernalem. Huic misero humano generi misertus pater misericordiarum & deus totius consolationis, consolationem misit (et specialiter populo suo, de quo humanitatem assumere decreuerat) per prophetas redemptionem, æternam quoque salutem (Messia, id est, Christo, mediatore) promittendo. Christus dominus est consolatio nostra, per quem nobis prouenit æterna beatitudo. Hanc consolationem expectabat Simeon & recepit in vlnas suas accipiendo Christum dn̄m. Et ex hoc dimissus est in pace æternæ beatitudinis, non in re, sed in spe, sicut innuit Apostolus, ad Rom. scribēs

1. Cor. 3
Genes. 29
Prouer. 28
Beda.

Roma. 8 Spe salui facti sumus. Et nos charissimi fratres consolationem eandem recepimus mente, quia Christũ per fidem venisse certissime credimus & confitemur Brachijs quoq; geminæ charitatis eundem baiulamus & spe certa ad ęternam beatitudinem tendim⁹.

Spes. Spes quippe est certa expectatio futuræ beatitudinis, veniens ex dei gratia, & ex meritis præcedentibus. Nondum beatitudinem videmus, sed per patien-

Roma. 8 tiam certissime expectamus. Sed dicet aliquis. Spes ex gratia & meritis prouenit, sed in hac vita scire p certitudinem nõ possumus, ꝙ gratiam habeamus, ergo spes viatorum nõ habet certitudinem. Item: Certitudo esse non potest de eo q̃d potest deficere, sed multi viatores, id est, fideles ad beatitudinem tendẽtes, spem habentes, deficiunt à consequutione beatitudinis, ergo spes viatorum non habet certitudinem Vbi sciendum, ꝙ certitudo essentialiter inuenitur in vi cognoscitiua. Participatiue autẽ inuenitur in omi eo q̃d à vi cognoscitiua mouetur infallibiliter ad suũ finem. Et sic spes certitudinaliter tendit in suum finem, id est, æternam beatitudinem, quasi participãs certitudinem à fide quæ est in vi cognoscitiua, id est in intellectu: spes vero est in vi appetitiua, id est, in voluntate. Sicut ergo fides habet deum pro obiecto, in quo consistit nostra ęterna beatitudo, & innititur primæ infallibili veritati: ita spes habet eundem deũ pro obiecto, ad quẽ tendit, sicut in bonum suum & æternam beatitudinem, & innititur diuino auxilio & omnipotentiæ & misericordiæ, per quam (etiam q gratiam non habet) eam consequi potest, vt sic ad vitam æternam perueniat, de qua omnipotentia & misericordia certus est, quicunque fidem habet. Certitudo ergo spei non est referenda ad ipsam beatitudinẽ adipiscendam, neq; ad præsentem gratiam, etiam si quis certitudinaliter eam nouerit habere, alioqui oporteret ꝙ quicunq; haberet virtutem spei, certitudi-

naliter haberet gratiam, & habiturus esset æternam gloriam, quod multipliciter fallit. Sed certitudo spei refertur ad auxilium diuinũ. Vnde expectatio spei non importat dilationem, qualis est illa quæ pertinet ad longanimitatem, sed importat respectum ad auxilium diuinum, siue differatur id quod speratur, siue non. Cum enim obiectum spei sit bonum futurũ arduum, in infinitum excedens naturam humanam (tamen possibile haberi) oportet q animus in illud tendens à virtute supernaturali iuuetur, quæ certissime adest tendenti ad beatitudinem (quia deus nulli negat auxilium: sed vult omnes homines saluos fieri) quòd si aliqui habentes spem deficiant à consequutione beatitudinis, hoc contingit ex defectu liberi arbitrij, ponentis obstaculum peccati, non autẽ ex defectu diuinæ potẽtię, vel misericordiæ cui spes innititur. Quapropter hoc non prȩiudicat certitudini spei. Spes ergo innitens diuino auxilio, tẽdit principaliter in deum, sicut in æternam beatitudinem. In alia vero re necessaria ad salutem tendit in ordine ad illud principale. Hic oritur quæstio, an liceat sperare in auxilio sanctorum vel hominum. Ad hanc quæstionem respondetur, q spes duo respicit. Primo æternam beatitudinem, sicut finem vltimum. Secundo, diuinum auxilium, sicut primam causam inducẽtem ad beatitudinem. Sicut ergo non licet sperare aliquod bonum præter beatitudinem, id est, deum sicut vltimum finem, sed solum sicut id quod est ad finem beatitudinis ordinatum, sicut est aduẽtus Christi Iesu, gratia dei, & similia: ita etiam non licet sperare de aliquo homine, vel de aliqua creatura sicut de prima causa mouente in beatitudinem. Licet autem sperare de aliquo homine vel de aliqua creatura, sicut de agente secundario & instrumentali, per quod aliquis adiuuatur ad quæcunq; bona consequenda in beatitudinem ordinata. Et hoc modo ad sanctos 1. Timo. 2

conuertimur, & ab hominibus etiã aliqua petimus.

Prædestinatio. Gregor.

Vnde b. Gregorius in pri. Dialog. dicit, ꝙ prædestinatio iuuatur precibus sanctorum. Ecclesia dei spiritu sancto edocta hoc docet, docuit, & docebit vsq; in finem seculi. Propterea cantamus: Salue regina misericordiæ, vitæ dulcedo, & spes nostra salue. Beatissimã dei genitricem præclarissimam, spem nostrã appellamus, non principalem (q̃ est deus) sed post Christum Iesum saluatorem nostrum, filium suum, secundariã & aduocatam nostram apud deum vltra cæteros sanctos in impetrando efficacissimam. Spes ista quæ principaliter innititur diuino auxilio ad consequendum æternam beatitudinem, donum dei est supernaturale, & virtus theologica, habens deum pro obiecto, & in ipsum tendens habet maximum meritum, quia deum veneratur sicut infinitum & vltimum bonum, & eius misericordiæ innitit. Qui vero de misericordia dei infinita desperat, deũ maxime inhonorat: q̃a quãtum in ipso est, dei misericordiã in nihilũ ducit. Peccata q̃ opponuntur virtutibus theologicis, sunt secũdum suũ genus grauiora peccatis aliis. Cũ em̃ virtutes theologicæ habeant deũ pro obiecto, peccata eis opposita important directe & principaliter auersionem à deo. In q̃libet aũt peccato mortali, principalis ratio mali & grauitas est ex hoc, ꝙ auertit se à deo. Si em̃ posset esse conuersio ad bonũ commutabile sine auersione à deo (quãuis esset inordinata) nõ esset peccatũ mortale. Et iõ illud q̃d primo & ꝑ se habet auersionem à deo, est grauissimũ peccatũ inter peccata mortalia. Virtutibus aũt theologicis, sc; fidei, spei & charitati, opponunt infidelitas, desperatio, & odiũ dei. Inter q̃ odium & infidelitas, si desperationi cõparentur inuenient secũdum se q̃dem, i. scd̃m rationẽ propriç speciei grauiora.

Infidelitas.

Infidelitas em̃ prouenit ex hoc, ꝙ homo ipsam dei veritatẽ non credit, Odiũ vero dei, ex hoc, ꝙ voluntas hominis ipsi diuinç bonitati con

trariat. Desperatio aũt ex hoc, ꝙ homo nõ sperat se bonitatẽ dei participare. Ex hoc patet ꝙ infidelitas & odiũ dei sunt contra deũ, scdm ꝙ in se est. Desperatio aũt scdm ꝙ eius bonũ participat à nobis. Vñ maius peccatũ est (scdm se loquẽdo) non credere dei veritatem, vel odire deũ, ꝗ non sperare conseq gloriã ab ipso. Sed si cõparetur desperatio ad alia duo peccata ex parte nostra, sic desperatio est periculosior. Quia ꝑ spem reuocamur à malis, & introducimur ad bona ꝓsequenda. Et ideo sublata spe, irrefrenate homines labunt in vitia, & à bonis laboribus retrahuntur. Vñ sup illud Prou. Si desperaueris, lapsus in die angustię, minuet fortitudo tua, dicit Glossa. Nihil est execrabilius desperatione, ꝗ qui habet, & in gñalibus huius vitæ laboribus, & q̃d peius est, in fide certamine, constantiã ꝑdit. Et Isidorus dicit in lib. de sum. bono: Perpetrare flagitiũ aliq̃d, mors animæ est, sed desperare, est descendere in infernum. Hęc propterea referre volui, vt isto ꝑiculoso tẽpore, animæ vestrę fratres euigilent contra peccata infidelitatis & desperationis. Sicut aũt desperatio contrariat spei ꝑ defectum, ita ꝓ̃sumptio contrariat eidẽ per excessum, in eo ꝙ aliquis sperat se veniam obtinere sine pœnitentia, vel gloriã sine meritis. Et talis ꝓ̃sumptio videtur oriri directe ex superbia, ac si ipsi tanti se æstimet, ꝙ etiã eũ peccantẽ deus non puniat, vel à gloria excludat. Et hæc ꝓ̃sumptio est proprie species peccati in spm̃ sanctum quia. s. per hmõi pręsumptionẽ tollitur vel contẽnit adiutoriũ spũs sancti, ꝑ q̃d homo reuocatur à peccato, de qua in Ecclesi. dicit: O ꝓ̃sumptio pessima, vñ creata es? Ois q̃q; motus appetitiuus q conformiter se habet ad intellectũ falsum, scdm se malus est & pc̃tm̃. Præsumptio aũt est motus appetitiuus, qa importat quandã spẽ inordinatã. Habet aũt se cõformiter intellectui falso, sicut & desperatio. Sicut enĩ falsum est, ꝙ deus pœnitẽtibus nõ indulgeat, vel

Proue. 14

Isidorus.

Ecclesi. 37

Præsumptio.

quod peccantes ad pœnitentiam non conuertat, ita falsum est, q in peccato perseuerantibus veniam cõcedat, & à bono cessantibus opere, gratiam largiatur Cui existimationi conformiter se habet præsumptionis motus. Et ideo præsumptio est peccatum, minus tamen quàm desperatio: quoniam magis proprium est deo misereri & parcere, quàm punire, propter eius infinitam bonitatem. Istud enim secundum se deo conuenit, hoc autem secundum nostra peccata. Charissimi cum vera pœnitentia & bonis operibus innitamur secure super diuinam misericordiam, nullo modo de ipsa desperantes, & tendamus ad æternam vitam, & absq; vlla hæsitatione salui erimus.

¶ Tropologia candelæ quæ hoc festo portatur & de Christi sex oblationibus. Exhortatio XIII.

OBlatus est, quia ipse voluit. Isaiæ 53. Cũ voluntas in rationali vel intellectuali natura principium sit actionis, vt ostẽderet deus quod non àcasu & præter intentionem suam bonum nostrum ab ipso esset, expressit voluntatem suam tam in opere creationis, quàm etiam in opere redemptionis, De primo dicit sanctus Iacobus: Voluntarie
Iacob. 1 genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius: Genuit, id est, creauit, iuxta illud: Istæ
Genesi. 2 sunt generationes cœli & terræ, in die quando creatæ sunt. De hac dei voluntate scribit Apostolus Ephe
Ephesi. 1 sijs, dicens: Deus operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ. Hac voluntate dixit: Faciamus
Genesi. 1 hominem ad imaginem & similitudinem nostram. De secundo, in verbis thematis: Oblatus est, quia ipse voluit. Per hoc etiam voluit nos imbuere deus, vt voluntarie & nos (quasi vicissitudinem redden-

tes) sacrificemus ei. Quæ enim sine voluntate fiunt, non sunt censenda opera humana, nec vllius meriti. Similiter nec ea quæ inuoluntarie fiunt. Itaq; charissimi fratres, sicut hodie in missarum solennijs circuire debemus, & accensam candelam manibus gestare & per manus sacerdotis offerre, ob recordationem illius processionis & oblationis quam fecit virgo mater, Christum dominum verum lumen, per manus senis & iusti Simeonis deo patri offerendo: ita inquam & nos quod specie gerimus, rerum veritate teneam⁹ & impleamus, & voluntarie nos offeramus. Quid ergo species ista circuitus & oblationis innuit? Circuitus monet, nos debere circuire inquirendo quæ sit voluntas dei bona & beneplacens & perfecta, secundum quam nosipsos offeramus oblationem deo in ordine Carthusiano, & non in alio. Vnusquisq; enim monetur ab Apostolo, in ea vocatione qua vocatus est permanere. Non ergo alium ordinem circumeundo inquirere debemus. Sed quia in ordine Carthusiano diuersimode viuitur, scilicet per diuersa religiosa exercitia, diligenter vnusquisq; inquirere debet, qd sibi ad salutem magis conueniat. & deo magis placeat. Ne ergo eum contingat errare, candelam accensam & benedictam accipiat, hoc est, rationem benedictam, id est spiritualem (quæ est vera benedictio) nō animalem, neque mundialem. Est enim sicut sapientia animalis & mundialis, ita & ratio. Sit ergo ratio benedicta, id est, spiritualis, & accensa sana doctrina vt luceat in operibus bonis, quæ per manus designātur. Candela enim non accensa mortua dicitur: sic ratio sine sana doctrina, & bonis operibus mortua est. Sufficiunt tamen bona opera virtualiter, in quibus etiamsi raro sana doctrina illustrata refulgeat, sed nō habitualiter tantum. Habitus enim solum inclinat ad opus bonum, sed nō operatur. Operans vero ex intētione, si distrahitur, operatur tamen ex intentione

Roma. 12

1. Cor. 7

virtualiter. Illa ergo exercitia assumenda sunt, q̃ ratio spiritualis & sacra doctrina illuminata suadet: q̃ præcipue habetur ex imitatione Christi, cuius om̃is actio nostra est instructio. Sane ea quæ in Christi oblatione voluntaria seruata sunt, nos condecet in nostra oblatione obseruare, vt Christum in nobis fide & opere exhibentes, dum nosipsos offerimus deo patri, suum filium obtulisse inueniamur. Primo à Bethlehem delatus est Iesus in Hierusalē, ideo Bethlehem reliquit. Bethlehem dicitur domus panis vel carnis (secundum aliam interpretationem quam Anthonin⁹ ponit) & insinuat nobis, quod in nostris exercitijs & oblationibus debemus curam carnis relinquere, vel etiam panis, illius scilicet cuius sacietas Sodomitis causa extitit peccati maximi, vt est in Ezechiele. Filij quoque Israel nunquam Aegyptum reliquissent, si solicitudinem habuissent, aut curam quid in deserto commesturi erant. Et quandocunq; curam carnis, vel panis habuerunt, semper grauiter offenderunt, & puniti fuerunt. Multo grauius nos offendemus, si de cibis corporalibus non secundum rationem spiritualem, id est, propter naturæ necessitatem, sed secundum rationem animalem & sensualem, id est propter voluptatem & curiositatem curā carnis habere voluerimus, quibus sine solicitudine dominus panē. i. omnem cibum, & omnia necessaria transmittit. Mali filij Israel non erant simplici cibo contenti. Maria vero mater dñi curam carnis non fecit, sed totam spem suā in suo dulcissimo filio Iesu collocauit. Idcirco cibata, vestita, custodita fuit ab angelo, à sancto Ioseph, & à beato Iohanne. O q̃ vtile est se totū iactare in dño, & ob eius dilectionem nil de se curare, hunc angeli attendunt, sancti adiuuant, deus solicite curat. Secundo oblatus est Iesus à parētibus suis. i. à patre deo, à matre homine, & à patre putatiuo. Sed quia opera sanctissimæ trinitatis sunt

Gregor.

Ezech. 15
Numer. 12

indiuisa,idcirco singulæ personæ Iesum obtulerūt. Sic in nostris exercitijs & oblationibus pater nos dirigat per spē constantē,ne in ipsis per quancūq; tentationē deficiamus,aut ab arrepto proposito Carthusiano,desiderio aut voluntate,aut fuga recedamus. Filius vero verbū dei nos dirigat per sua sancta cōsilia,ne erremus.Spūs sanctus nos etiā dirigat, purificando ab omni inordinato affectu,in motu exercitiorum.Ferat nos deniq; purissima virgo Maria in exercitijs nostris,id est,pura intentio,& non maculata vel mixta,ita q nullus respectus nos ducat, sed solū gloria dei,quā super omnia & in omnibus quærere debemus,quia tenemur deū super omnia diligere. Ioseph aūt nos portat in exercitijs, qñ de bono in melius semp accrescere(scdm nominis illius interpretationē)curamus. Tertio Iesus q oblatus est,fuit Christus,sic Christianus Carthusianus Christus sit in suis exercitijs imitatione virtutū. Sit humilis vt Christus,sit patiens & mitis vt Christus,sit paup vt Christus,sit charitatiuus & benignus vt Christus. Sic per singulas virtutes ascendat ad Christum, quatenus p similitudinem factus Christus, oblatio de seipso facta,accepta sit deo tanq̄ Christi. Quarto Iesus oblatus est in tēplo in Hierusalē. Sic Carthusianus in tēplo seipsum totū in sanctis exercitijs offerre debet, in laudibus diuinis pseuerādo,& nō excurrendo, vł se absentando,ibidē vigilāter voceq; virili cantādo nec aliqd aliud tūc opando,nō libros voluendo, aut deuotionalia inspiciēdo,& similia agēdo, qa(iuxta sctm Bern.)spūssanctus gratū nō recipit,qcquid aliud q̄ debes,neglecto eo q̄d debes,obtuleris. Videat ca.39. pri. par.antiquor,parag.2. In his est magnus defect⁹ apd nōnullos,Itē in sacro tēplo debet Carth. p ceremonialia deū honorare,deū adorare,sacris meditatiōib⁹ insistere,sacri altaris hostias deuotiss. imolare,neminem irritare,Et hæc fieri debēt in Hierusalē

Deuter.4

interpretatur visio pacis. Videatur ergo in pura conscientia pax, habeatur cum deo non deceptoria pax teneatur cum fratribus in conuersatione pax, optet ea quæ habebitur in beata vita pax. Sic fiet, vt sit cũ Carthusiano pacifico ille, cuius factus est in pace lo-

Psalm.75 cus. Sic vixit in templo gloriosa dei genitrix semper virgo Maria. Sed postquam materiale templum reliquit, semper in spirituali templo remansit. Vbi em̃ deus, ibi templum dei. Sicut vbi Papa, ibi Roma. Semper ergo in templo erat, quia semper cum deo erat. Deum concepit, deum generauit, deum nutriuit deum hodie in templo deo obtulit. Sine præsentia dei filij sui viuere non valebat. Vbi Iesus, ibi Maria In nuptijs virgo spiritualissima atq; purissima erat, quia Iesus ibi erat. Sub cruce verecundissima virgo, & contemplationis magistra, in tumultu populorum & turbarum erat, quia in cruce Iesus erat. Et multo magis ibi Maria, vbi Iesus ambulabat, vbi prædicabat, vbi orabat, quantum decebat & expediebat.

¶Quinto Iesus hodie per manus senis, iusti, & timorati Simeonis deuoti in orationibus suis, & spiritu sancto pleni deo oblatus est. Hic Simeon est forma omnium offerentium munera deo, vt sint obedientes, iusti, timorati, deuoti, & spiritu sancto pleni Sed forte offerens in his deficit. Offerat ergo exercitia & ablationem Carthusianus pauper spiritu, per manus, id est, per auxilia & consilio seniorum iustorum & deuotorum, præcipue prælatorum suorum, qui sunt Simeon per interpretationem nominis, id est, obedientes, propter obedientiam eis commissam circa curã animarum. Sic fecit gloriosa dei genitrix semper virgo Maria. Ipsa quippe paruula existens, parentibus obediuit. Puella facta antiquo templi sacerdoti obtemperauit. Deinde vero suo sanctissimo Ioseph, & plenissime secundum omnem modum domino Iesu Christo filio suo, & vniuersali ecclesiæ

ſubiecta erat. Ipſa etiam totum Chriſtum in manib⁹ & poteſtate Simeonis obtulit. Sic eciam Carthuſianus totum ſe offerre debet deo per manus ſui superioris. Non licet hic facere fraudem, deus non irridet, non fallitur. Ipſe munus & cor offerentis plene intuetur. Fratres: Modicum fermẽtum totam maſſam corrumpit. Sic modica proprietas, & modica inobedientia & incontinentia, & carnalitas & mundialitas, & ſtatutorꝫ tranſgreſſio in genere peccati mortalis (ſed non venialis) totam profeſſionem & oblationem deo abominabilem reddit, vt patet de multis, qui & ſi ſtatum religionis cum deuotione aſſumpſerant, quia tamen totum ſe deo non dederant, totũ amiſerunt. Hi computantur cum Iuda, & Anania, et Saphyra, & Simeone mago, & cum omnibus religioſis ſimulatis. Sexto in oblatione domini Ieſu oblati ſunt par turturum, vel duo pulli columbarum, ad innuendum quòd Carthuſianus ſe & ſua exercitia offerre debet in charitate & caſtitate, & aliјs virtutibus et conditionibus, quæ in illis auibus per ſua naturalia ſignificantur. Debet etiam ſe redimere, ſicut Ieſus fuit redemptus qu nqꝫ ſiclis, id eſt, mortificatione quinque ſenſuum pro redemptione peccatorum aīæ ſuæ. Septimo, ſicut in oblatione pueri Ieſu Simeon exhilaratus cecinit iubilans: Nunc dimittis, &: Lumen ad reuelationem gentium. Et ſancta Anna occurrit confitendo domino, & loquendo de Ieſu omnibus q̄ expectabant redemptionem, ſic ex oblatione Carthuſiani præſcripta, ſequetur haud dubium læta & prōpta obedientia, deuota & integra humilitas, pax cordis, lumen veræ ſapientiæ, & occurret abundanter gratia dei cum confeſſionibus & laudibus, cum illuminationibus, & reuelationib⁹ & tandem ſequetur redemptio à p̄ſenti miſeria, & ſuccedet æterna gloria.

ASSVMPTIO MARIAE.

buit,prima virginitatis votū emittens. In alijs licet pulcherrima esset,non concupiscentiā,sed castitatem prouocauit. ❡Tertio quod sit munita turribus. Hoc fit in spū per charitatē, Notandū est aūt, quod charitas tria facit in nobis. Primo nos & nostra deo vnit, & virtutes viuificat,atq; conglutinat, & sic per vniuersam spūalem structuram diffundit, qa sine charitate nulla est vera virtus. Et designat p oēm id quod in structura ciuitatis vnionē importat,sicut sunt cæmentū,claui, & hmōi. Scdo charitas nos ab hoste defendit,&tūc signat p turres. Tertio ingressum deo ad nos parat , & egressum nobis in deū,& sic signat per portas. Beatissima vo dei genitrix hāc virtutē i summo habuit, vt patet p V. Albertum, qui ait: Charitas Mariæ fuit maior adhuc in via, q̄ charitas omnis creaturæ,q̄ ad substantiā,sed nō q̄ ad actū. Modo vero in patria est maior, etiā q̄ ad actū. ❡Quarto, reqrit q ciuitas sit diues. Maria erat diues p pauptatē, scdm Alber. Paupertas mētis potius q̄ sensus facit hoiem diuitē. Nō est em̄ aliqd pauperius nihilo. Oīs aūt creatura ex se nihil est, in deo aūt vita est. Ergo q in creatura nō qescit,sed cū deo vnit, diues est, & q magis est ditior, & q maxime, est ditissimus. Sic fuit in beatissima virgine Maria. ❡Quinto q sit bene custodita. Hoc fit spūaliter per discretionē, q̄ in Maria specialiter fuit, vt nec i medio virtutū vel in minimo deuiauerit, ex cōmuni sententia doctoꝶ. ❡Sexto q sit libera. Mater vo dñi fuit libera ab omni peccato. Vñ ait Aug. Cū de peccato agit, de Maria nullā volo, prorsus habere mētionē, qa scimus q̄d illi plus collatū est gratię ex omni pte vincēdi pctm̄, q̄ concipere & parere meruit eum quē nullum constat habuisse peccatū.
❡Septimo q sit pacifica. Mater dñi in seipsa pacifica fuit, qa caro sua mundissima nullā sibi ad peccādū molestiā intulit. Mundus eā non delectabat ad malū Dæmones etiam eam non tentabant, sed fugerunt.

III. Charitas tria facit in nobis

Albertus.

IIII.

V.

VI.

August.

VII.

Eusebius, Vnde Eusebius: Dæmones magis terrentur Mariæ patrocinio, quàm suo supplicio, Ipsa etiam alijs pacē fecit, offerendo suum dilectissimum filium pro humani generis reconciliatione. Vnde est illa beatitudo:
Math. 5 Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. Ipsa aūt & matris nomen promeruit.

VIII. ¶Octauo requiritur ad gloriosam ciuitatē, quòd
Albertus. sit pulchra. Maria vero secundum Albertum, in naturalibus tam intrinsecus quàm extrinsecus, quàm etiam in facie, fuit pulcherrima. In gratuitis excedit omnes sanctos, quia ex quo in gloria (quæ est perfecta gratia) excedit, ergo etiam in gratia, per quā gloriam meruit. In gloria excedit, quia si cæteri iusti ful
Matth. 13 gebunt sicut sol, qualiter ipsa fulgebit? Si serui & ancillæ Christi, quid mater eius? Vnde in generalibus delitijs excedit omnes sanctos, quia iucūdius gaudet clarius lucet, & nobilius viget, quæ tria sunt generales delitiæ cœli, secundum Augustinum. Ergo est pul
Anselmus cherrima. Cum etiam secundum Anselmum, ea puritate niteat, quà maior sub deo intelligi nequit.

IX. ¶Nono ad gloriosam ciuitatem spectat quòd ad eam pauperes refugium habeant. Sic ad Mariam oēs pauperes peccatores securum accessum habent, consolatione plenum. Ipsa est eleemosynaria dei, non est
Prouer. 31 tenax nec auara: imò manus suas aperit inopi, & palmas suas extendit ad pauperes. Ideo diuina misericordia commisit misericordissimæ matri nostræ ministerium salutis nostræ, secundum Augustinum.
Bernard. Bernardus: Nil nos habere voluit, quod per manus Mariæ non transijt, si quid salutis & gratię habemus ex ea nouerimus redundare. Ideo hortatur beatus
Hierony. Hieronymus. In omni opere quo quis exercetur, Ma
Augustin. riæ gratia inuocetur. De quo sanctus Augustinus prę sumens ait: Scio me non possę perire, præ nimia pietate Mariæ.

X. ¶Decimo requiritur quòd sit ciuitas populosa, In

Maria omnes domus, vici, & plateæ plena sunt popu lis, quia potentiæ animę, vires, sensus, intellectus, voluntas, &c. plena sunt virtutibus. Hieronymus: Nullo genere virtutum vacauit, cui angelus plenitudinē gratiæ promisit. Bernardus: Vtinam mihi tot essent linguæ, quot stellæ cœli, & omnes possem in laudem conuertere genitricis dei, nec nimiam eius exprimere valerem virtutem. Hierony. Bernard.

¶ Vndecimo quod sit irrigua aquis. Maria est plena fontibus gratiarum. Vnde Gabriel: Aue gratia plena scilicet in naturalibus gratuitis, & in gloria. Et Bernardus: Maria est tāta, vt nullus sanctorum sit gratior, imo excedit gratiam omnium sanctorum. XI. Lucæ 1 Bernard.

¶ Duodecimo quod ciuitas abundet. Maria abundat secundum venerabilem Albertum, in multitudine miserationum. Abundat etiam in gratia, vt prædictum est. Et in gloria. De qua Augustinus. Si omniū nostrum membra verterentur in linguas, minimam scintillam gloriæ suæ, scilicet Mariæ, non possemus explicare. Vnde etiam dictum Damasceni verum est scilicet quod a nullo illustrium vincitur. XII. Augustin. Damasce.

¶ Tertiodecimo requiritur ad gloriosam ciuitatē quod sit sita in alto. Maria altissime super omnem creaturam sita est in cœlis. Et semper in alto sita fuit per excellentiam priuilegiorum, in tantum quod altius locari non posset, nisi fieret deus, teste venerabili Alberto. Est enim virgo perpetua, & mater dei, hoc vnicum priuilegium adeo eam exaltat, quod cunctorum sanctorum merita & dignitates (quanquam mirabilia de diuersis sanctis legantur) velut sol lucem stellarum occultat. Non enim ambigimus omnipotētem & sapientem & bonum dominum & deum oīm eam præ cæteris omnibus suis gratijs & donis ornasse, & meritis dotasse, quam suam voluit esse genitricem. Quam quia nostram in cœlis voluit esse aduocatam & matrem, debemus sicut boni filij eius esse XIII. Albertus 1

memores, eius ruminare excellentias & dignitates, eius veſtigia pro poſſe imitari, ſicut & Chriſti. Arcti us parentes diligunt filios quos ſibi intuentur ſimi liores, & ad obtēperandum beneplacito ſuo reſpexe rint promptiores. Quod chariſſimi vt facilius impe tremus, oremus: Deus qui beatam virginē Mariã ab omni peccato immaculatam conſeruaſti, innumeris gratijs ornaſti, excellentiſſimis donis & meritis dita ſti, ſpiritu ſancto impregnatam tuum filium tibi cō ſubſtantialem ſine virginitatis diſpendio cum maxi mo gaudio parere ordinaſti: imitatione perfecta vi tæ eiuſdem Chriſti filij tui ſublimaſti, ſingulari com paſſione dilecto filio tuo & ſuo compati tanquã ſpe ciali martyrio condonaſti, eius quoq; reſurrectione iucundiſſime recreaſti, & poſt longa amoris ſuſpiria hodierna die in anima pariter & corpore ſuper oēm puram creaturam ſempiterna gloria in cœlis corona ſti, concede nobis eius interceſſionibus veniam pec catorum, gratiam adoptionis & imitationis Chriſti filij tui, ac pijſſimę matris eius tanq̃ verorum tuorũ filiorum profectum virtutum, ac bonorum moꝝ, & poſt hanc vitam ſtatim in æterna beatitudine ſocie tatem felicem intrare omnium ſanctorum.

¶ Beatæ Marię Aſſumptio qũo & quibus fuerit admirabilis. Exhortatio II.

Quæ eſt iſta, q̃ aſcendit de deſerto delitiis affluēs innixa ſuper dilectum ſuum? Cantic, 8. Admiratio eſt de re magna & inſolita, præcipue ſi fuerit ſola. Idcirco cum aſſumptio fragilis ſexus fœminei in anima & corpore fieret, & facta ſit ſuper omnes ordines angelorum, merito dignum erat quód de hoc angelorum celſitudo admirans, & nos homines vſq; in finē mundi admirantes, de rē tã inſolita & magna in ſola fœmina, q̃ nec ſimilem

antea nec habere sequentem promeruit, diceremus: quæ est ista quæ ascendit de deserto delitijs affluens innixa super dilectum suũ? Quapropter dicit beatus Bernard. Generationem & assumptionẽ Mariæ quis enarrabit? Quod si oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, q̃ præparauit deus diligentibus se, qd tunc pręparat deus gignenti & pręomnibus diligenti se? Et quis hoc eloquetur? Itaque non immerito sancti angeli congaudentes gloriosæ virgini, admirãtes glorificationẽ eius, dixerũt. Quæ est ista? non ꝙ ignorarent q̃ esset, sed more humano (quẽ seruat semp sacra scriptura) interrogabãt. Sicut dicimus qñ alicui aliquid magni accidit. Quis es tu? Quemadmodũ dixerunt de Saule. Quæ nã res accidit filio Cis? & quis est pater eius? &cæt. licet bene omnia scirent. Et quia ea q̃ acciderunt Mariæ fœminæ simplici excedunt omnem admirationem & laudem, merito fecerũt angeli sancti admiratiuam quæstionem. Et nos congaudentes beatæ & gloriosæ virgini eandem faciamus, dicentes: Quæ est ista? &cæ. An non sit mirabile quòd ipsa virgo deum infinitæ maiestatis & gloriæ, immortalem, omnipotentem, et totius orbis dominatorem (virginitatis gloria pmanente) concepit & genuit ad mortalitatem, infirmitatem, & seruitutem? Et q̃d Christus rex angelorum tãtam reuerentiam impendit fœminæ (iã suę matri) vt super se inniti pmitteret, & super oẽs choros angelorum extolleret? Merito ergo cũ sanctis angelis miramur, dicentes & cantantes: Quæ est ista quæ ascendit p desertũ sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij? Ascẽdit nẽpe hæc virgo de hoc neq̃ seculo sicut virgula diminutiue dicta, propter virtutẽ humilitatis. Nunq̃ enim scdm sancti Bernardi sentẽtiam, super oẽs choros angeloꝝ ascendisset, nisi sup oẽs se, vel sub omnibus, hoc est, magis quã omnes se humiliasset. Erecta

Bernard.
Isaiæ 64
1.Cor. 2
1.Reg.10
Bernard.

tamen extitit per maternalem dignitatem, & alte aſcendit, per dei contemplationem, ſicut virgula fu- mi aſcendit & exaltat, confecta ex aromatibus myr rhæ, per ſenſuum mortificationem, & thuris per o- doriferam orationem, & vniuerſi pulueris pigmen- tarij, per omnium virtutum & gratiarum pfectionē, quæ fit à pigmentario, id eſt, à ſpiritu ſancto, qui eſt omnium bonorum artifex. Sed quis reſponde- bit nobis quæ nam hæc ſit? Ipſe plane propheta Iſai- as reſpondet: Hæc eſt virga de qua dixi, imò ſpiritus ſanctus per os meum: Egredietur virga de radice Ieſ ſe, & flos, id eſt, Chriſtus, de radice eius aſcendet. De qua virga ſanctus Bern. ſic ait: O virgo virga ſub limis, in quàm ſublime verticem ſanctum erigis, quia vſq; ad ſedentem in throno, vſq; ad dominum maie- ſtatis. O virgo, vere planta es cœleſtis, precioſior cū ctis, ſanctior vniuerſis. O vere lignum vitæ, quod ſolum dignum fuit portare fructum ſalutis æternæ Hæc etiam ſecūdum beatum Auguſtinum eſt mater dei, regina cœli, porta paradiſi. Ex quo igitur eſt ma ter dei, debuit (ſecūdum Damaſcenum) ſublimari ad filium, ſicut filius ad eam deſcenderat. Ex quo eſt re gina cœli, debent ciues cœleſtes eam ſuam reginā ha bere, qui habent & regem. Ex quo eſt domina mun- di, & porta paradiſi, debent homines deuoti, qui ca- lumniam patiuntur, à diabolo inſidiante, à mūdo fal lente, à carne ſeducente, appellare ad eam tanquā au- guſtam, & miſerebitur. quia mater eſt miſericordiæ. Quòd ſi iuſtitia diuina clauſiſſet cœli portam, tamen recurſus eſt ad eam, quia porta paradiſi eſt. Nec clau detur hæc porta, quo minus per eam pateat ingreſ- ſus ad paradiſum & æternam vitam per vllam repul ſam, in qua nitent tantæ charitatis & amoris inſi- gnia. Oſtendit quippe filio pectus & vbera. Singula ri enim materno amore diligit hæc mater (præ cæte ris parentibus) filium, quia aliorum parentum amor

Iſaiæ 11

Bernard.

diuiditur in patrem & matrem. Hæc vero sola parens est, idcirco perfectior amor. Est etiã in ea amor mutuus maximus. Inquit enim Ambrosius: Nihil sic insertum est menti humanę, quàm reamare amantem. Cum ergo hæc sanctissima & iustissima virgo sciret se à deo vltra omnem puram creaturam plus dilectã, eo plus reamabat. Propterea excellentissimam charitatem & amorem præ cæteris in ea considerantes, recte sancti angeli admirantes dicere poterant, & nos cum ipsis. Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castorum acies ordinata? Aurora est iucunda visu, luna mutat, sol perfecti est decoris, acies castrorum est terribilis. Sic beata virgo iucunda facta est hodie omnibus electis, mutata est in carne à corruptione & immortalitate, perfecta in felicitate & gloria, terribilis vero dæmonibus & peruersis hominibus. Huic quæstioni respondet psaltes Dauid: Hæc est illa de qua dixi: Astitit regina à dextris tuis, in vestitu deaurato, circundata varietate. Astitit enim, qa nunquam cecidit per aliquod peccatum. Astitit à dextris, quia in potioribus bonis gloriæ vltra omnem puram creaturam, in vestitu deaurato, id est, fulgida charitate, circũdata varietate, id est, priuilegio omnium sanctorum, quorum omnium perfectionem obtinet in cœlo. Propter dignitatem maternalem prędictam ascendit hodie gloriosa virgo mater, glorificata in anima & corpore. Quod admirantes sancti angeli, dicere poterant, & nos: Quæ est ista quæ ascendit de deserto, delitijs affluens, innixa super dilectum suũ? Mirandum reuera est, quòd de deserto mundi huius immunis à peccatis, & integra cum anima & corpore ascenderit. De quo deserto dicitur in Deuteronomio: Ductor fuit domnius deus tuus in solitudine, in qua erat serpens, flatu adurens, scorpio & dispas. Per serpentem designatur diabolus, qui flatu super.

Ambrosi. | Psalm. 44 | Deuter. 8

biæ & inobedientiæ, & obstinatione (quibus ipse plenus est) adurit corda hominum, à cui⁹ morsu nemo curari potest, nisi aspiciat serpentem æneum, id est, Christũ, q fuit humilis corde & obediens patri vsq; ad mortem crucis, & ducibilis sicut ouis. Per scorpionem, qui primo blanditur, & postmodum pungit, designaẽ delectatio carnalis. Per dipsas (q̃ latine dicitur situla, & quẽcũq; momorderit, is sitiperit, adeo parua, vt cum calcatur non videatur, cuius venenũ ante extinguit q̃ sentiatur, nec tristitiam sentit moriturus) signatur auaritia & proprietas in religiosis, qa auarus & proprietarius semper sitit, & in paruis reb⁹ etiã contrahitur, & animam occidit sine tristitia anteq̃ aduertatur. De ijs tribus nõ possunt se cauere homines, quin interdum saltẽ aliquãtulum pungantur. Sola hæc regina gloriæ intacta & incoinquinata, ascendit delitijs affluens. Delitijs fruitur gñalibus & cõmunibus omnibus beatis & specialibus quibusdã & singularibus nonnullis in excellentissimo gradu, q̃ scd̃m Damascenũ, à nullo illustrium vincitur. Alij siquidem habent vltra cõmunem beatitudinem aureolam. Hæc aũt coronã duodecim stellarum. Alij induuntur vestibus albis, hæc est amicta sole. Alij gaudent de virginitate, hæc vero de virginitate & fœcũditate. Alij sequuntnr agnũ quocunq; ierit, hæc aũt innixa est super dilectum filium suum quẽ genuit. Idcirco merito dicimus cum angelo: Quæ est ista quæ ascendit de deserto, delitijs affluens, innixa super dilectum suum? Cui quæstioni respondeat ipsa virgo beata dicatq;: Nolite mirari. Deus iustus qui retribuit vnicuiq; iuxta opera sua. Ego dilectum meũ in vtero meo alui, eundem peperi & nutriui, perfectissime imitata sum eũ in terra. Ideo nũc plenissime cõfidẽdo innitor ei, & om̃ibus delitijs eius affluo in cœlo.

Matth. 11 — Philip. 2 — Dipsas serpens. — Apocal. 3 — Apoc. 14. — Cantic. 8

¶Nonnulla in diuino officio, ex sacra

ſcriptura beatæ Mariæ applicata elucidantur. Exhortatio III.

IN plenitudine ſanctorum detentio mea. Eccleſi. 24. Aduertendum, quod plenitudo qñq; deſignat perfectionem numeri, vt patet ad Rom. vbi dicit Rom. 11 Si delictum eorum diuitiæ ſunt mũdi, & diminutio eorum diuitiæ gentiũ, quanto magis plenitudo eorum.i. magnus numerus corũ? Qñq; deſignat pfectiõem rei vt patet in Apoc. vbi dicitur: Non em̃ inueni opera Apoc.3 tua plena.i.pfecta. Et iſtis duobus modis ſancti nondũ ſunt pfecti, nec eſt plenitudo eorũ qa nec numerus ſanctorũ in cœlis plenus eſt, nec ipſi iã ibidẽ exiſtentes pfecti ſunt, donec corpora ſanctorũ cũ animabus glorificata fuerint. Sed qa certiſſime vtraq; plenitudo ſanctorum futura eſt, & imppetuũ duratura, ppter certitudinẽ, dicit glorioſa dei gen. In plenitudine ſanctorũ detentio mea. Sicut dicit in Pſal. ex pſona Chriſti. Foderũt manus meas, de futuro loquẽs tanq̃ de pterito, ppter certitudinẽ pphetiæ. Vtrãq; tñ ſanctorũ plenitudinẽ in ſeipa beata dei gen. poſſidet iã anima & corpre glorificata, & impleta ſunt in ea vba libri Sap. Om̃ia in menſura & numero & pondere diſpoſuiſti. Corpus qppe eius habet om̃ia mẽbra, & oſſa & organa, &c. Et hæc habẽt debitã menſurã.i. debitã pportionẽ. Et habẽt debitũ põdus.i. rationẽ q̃re ſ. ſic creata ſunt, & habẽt vtutẽ & actionẽ, &c. q̃ ſunt pondus. Habet etiã corpus certas dotes. ſ. incorruptibilitatẽ, impaſſibilitatẽ, agilitatẽ, ſubtilitatẽ, claritatẽ, &c. Et hæc habent mẽſurã, & etiã pondus.i. rationẽ, & virtutẽ, &c. Similiter dicendum eſt de viribus animæ, & potentijs, & dotibus eius viſione, tentiõe fruitione. Et hæc omnia beata Maria habet in ſupremo gradu, vltra oẽm purã creaturã. Ergo bene dicit In plenitudine ſanctorum, detentio mea. Poſſumus tamen dicere quod plenitudo quandoque

Pſalm. 21

Sapien. 11

ſus, ita & opera matris eius omni honeſtate plena ſunt, & honore digna. Ad iſtud capitulum, & dictum glorioſæ virginis non habemus reſponſoriũ, qa tantæ gratiæ & omnimodæ innocentiæ, & vbertati huiuſcemodi fructificationis reſpondere non poſſum. Reſponſoriũ quippe, ſicut in verbis continet propriam materiam laudis, ita etiam ſignificat ex nomine quod tali materiæ reſpondere per imitationem debemus. Sed habemus verſiculum quo monemur tantã ac talẽ virginẽ admirando attendere dicẽdo. Verſus quippe vel verſiculus in diuinis, & ſi habeat in verbis propriã materiã laudis, in nomine tñ gerit q debeamus nos ã diſtractionibus ad deum, vel ſanctos vel noſipſos per attentionẽ conuertere. Hora prima, orto iam ſole. i. Maria edita, ipſa glorioſa dei genitrix gloriat in dño de virtutibus & meritis, ſibi & omnibus hominibus ſaluandis, neceſſariis, dicens. Ego mater pulchræ dilectionis, &c. dicit ſe matrem virtutum, quia opa hois dicunt filij eius ſecundum Auguſtinũ ſuper Pſal. Dñe exaudi primũ. Pulchræ dilectionis, quia eius dilectio eſt charitas, ad cuius comparationem cęteræ dilectiones ſunt turpes, qa carnales vel ſeculares. Et timoris, qa timor reuerẽtialis & charitas ſunt inſeparabiles, quia quantum amas deũ, tantum reuereris vel times, & econtrario. Malus autem & inordinatus timor expellitur ã charitate. Et agnitionis. i. fidei. Et ſanctæ ſpei. Hæ ſunt virtutes theologicæ diuinitus infuſæ. Sequitur: In me gratia omnis vitæ, ſcilicet moralis, p virtutes morales ex dei gratia infuſas. Vel per virtutes morales acquiſitas induſtria rationis. Vnde ſubdit. Et veritatis. Quia niſi virtutes acquiſitæ rationis & veritatis luce perfundantur, nihil ſunt. Hois enim eſſe, eſt ſecundum rationẽ eſſe. Quapropter prudentia inter virtutes morales primatũ tenet, q̃ eſt in intellectu practico. Sequit. In me oĩs ſpes vitæ, ſcꝫ beatæ. Quia ſpes eſt certa

Capitulũ ad primã.

Spes quid

expectatio futuræ beatitudinis, venies ex dei gratia & meritis præcedentibus. Innuunt igitur in ijs verbis beatæ dei genitricis merita. Sequitur: Et virtutis Quia in æterna beatitudine apparebit virtus, vel potentia eius, sicut & de Christo dicitur in Psal. Tecum
Psal. 109 principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum. Huic capitulo & dicto sanctæ dei genitricis, responsoriū canimus plenum laude, dicētes: Aue Maria gratia plena. Et per versum ad causam tantæ laudis vertimur dicendo. Dominus tecum. Deinde congratulantes beatæ virgini, gloriam deo dicimus. Per istud etiam responsorium innuimus q̄ beatæ virgini per gratiam dei has vitutes, imitando respondere volumus. Et statim per versiculum ad eam admirandam vertimur, dicētes: Bn̄dicta tu in mulieribus. Et benedictus fructus ventris tui. Hora tertia, qn̄ sol in altum proficit, q̄ hora est spirituisancto deputata, & illa hora venit in Apostolos, & profectum Mariæ significat, dicit beata virgo.

Capitulū ad tertiā. ¶ In omnibus, sc; virtutum exercitijs, requiem quæsiui, q̄ in solo deo ponenda est. Vnde sequitur: Et in hæreditate domini morabor. O quis digne excogitare potest exercitia huius virginis, quibus omnibus diebus & in templo domini aptabatur ad concipiendum filium dei de spiritu sancto. Cum autem esset aptata & dignificata per gratias, per virtutes, per merita, & omnem spiritussancti operationem, tunc inquit, beata virgo, præcepit & dixit mihi (scilicet per angelum suum) creator omniū, & q creauit me, requeuit in tabernaculo meo, sc; corporis primo, & postmodū domus. Hinc cantamus responsoriū, bn̄dicendo eā. Benedicta tu in mulieribus. Per versum vertimur ad causam tātę bn̄dictionis. Et benedictus fructus vētris tui. Deinde gloriā deo dicimus. Per istud vero responsoriū respondem⁹ q̄ oēm requiem nostram in solo deo ponimus: & eū in tabernaculo cordis nostri quotidie (scd̄m præce-

ptum eius) quod est quieta conscientia, vt ibidē qui escere dignetur, imitando beatā virginem recipimus vt cū ea benedici mereamur. Et statim ad eā admirandam per versiculū vertimur, dicentes: Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te deus in æternū. Hora sexta qn̄ iam sol in axe cœli figitur, & perfectionē vitæ virginis gloriosæ repræsentat, quā habuit conuiuendo filio suo scd̄m formā euangelij hodierni, cū Martha ministrando, & cū Maria contemplando, dicit. ¶Et sic in Sion firmata sum. i. in vita contemplatiua, qa Sion dicit speculatio, vbi erat templum dn̄i, & ibidē morabant religiosi, & offerebant mystica munera. Et in ciuitate sanctificata similiter reqeui. i. in vita actiua, qa in ciuitate morabant populares fideles, deo seruientes in vita actiua. O quid fuit Mariæ tot annis conuersari cū filio dei? ei necessaria ministrare tāq̄ mortali homini, secū loq, sedere, ambulare, & de secretis eccl'ę & cœlestib⁹ tractare & ruminare. Conuersabat cū filio suo & dei familiarissime, & ministrabat ei sine quærela, imitatione Christi p̄fectissima. Non est similis eius nec in terris, neq; in cœlis. Sequitur: Et in Hierusalē potestas mea, hoc est, in cœlis post vitā temporalem. Hierusalē em̄ dicit pacis visio, q̄ promittitur in futuro. Quanq̄ adhuc in terris existens, magnæ tn̄ potestatis erat inter angelos ciues cœlestis Hierusalē. Sequitur responsorium laudis. Diffusa est gratia in labijs tuis. Et vers⁹ q̄ vertimur attendere q̄d talē benedictionē p̄scriptā a deo acceperit, propter gratiā labiorū, qua prudentissime angelo respondit. Ideo sequitur: Propterea benedixit te deus in æternū. Deinde gloriam deo reddimus. Responsorium cantantes, innuimus quod nos in vita exercitare intēdimus, & gratiā labiorū deo & hominib⁹ loq̄ndo, seruare volum⁹, vt b̄ndictionē a deo & hoibus cōseq valeam⁹. Post hūc versiculū ad Mariā admirādā v'timur dicētes; Specie tua et pulchritudine

Cap. ad sextam.

tua intende prosperè, procede & regna. Hora nona, quando sol ab axe descendit, qua hora Christus expirauit, & dormitionem gloriosissimæ virginis præsentat, dicit ipsa ¶ Et radicaui in populo honorificato, scilicet in apostolis, & cæteris Christianis, scilicet per amorem, & cultum & laudationem atq; affectum pijssimũ, quo mihi afficiuntur. Et in partes dei mei hæreditas illius, scilicet populi, quasi diceret, qui elucidant, amant & colunt me, vitam æternam habebũt. Vita æterna, id est, beatitudo habet partes, quia licet ipse deus indiuisibilis sit obiectiue ipsa beatitudo, tamen ex parte beatorũ ipsa beatitudo habet partes, quia est præmiũ essentiale & accidentale, & vnũquodq; horum habet multas partes. Sequitur: Et in plenitudine sanctorum detentio mea, secundum modum supra positum. O quanta iucunditas, quantaq; iubilatio gloriosæ virginis fuit & permanet in æternum, quando filius dei & suus cum plenitudine sanctorum sibi occurrit. & in æterna gloria super omnes sanctos collocauit. Hinc responsorium decantamus. Specie tua & pulchritudine tua, propter ornatus præcedentes, superius descriptos, siue species referatur ad dona naturæ, pulchritudo ad dona gratuita. Sequitur versus: Intende prosperè, procede & regna. Quia ad tantã gloriã per spiritum sanctum mota & directa concurrentibus meritis nobilissimis, sine vlla resistentia cum maxima & velocissima prosperitate ad regnum perpetuum procedere potuit. Et sicut cõgaudẽt angelorum chori gloriosæ virgini, ita & nos gloriam deo exoluimus. Per respõsorium innuimus quod pro modulo nostro ad plenitudinem sanctorũ cum vero ornatu tendere cupimus. Tunc demũ per versiculum ad Mariam admirãdam vertimur, dicentes. Adducentur regi virgines ab illicitis, scilicet continentes, post eam, quia ipsa præcedit omnes, vt omnibus salutem impetret, Bernardus: Nil nos habe

Capitulũ ad Nonã

Eccli. 24

Bernard.

re voluit, quod per manus Mariæ non transijt. Si qd salutis & gratiæ habemus, ex ea nouerimus redunda re, Sequitur: Proximę eius afferentur tibi: Proximę eius sunt, quibus secundum euangelij parabolam, mi Lucæ.10 sericordiam suam impēderit. Et qui sunt illi, nisi qui se illi proximos per virtutes & imitationem vitæ fe= cerint? Igitur charissimi, imitemur beatam & glorio sam virginē, vt eius meritis & precibus adiuuari me= reamur, & quandoq; ad plenitudinē sanctorum per= uenire.

¶De actiuæ & contemplatiuæ vitæ quali tatibus ac differentia. Exhor. IIII.

MAria sedens secus pedes domini, audie= bat verbum illius. Lucę 10. Sensus histo ricus sancti euangelij hodiernæ solenni tatis matri dei non congruit, cum sit de duabus fœminis Martha & Maria: sed tantum mysticus, quāuis historicus sit alias multum delectabilis & consolatorius. Ostendit enim earundem fiducialem ad maiestatis dominū fa= miliaritatem eiusdemq; domini erga easdem super mirabilem dignationem. Quæ intime considerata pi= um animū sancto gaudio, deuotis oculos lachrymis fiducialibus cor mœrens solatijs replent. Quis enim non armabitur confidētia in deum, cum videat eum dignantissima inclinatione amicitia iunctum mulier= culis, etiā peccatricibus? Sed videte vnde placuerūt. Illa operando: Ista quiescendo: Illa discurrendo, ista sedendo: Illa agendo, ista contemplando. Omnia ta= men in charitate & conscientiæ puritate. Sine fide Hebr.11 nāq; charitate informata, impossibile est placere deo. Et nulla (inquit Gregorius) bona ā deo acceptantur, Gregori9 quæ malorum admixtione maculātur. Illa autē sunt quæ inquinant conscientiam. Non potest fieri, vt bo= na quę operatur homo placeant, nisi prius ipse homo

homo placeat. Gregorius: Non placuit Abel ex munere, sed munus ex Abel. Sed istarum fœminarum, cuius actio erat Iesu saluatori gratior? Vtique sedentis, quiescentis, & contemplantis. Obtinet enim sententiam eius tanquam iudicis interpellati. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Hæc sententia Carthusiensibus plurimum confert, & omniũ in ipsos oculos attonitos conuertit, ipsosque ex ea magnificant vniuersi. Sed solerter intuendum est q᷑ secundum doctores, duplex est actio. Vna quæ consistit in exercitio virtutum moralium, scilicet humilitatis, vt humilis qs efficiatur, patientiæ, vt patiens fiat, obedientiæ, vt obediens reddatur. Et sic de singulis virtutibus, quib⁹ in hac schola virtutum studemus, si tamen fructuose hic habitamus. Et ista actio disponit ad contemplationem, & sine ea haberi non potest secundum Gregorium sexto Moralium, vbi ait: Qui contemplationis arcem tenere desiderat necesse est vt in campo actionis se probet. Ratio est secundum philosophum sexto Physicorum, quia sedendo & quiescendo anima fit sciens & prudens. Sedatis enim passionibus per virtutum exercitium, anima disponitur ad veritatis contemplationem. Idcirco vana est contemplatio, vbi non præcessit, nec est virtutum exercitatio. Quod bene est notandum. Ideoque cella non est quibusdam paradisus, sed potius carcer, quod euenit non ex ordinis austeritate, sed ex profectus virtutum ex mortificationis tarditate. Quia tamen finis melior est ijs quæ sunt ad finem, & præfata actio ad contemplationem ordinatur tanquam ad finem, propterea contemplatio melior est hac actione. Alia est actio quæ sequitur contẽplationem ex plenitudine eius descendens, vt est docere, & in regimine animarum laborare, & huiusmodi. De tali actione dicunt nonnulli quod est potior ipsa contemplatione, nec Christus loquitur de tali a-

Marginalia: Actio duplex. — Gregor.

ctione, sicut apertum est, Nonnulli tamen putant cõtemplationem præstantiorem etiam præfata actione quia illud q̃d simpliciter præeligitur, videtur esse melius absolute illo: quod in casu tantum præeligitur. Sicut philosophari melius est simpliciter quàm ditari: quamuis ditari magis sit eligibile in casu magnæ paupertatis. Contemplatio autem est per se eligenda. Cura autem & regimen animarum, ad quod spectat subditos docere, & dirigere in salutem, est suscipienda potius quàm eligenda in casu necessitatis fraternæ. Vnde dicit Augustinus 19. de ciuitate dei: Ocium sanctum quærit charitas, negotium iustum suscipit necessitas charitatis, quam sarcinam si nullus imponit, intuendæ veritati vacandum est: si autem imponitur, suscipienda est propter charitatis necessitatem. Ex quo patet contemplationem simpliciter meliorem, maxime quando actio ea non impedit, sicut fuit in Apostolis, & est in viris perfectis, qui non turbantur propter actionem, sed simplicissime om̃ia etiam contemplando perficiunt. Propter sensum historicum vltra modum, & præter quàm proposui, digressus sum. Nunc reuertor. Maria sedens secus pedes domini, audiebat verbum illius. Istæ duæ sorores Martha & Maria, repræsentant & signant gloriosam dei genitricem Mariam. Martha propter actionem, Maria propter contemplationem. Vere valde propinquæ sunt istæ, quia sorores. Et nomina consimilia, quia in vnica litera distinguuntur duntaxat. Vbi Martha habet t, ibi Maria habet i. Litera t (alias thau) significat tormentum, quia crucem prætendit. I (alias iota) simplicitatem. Syro sermone Martha dominans, MARIA vero domina interpretatur. Aliter MARTHA prouocans Maria vero illuminata, vel illuminatrix interpretatur. Sic vita actiua & contemplatiua ex gratia dei tanquam vnius matris filiæ generantur. Augustin.

Actiua tñ habet tormentum laboris: contemplatiua simpliciter columbinam speculationis. Actiua est dominans, & adhuc laborans in mortificatione vitiorꝝ & religatione passionum, & operatione virtutũ: contemplatiua est domina, quasi iam omnibus sibi plene subiectis quiescẽs. Actiua prouocat malos ad zelum, bonos ad æmulationem virtutum: contemplatiua illuminatur, & illuminata illuminat. Pariformiter gloriosissima dei genitrix erat actiua & cõtemplatiua ex

Bernard.

gratia quam inuenit. Bernardus: Inuenisti gratiam, non creasti eam sicut deus pater, nec semper habuisti

Acto. 8

sicut filius, nec emisti sicut Simon magus, neq; perdi-

Genesi. 3

disti sicut primus homo, nec rapuisti sicut velut an-

Isaiæ 14

gelus, sed inuenisti eam. Gratia ergo in ea actionem

1. Cor. 15

& cõtemplationem generauit: quia gratia dei erat id quod erat. Sed actiua tormentum crucis habebat in compassione filij crucifixi, & dominabatur in excellentia omnium virtutum, prouocans diabolũ & Iudæos ad zelum, Christianos vero ad imitationẽ, angelos in admirationem. Ad actionem pertinent opera misericordię, quę ipsa filio suo (teste Bernardo) exhibuit. Ipsum nanq; indumento carnis induit, hospitio vteri recepit nouem mensibus, infirmum in infantili ætate nutriuit, lacte potauit. Ipsum in crucis carcere visitauit, & sepulturæ interfuit. Contẽplatiua eius vita columbinam habuit simplicitatem, secundum il-

Cantic. 1

lud Canticorꝝ: Oculi tui colũbarum, requiem in deo. Ibidem: Ne suscitetis, neq; euigilare faciatis dilectã, donec ipsa velit. Illuminationem, vt illuminata cœlũ totum illuminet, & mũdum vniuersum. Ibidem: Sub vmbra illius quem desiderabam sedi, & fructus illius dulcis gutturi meo. Vulnerata eñ charitate ego sum. Quàm bene sibi sapiebat panis Christi, panis angelorum, panis coctus in clibano benedicti virginalis vteri sui, calore cordis sui, & spiritus sancti. Et vtiq; non

Gregori⁹.

saperet, nisi cognosceret. Amor, inquit Gregorius,

Amor qd.

notitia est. Hæc est vera sapientia, quam nulli inuidit, sed omnibus communicauit: Comedite inquit & bibite, & inebriamini charissimi, angeli scilicet & homines. Est enim vita contemplatiua, charitatem dei & proximi tota mēte retinere, ab exteriori actione quiescere, soli desiderio conditoris inhærere, & ad videndum faciem creatoris exardescere. Hanc beata Maria excellentissime obtinuit. Ideo potius nomen Mariæ sibi vsurpauit quàm Marthæ, & cum ea ad pedes dñi sedens, audiebat verbum illius. Quantomagis se humiliabat, tanto amplius de sapiētia verbi accipiebat. Humilitas autem Mariæ secundum Ambrosium, humanum sensum & intelligentiam excedit. Bene ergo sedebat ad pedes domini. Idcirco præ omnibus electa est, etiam supra angelicā sublimitatem exaltata, quia plus omnibus humiliata.

Sap.8

Vita contēplatiua quid

Ambrosi.

¶ Beatæ Mariæ quanta sit dignitas, quantaq; eidem sit pro nobis efficacia orandi. Item meditationes quinque ad signum campanæ. Exhor. V.

AVe gratia plena, Lucæ primo. Mirabile valde videtur charissimi, q quidàm qui sibiipsis de nomine christianitatis blandiuntur, dicūt Mariam matrem dei esse mulierem sicut sunt cæteræ fœminæ. Et augetur admiratio, quia etiam ipsæ fœminæ nonnullæ hoc ipsum dicunt, quæ tamen omnem venerationem ex dignitate matris dei Mariæ accipiunt. Quid autem intendunt dicendo Mariam esse mulierem sicut sunt cæteræ mulieres, nisi quòd nituntur dignitati eius detrahere? Vident enim (sicut & ipsi facere consueuerunt) q vltra omnes sanctos singulari cultu colitur & adoratur, & de hoc dolent zelo instigante, sed non secundum scientiam. Forte respondebunt: Nolu-

mus ei detrahere, ſed Chriſtianos iuſtruere quid de Maria ſentire debeant, ꝙ videlicet ſit mulier, & non dea. Hoc eñ dicunt. Quibus ego reſpondeo: Nunqd ignoramus Mariam dei matrem fore ſex⁹ fœminei? Forſan putatis nos credere Mariam eſſe virum, aut neſcio quale monſtrum, ex quo ſecundum carnem Chriſtus voluit naſci, vt neceſſariũ ſit nobis per vos doceri eam eſſe fœminam. Cæterum nos credimus & confitemur Mariam matrem dei eſſe ſecundum ſexum fœminam: imo ſecundum euangelium, mulierem, quemadmodum filium eius Ieſum fatemur eſſe ſecundum ſexum maſculum: imo ſecundum euangelium virum, & hæc ſecundum naturam generis humani. Porro ſecũdum gratiam fatemur Mariã matrẽ dei, non quidẽ eſſe deã, ſed deo proximã vltra omẽs mulieres & fœminas, vltra oẽs maſculos & angelos & diſſimilitudine magna excellere omẽs, nec habere ſimilem ſibi inter electos dei, tñ ſub filio ſuo benedicto, quẽ diſſimilitudine maxima & incomparabili fatemur excedere omĩa, etiã ſuã benedictam matrem Mariam, quia pater diligit filium, & oĩa dedit in manu eius. Non eñ ad mẽſuram dat deus ſpiritum (ſcꝫ gratiæ) filio, & de plenitudine eius nos oẽs accepim⁹. Igitur per gratiam eſt Maria particeps diuinæ naturæ, & conſors, vt teſtatur beatus Petrus, ſecundum quã participationem poteſt etiam dea appellari, ſicut alij ſancti dij dicunt. Secundum gratiam nec eſt maſculus nec fœmina, ſed noua creatura inqt Apoſt. Et quanto fuerit gratior & deo acceptior, tanto eſt dignior & ad impetrandũ apud deũ efficacior. Quis aũt ambigat Mariã matrẽ dei deo fore gratiſſimam & acceptiſſimam, q̃ à ſuo nũtio fecit (ſicut ſibi vnice dilectã, & gratia plenã) officioſiſſime ſalutari? q̃ etiã in ſuã matrẽ elegit. Qua dignitate (nobiliſſimi. ſ. officij) nulla poteſt dignitas maior excogitari. Cum igiẽ deus ſapiẽtiſſimus & optimus, cæteros quoſꝗ ſanctos

Iohan. 19 · Iohan. 3 · Iohann. 1 · 2. Petr. 1 · Galat. 3

(ad officia certa electos) dignificauit, & exquisite aptauit, vt exequi efficaciter possent iniuncta officia & hoc per gratias & dona, per illuminationem intellectus, & miracula. vt patet de Mose & prophetis, de Apostolo Paulo, & cæteris apostolis, de illustribus & sanctis reliquis. Quid putamus fratres deum egisse cum sua matre, cuius officium est excellentissimū? Nunquid illā dimisit dignificare & aptare ad officium maternum implendum sibi deo, & domino maximo, & voluit eam æternaliter contemni quasi immūdam muliercula, & fœminam peccatricem, atque corruptā? Hoc quippe vnus hæreticorꝫ pridē in Nouesio publice declamauit, modicā.s. esse certitudinē de Mariæ virginitate, post partū filij dei. Fuit eñ antiqua hæresis, q̄ hoc ꝑdicabat. Nisi eñ apte sancta euangelia dicerent Mariā virginē concepisse, puto ꝙ dicerent Christum ex Ioseph generatum fuisse, sicut Iudæi fatenť. Cōfundanť isti pessimi hæretici, q talia sentiunt, & docent matrem dei non fore salutandam (quod tñ deus fecit per angelū) nec iā aliquid nobis suffragari posse apud deū dicūt. Cuius cōtrariū docuerunt oēs sancti, & vniuersalis ecclesia ab initio vsqꝫ in ꝑsens tēpus. Nos vero fatemur Mariā propter officiū maternū q̊d deo dei patris filio naturali (q est etiā suus naturalis filius) debebat impēdere, fuisse & esse dignificatā, & exq̄sitissime aptatā sup oēs hoīes & angelos officiatos, cultu gloriosissimo: & hoc ꝑ omnimodā puritatē spūs & corporis (mysterio nobis nō intelligibili nisi ꝑ reuelationē) vt nūq̄ pctm̄ vel contraxerit, vel pegerit. Insup fuit omi gratia plena, ita ꝙ ā nullo illustriū vincit, vt ait Damas. Insup fuit tāti meriti, ꝙ hodierna die sup oēs choros cœlestiū spūum meruerit ascēdere & gl'ificari. Insup est ad īpetrādū apud deū efficacissima. Si eñ monemur orare ꝑ inuicem vt saluemur, & oratio nostra (cū tñ sumus peccatores) ꝑsit cæteris (q̊d etiā isti hæretici fatenť) Iacob.5

quare mater dei gratissima deo non debet inuocari, aut cur eius oratio nobis prodesse non potest, vt isti hæretici fabulantur? Vadant in tenebras misere decepti & obcæcati induratiq; hęretici. Nos vero charissimi fratres matrem dei Mariam beneuolentissimam deuotissime salutemus, officiosissime colamus, & cum omni fiducia (accepturi per interuentum eius à dño quæcunq; iuste postulata) accedamus. Hæc est enim voluntas dei. Omnia quæ à deo sunt, ordinata sunt.

Roma.13

Voluit em̃ nos ad eam venire ordine quodam propter gloriam suam, quæ in illo ordine manifestatur, quod hæretici non vident. Voluit nos saluari per gratiam suam per meritum Christi, per interuẽtum matris dei, per orationes sanctorum, per preces hominũ, per sacramenta, & p nostra bona opera. Fratres mei, nulla salutatio videtur acceptior matri dei, quã illa quæ per angelum ad eam perlata est. Et quia hãc frequentamus, pro maiore attentione habenda, hanc vobis breuem monitionem facio. Marię bene actum est, quòd sit electa in matrẽ dei, quod gratia sit plena q̃d dñs sit secũ, ꝙ bñdicta in mulieribus, & ꝙ fructus ventris sui sit benedictus. Habet ergo Maria materiã magnã magnorum gaudiorum. Gaudet ergo, fratres congaudete ei. O quàm felix, cui datum est vero corde congaudere Mariæ. Nihil ille petit, sed solum Mariæ bonis (iam narratis) per amorem intendit, fauendo pure, synceriter atq; veraciter ei hæc bona. Et hoc est gaudium suum, quòd aduertit Mariæ tanta euenisse bona, & à deo sibi donata. Orat autem, vt ipsa impetret hoc congaudium, & vt aliquando ei concedatur in æterno gaudio eidem congaudere. Tali modo etiã aliĳs sanctis debemus congaudere, & sup oẽs domino Iesu, cui maiora bona euenerũt. Maxime vero purissimo amore congaudere debemus domino deo nostro, qui est omne bonum simul & infinitum. Igitur Mariam matrem dei congaudendo salutare

debemus, nec hæsitare, sed firmissime credere, quod agnoscit intime cor & affectum quem gerimus ei. Et hæc sint dicta pro generali salutatione. Pro speciali salutatione, puta quando pulsatur post matutinas, & ante completorium, videntur subsequentia accōmoda. Inter omnia gaudia beatæ Mariæ, videntur quinque fuisse præstantiora, cui respondent gratię. Legendo ergo quinque Aue Maria (quia tantum datur de tempore in pulsu) in primo, quando dicitur gratia plena, in tanta plenitudine, vna præ cæteris magis attendatur, scilicet humilitas, quæ vtique fuit in beata Maria nobilior, quam in vllo vnquam homine, aut angelo, alias vltra omnes simul non fuisset exaltata in cœlis. De hac virtute doctores ecclesiæ, dictum putāt illud in Cantico: Respexit humilitatem ancillæ suę. Quod possibile est, vt suam virtutem expresserit, sicut Moses & sanctus Iob fecisse leguntur, & alij sancti cum ipsis instinctu & motu non proprio, sed spiritu sancto operante atque volente. Mihi tamen videtur quod non de virtute humilitatis beata Maria intelligi voluit suum dictum, sed de indignitate sua & insufficientia, quasi diceret, dignatus est dn̄s respicere me miseram & indignam. Et istud perhibetur habere litera græca, in qua scripsit sanctus Lucas. Est etiam magis laubabile, vt humilis Maria, actum humilitatis se vituperando & indignam fatendo exerceret, quam nude solam propriam vitutem nominaret. Et istud magis ędificat, & spūalem dulcedinē cantanti præbet quam aliud. Et quia humilis erat Maria, dominus erat secum. ipsa quoque benedicta est propterea inter omnes mulieres. Vbi congaudium innuitur. Quando enim legimus, benedicta tu in mulieribus, congaudere ei debemus de tanta virtute, scilicet humilitatis, in qua tantum placuit deo, vt mater dei fieret, teste Bernardo. Primum quoque gaudium statim cogitari debet, quando subiungitur, & benedictus fructus vē

tris tui, quem scilicet gaudiosissime concepisti. Congaudere igitur hæc dicendo debemus matri & filio, quia filius humilior fuit matri, ergo laudabilior, & vnitus verbo dei deo personaliter, ergo gaudiosior. Habemus primam virtutem, & primum gaudium. In Secundo autē Aue Maria, occurrat pro speciali gratia virtus castitatis, quæ erat in ea fœcunda prole, cum integritate virginitatis. Et ideo dñs secum erat etiā vltra oēs castos: qa non habitat in corpore subdito peccatis, s. incontinētię. Ipsa vo erat vltra oēs continentissima. Bñdicta tu in mulieribus, quia purior. Congaudium est in hac bñdictione tantæ castitatis. Et benedictus fructus ventris tui Iesus Christus, quē sc3 cū maximo gaudio peperisti. Ecce virtuti cōrespondens gaudiū. Gongaudium etiā debet filio, qa castissimus, & magis castus matre, Habemus secundā virtutē, & scdm gaudium. In tertio Aue Maria, occurrat pro speciali gratia, charitas, q̄ secundum V. Albertū, erat in ea, in habitu maior, q̄in angelis. Et ideo dñs secum: qa qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo, & in magis amante, præstantius. Bñdicta tu in mulieribus. Cōgaudēdū est super magnitudine charitatis eius. Et benedictus fructus ventris tui Iesus Christus, quē vcz prima resurgentē inspexisti qa fortius in sua passione & morte ex charitate condoluisti. Congaudium debet filio, Iesu sc3, quia charitas eius maior est oīm charitate. Habemus tertiam virtutē, & tertium gaudium. In quarto Aue Maria, occurrat pro speciali gratia, virtus contemplatiōis, q̄ animum requirit mortificatum atq; ornatum. Dñs cum illo, qa trahit & imbuit. Trahit affectū, imbuit intellectum. Benedicta tu in mulieribus, Congaudiū est de supereminentia huius gratiæ p̄ cæteris sanctis Et bñdictus fruct⁹ vētris tui Iesus Christus quē scz vidisti in cœlū ascendere gaudiose. Quē etiam ante ascensum & postea cōtēplata es, Congaudiū debet fi-

Sapient. 1

1. Ioan. 4

ſio qui in via fuit viator & cõprehenſor, &nunc eſt in quẽ deſiderant angeli proſpicere. Habemus quartã virtutẽ,& quartum gaudium. In quinto Aue Maria occurrat plenitudo gratiæ. Ideo dñs gratiæ ſecũ. Benedicta tu in mulieribus. Congaudium eſt ſuper tanta plenitudine,per quã excellit vniuerſos beatos. Et benedictus fructus ventris tui Ieſus Chriſtus,qui ſcilicet dedit plenitudinem gloriæ hodie correſpondentem plenitudini gratię. Ecce habemus gratiam plenã quinto lóco,& gaudium quintum correſpondens. 1.Petri.1

¶De beatæ Mariæ virginis dormitione reſurrectione & corona. Exhorta. VI.

SVrge propera amica mea, veni, coronaberis. Ex libro Cãticorũ capitulis.2&4. vt gratiam & gloriam conſequamur matrem dei deuotiſſime ſalutemus, dicentes: Aue Maria. Surge propera, &c. vbi ſupra. Chariſſimi fratres creator noſter deus optimus, volens charitatem ſuam nobis altius commẽdare, eam nobis ſub forma integrioris amoris hũani deſcripſit. Qui amor eſt inter ſponſum & ſponſam. Quapropter vt efficatius nos ad reamandum alliceret, ſeipſum noſtrum ſponſum, & nos ſpõſam ſuam appellare dignatus eſt. Et quia ſenſualia carnales homines (quales præcipue erant Iſraelitæ, & adhuc ſunt Chriſtiani) fortius mouent, præfatam charitatem, per carnalem prophetam & modum loquendi ſenſualem atq; carnalem expreſſit, prout patet per totum librum Canticorum. In allegato libro ſponſus intelligitur deus, ſponſa eccleſia, id eſt, congregatio credentium. Quod ergo eccleſiæ dicitur, ſingulis membris poteſt (ſecundum ſuum modum) attribui, maxime membris nobilioribus, inter q̃ mater dei obtinet principatum. Ipſa quippe eſt vna & ſola (per gratiã) nobiliſſima creatura nec ſimilem habet

in cœlo & in terra. Aptiſſime igitur ipſi applicantur verba ſponſi. Quæ applicatio non fit ſecundum ſenſum literalem, ſed verba ſponſi tranſſumũtur pro cõgruentia ſolennitatis. Pro præſenti ergo ſolennitate
Cantic. 2 apte ei dicitur illud Canticorum: Surge propera amica mea. Et illud: Veni coronaberis. Hodierna quippe
Cantic. 4 ſolennitate recordamur mortem matris vitæ, mortẽ vtiq; corporalem virginis Mariç genitricis dei. Dicit ergo ſponſus Ieſus defunctæ matri ſuæ. Surge propera amica mea. Mea, quia præ cæteris magis dilecta, & maior amica, Surge, propera, quaſi aperte diceret. Quanquam vniuerſalis reſurrectionis tempus ſit in nouiſſimo die, tu tamen mater amica, propera, diem hunc prçueniendo. Surge à morte, nunquam iterum moritura, propera, ſine obſtaculo, ad vitam immortalem, quæ ſine dolore, & dæmonum infeſtatione re-
Cantic. 6 ſoluta es in mortem temporalem. Quomodo enim dçmones infeſtarent, quæ contra eos terribilis eſt vt
Euſebius. caſtrorum acies ordinata? Vnde Euſebius: Dæmones magis terrẽtur Mariæ patrocinio, quàm ſuo ſupplicio. Aut cur non filius ſine dolore matrem dilectiſſimam vocaret, cuius animam in paſſione filij ſub cru-
Lucæ 2 ce, compaſſionis & lethiferi doloris gladius pertrã-
Iohan. 19 ſiuit, qui beatis martyribus Laurentio, Tiburtio, Vincentio, & cæteris pluribus in paſſione per redundantiam gaudij (quod in anima habebat) crudeliſſimas pœnas dulces fecit? Et vt in libro Dialogorum
Gregor. ſanctus Gregorius ait: Interdum contingit iuſtis, vt in morte ſua ſanctorum prçcedentium viſiones aſpiciant, ne ipſam mortis ſuæ ſententiam pœnalem pertimeſcant. Et dum eorum mẽti ciuium ſupernorum ſocietas oſtenditur, ſine doloris & formidinis fatigatione à carnis ſuæ copula diſſoluuntur. Et rurſum in
Idem. Moralibus: Plerumq; iuſtorum animæ contemplatione æternæ retributionis, etiam priuſquã carne ſpolientur hilareſcunt, & dum vetuſtatis debitum ſoluũt

noui iam muneris lætitia perfruuntur. Sic sic nimirum virgo beatissima, mater dei Maria, supra quæque sanctorum priuilegia, cum in contemplatione suauissima mens eius esset suspensa ad eum quem totis præcordijs desiderabat, & ad quem se iamiam assumendã certissime cognouit, corporis cõplexio paulatim deficiebat, vsque quo tãdem (nullo dolore percepto, nec interrupta contẽplatione) anima illa beatissima corpus desereret mortaliter discrasiatum, non aduertẽs resolutionem, sicut in raptu accidit Apostolo Paulo qui an in corpore, vel extra corpus vitã ageret, ignorabat. Hæc de primo, videlicet de resurrectionis acceleratione, quã præcesserat mors sine dolore, simulque sine dæmonum infestatione, dicta sufficiant. Astipulationem horum venerabilis Alberti Magni super Missus est, hic libet apponere: Mortem inquit virgo gloriosa præsciuit, moritura, inuitata per Christum ad cœlum ducta fuit, sine dolore obijt, mox euolauit in anima & corpore statim surrexit. Hæc ille. Fratres charissimi, hæc fuit conditio matris dei moriẽtis. Nos vero dolores mortis certissime expectamus, pericula inferni horrescimus, dæmonum infestationes formidamus. Contra hæc armemus nos primo per patientiam, æqno animo tolerando quæque aduersa, infirmitates, & corporis dolores. Secundo, per bonam voluntatem, ad deum, ad superiorem, ad proximum. Hinc enim tollitur horror inferni, quia secundum Bernardum, ablata propria voluntate (quæ sola est mala) infernus non erit, sed pax, vt ciues cœlestes cecinerunt. Tertio per amicitiam cum domino Iesu & pia matre eius. Contra talibus auxilijs munitum, nil cateruæ infernales audebunt. Vnde dicit Psalm. Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos. Et ad matrem gratiæ atque misericordiæ filij ecclesiæ fiducialiter dicunt: Tu nos ab hoste protege, & in hora mortis suscipe. Quantum ad secun-

2.Cor.12

Albertus.

Bernard.

Lucæ 2

Psalm.117

dum, videlicet de acceleratione resurrectionis, ad euitandum corporis virginalis atque materni opprobrium, quantum ad incinerationem, dicit dominus Iesus defunctæ matri suæ: Surge propera, id est, festina, scilicet ad vitam immortalem, & putredinis, & incinerationis probrum resurgendo præueni. Hoc sancti doctores Augustinus, Iohannes Damascenus, Bonauentura, & Bernardus, & alij, & si non rationibus demonstratiuis, probabilibus tamen, & veritati consonis ostenderunt. Quomodo enim non præseruaretur caro virginis à lege maledictionis, qua propter inobedientiam præuaricatori dicit: Terra es, & in terrā reuerteris, quæ præseruata ab originali culpa & radice incinerationis semper deo obedientissima & obsequiosissima vixit? Præseruatus est Ionas in ventre ceti, præseruatus est Daniel in medio leonum, præseruati sunt tres pueri in fornace ne quidē in se, neque in vestitu læderentur, & non præseruabitur à corruptione mater dei Maria, tātis dotata meritis dignitatum? Vere thronū dei, thalamum domini tabernaculū Christi, decet summa incorruptio. Illud ergo sacratissimum corpus, de quo Christus carnem assumpsit, & diuinam naturam humanæ vniuit, non amittens quod erat, sed assumens quod non erat, vt verbum caro, hoc est, deus homo fieret, escam vermibus traditum in communi sorde putredinis, & futurum de vermibus puluerem: quia sentire non valeo (inquit sanctus August.) dicere pertimesco. Hæc charissimi vna fuit conditio matris dei morientis, quod non resolueret corpusculum maternum in puluerē. Nostra vero corpora in horrendas putredines & terram post modicū tēporis resoluent. Cur ergo inordinate ea diligimus & delicate nutrimus? Sequamur consilium superbenedictæ matris Iesu Christi, quę secundum chronicas nostri ordinis quendam Carthusiensem docuit, quod viliori vestitu & simpliciori cibo cō

Geneſi. 3 | Ionæ 2. | Dani: 6. 14 | Daniel. 3 | Iohann. 1 | Auguſtin.

tentaretur. Et beatus Hieronymus ad quendam monachum: Legumina inquit, & interdum pisciculos pro summis ducas delitijs. Qui enim Christum desiderat, & illo cibo pascitur, non magnopere curat q̃ de preciosis cibis stercus conficiat. Indubie qui corpori suo delitias subtraxerit, & carnis curam (iuxta beati Pauli monita) pręter desideria fecerit clariorē post incinerationem in carne resurrectionem inueniet. Sequitur tertium, scilicet coronatio, in eo q̃ dicitur matri à domino Iesu: Veni coronaberis, corona videlicet felicitatis æternæ in anima pariter & corpore. De qua Ioēs Damas. alloquens beatam dei genitricem, sic scribit: Sacrum corpus tuum venerabili in sepulchro ponitur, sed nō est relicta anima tua in inferno, nec caro tua vidit corruptionem. Decet em̄ dei sacrarium, fontem indefossum, agrum inaratum vineam nō irrigatam, oliuam fructiferam, terræ gremio non seruari. Decuit matrem ad filium sublimari, vt ad ipsum ipsa ascenderet, sicut ad ipsam descenderat ille. At, vt q̃ in partu seruauit integritatem, post mortem corpus eius non videret corruptionem. Et quę creatorem portarat in sinu, in diuinis tabernaculis commoraretur. Et quā pater desponsauit in sponsam, in cœlestibus thalamis conseruaretur: & sic à matre quæ sunt filij possideantur. Hęc ille. Fratres charissimi, studeamus per impletiōem mandatorum dei, & cōsiliorum dn̄i nostri Iesu Christi, eorum q̃q̃ q̃ ad professionē & statū nostrum pertinent (hæc est em̄ volūtas dei bn̄placens & pfecta) in numero illorum censeri, de qbus dicit dn̄s: Quicunque fecerit voluntatem patris mei q in cœlis est, ipse meus frater, soror & mater est. Studeamus inquā, singuli esse mater Christi. Quia sicut dn̄s nedum ventrem qui eū portauit, beatū dixit, sed etiā eos qui audiūt verbū dei, & custodiunt illud. Ita pariformiter non solū carnalē matrē, sed etiā spūales q̃ faciunt voluntatē patris sui, in æternū coronabit;

Cantic. 4

Psalm. 15

Roma. 12

Matth. 12.

Lucæ 11

Beata Maria sapientissima quomodo sit,& de triplici sapientia. Exhor. VII.

VBi humilitas,ibi sapientia.Prouerbiorum vndecimo.Nota est hodierna solennitas,in qua recolitur quomodo gloriosissima dei genitrix Maria non solum super Cherubin(quæ interpretãtur plenitudo scientiæ)sed etiam super Seraphin (quæ diuino ardent amore:ex quibus coniunctis plenitudinem sapientiæ aduertere possumus)imò super omnes choros angelorum,id est super omnia merita sanctorum ascenderit. Omnes enim sancti ad nouem beatorum spirituum ordines colliguntur,& non vltra . Soli em̃ beatæ Mariæ vltra legem cœlos ascendentium , hoc priuilegium condonatum est, vt omnes supergrediatur sanctos, & singulare gloriæ solium obtineat vsque ad thronum diuinæ maiestatis, vt ibi sit mater, vbi est filij pater: & ibidem sit omnium creaturarum sapientissima, vbi est fons sapientiæ contemplandæ in excelsis, & sit ipsa beatissima ibi, vbi est beatitudinis plenitudo.Merito etenim ipsa censetur sapientissima,quæ ipsam creatam sapientiam & cõcepit, & peperit, & hoc secundum humanam naturam. Nam secundum diuinam naturam ipsa sapiẽtia dicit in Prouerbijs,inter multa sempiternitatem eius concernentia:Nondum erant abyssi, &ego iam concepta eram, &cæte. Sed vtiq; sapientia concepta mente diuina (quæ verbum est eiusdem mentis)præsens erat in vtero virginali,quando carnem assumpsit in vnione personali,quapropter sapientia ipsa dicitur vere concepta & genita ex Maria virgine: & est veraciter filius eius,sicut est veraciter filius dei patris , quãquam sint diuersæ generationes. Præsens etiam erat tota diuinitas pater,filius &spiritussanctus,quia filius nũ

Cherubin Seraphin quid.

Ecclesi. 1

Prouer. 8

quam est sine patre, & pater & filius nunquam sunt sine spiritusancto, qui est nexus vtriusq;. Et quomodo vna persona esset sine alia, cum tres personæ sint vnus simplicissimus intellectualis spiritus, & vnum inseparabile indiuiduum, in quo nulli sunt gradus, aut differentiæ, nec separatio ibidem fieri potest sine totius deitatis totali corruptione? Opera etiã trinitatis sunt indiuisa: ergo in incarnatione verbi, vel sapientiæ dei genitæ præsentialiter operabatur tota trinitas, licet solum verbum vel sapientia dei genita, vel filius (quæ sunt tria nomina, sed vna res & persona) carnem assumpserit in vnitate personali, ita quòd illa persona & emanuel, veraciter sit filius dei patris, & virginis Mariæ matris. Pater vero & spiritussanctus, licet sint vnum inseparabile, indiuiduum simplicissimum cum filio, vel verbo, vel sapientia dei genita, non tamen sunt incarnati. Fuit ergo tota trinitas in vtero virginis, quando concepit filium dei. Nunc aduertite fratres, licet sapientia approprietur filio, sicut potentia patri, & amor spirituisancto, quæ tunc personaliter dicuntur, & idem sunt quod persona cui appropriantur; quando tamen essentialiter sumuntur, tunc æqualiter tribus personis conueniunt. Vnde fit, quod sicut religiose atq; catholice dicitur, pater est deus, filius est deus, spiritussanctus est deus, ita eadem veritate dicitur, pater est sapientia, est potentia, est amor, filius est sapientia, est potentia est amor, spiritussanctus est sapientia, est potentia, est amor, pater & filius, & spiritussanctus vnus deus est sapientia, est potentia, & amor, eodem modo sicut dicit beatus Iohannes, deus charitas est. Hæc omnia ad longum declaraui, vt aduerteretis quàm excellenter sapientia deus, in Maria perpetua virgine extiterit & operata fuerit vltra omnem puram creaturam & ex hoc cognosceretis qualem ei sapientiam plus cęteris infuderit, De qua infusa sapientia, vt aliqd cla-

rius intelligatis, & eidem locum in vobisipsis præpa-
retis, debetis agnoscere ꝙ tripliciter de ea possumus
loqui. Primo modo, prout est virtus intellectualis vl
tra omnes nobilissima, quia speculatur causas altissi
mas & diuinas, legesq; æternas & immutabiles. Qua
propter conuenienter iudicat & ordinat de omnibus
& continet sub se nobilissimas intellectuales virtu-
tes speculatiuas, intellectum videlicet qui est princi-
piorum, quæ scilicet principia (intellectis terminis)
statim cognoscit. Et scientiam, quæ est conclusionũ,
quas clare intelligit deductas ex principijs, vtrumq;
tamen sapientia perfectius præstat, quia iudiciũ per-
fectum & vniuersale haberi non potest, nisi per reso
lutionem ad primas causas. Forte dicetis mihi, ꝙ res
tenebrosas & à vobis non bene intelligibiles profe
ro. Respõdeo quòd res notissimas infero, quas indes-
finenter agitis, & sancti omnes fecerunt, & plus illis
gloriosissima virgo Maria, dei genitrix, in maximũ
meritum. Et pono tale exemplum pro instructione
vnum, vt ex illo formetis vobis centũ milia. Dicitis
furtum non esse faciendum. Hæc est conclusio q̃ spe
ctat ad scientiam. Sed q̃uo scitur? Ex resolutione ad
primũ principiũ ex quo conclusio est deducta. Quod
est illud principium? Nullum malum est faciendum
hoc principium est intellectui notum, intellectis ter-
minis. Furtũ vero est iniquum & malum, ergo non
est faciẽdum. Istius exempli cognitio habetur ex ha-
bitu vel virtute intellectuali, quæ dicitur intellectus,
& respicit principium, & ex habitu & virtute scien-
tiæ, q̃ respicit deductionem conclusionis. Totum ta-
men perfectius & clarius agnoscit, per sapientiam, p
deductionem ad leges æternas & diuinas, q̃ malitiã
clarius innotescunt, abhorrẽt, & iudicãt, sine simula
tione. Sufficiant hæc pauca pro vno exemplo. O q̃ lu
cida & clara erat mater Iesu in iudicando, & ordinã
do de singulis per hanc virtutẽ intellectualem. i. sapi

entiam vltra omnes homines, quia secundum Damascenum, à nullo illustrium vincitur. Secundo modo loqui possumus de sapientia, inquantum est donum spũsancti, sicut dicit Isaias propheta: Requiescet super eum spiritus dñi, spiritus sapientiæ, &cæ. Hæc sapientia differt à prædicta, quia illa est virtus intellectualis acquisita studio humano (non tamen sine deo cooperante, qui operatur omnia in omnibus) & potest stare cum mortali peccato. Hæc vero sapientia, quæ donum spũsancti est, de sursum est descendens à patre luminum, & non potest stare cũ mortali peccato vel inesse sine gratia gratũ faciente. Et hæc sapientia excellentius & perfectius iudicat & ordinat de rebus humanis, per regulas diuinas propter connaturalitatem quandam quã habet ad regulas diuinas, q̃ cõnaturalitas habet per gratiam, & charitatem, q̃ nos vnit deo, iuxta illud Apost. Qui adhæret deo, vnus spiritus est, Sic ille qui habet habitum, & virtutem aliquã (puto castitatem) perfectius iudicat & ordinat de castitate, quã ille q habet solam scientiã moralẽ de castitate. Quia qui habet habitũ castitatis, habet quandã connaturalitatem ad castitatẽ: quia cõsuetudo, vel habitus contractus, vel virtus animi, est altera natura. Qui habet gratiã & charitatem, & spũsancti dona, habet participationem diuinæ naturæ, vt ait S. Petrus, ideo perfectius iudicat. Hanc sapientiã oẽs existentes in gratia participant (differenter tñ, secundum maius & minus) in iudicando tam in contemplatione diuinorum, quàm etiam in ordinatiõe rerum humanarum secundum diuersas regulas, quantum est necessarium ad salutem. Vnde dicit S. Iohannes: Vnctio docet vos de omnibus. Et dicitur vnctio quia vngit mentem, vt faciliter moueatur à spiritu sancto. Quidam vero altiori gradu percipiunt sapientiæ donum, & quantum ad contemplationem DIVINORVM, inquantum scilicet altiora quædam

Isaias .11

Iaco.3

1. Cor. 6

1. Petri. 2

1. Iohan. 2

mysteria & cognoscunt,&alijs manifestare possunt
1.Cor.2 (iuxta illud Apostoli : Sapientiam loquimur inter perfectos)& etiam quantum ad directionem humanorum actuum secundum regulas diuinas,inquantũ possunt secundum eas non solum seipsos, sed etiã alios ordinare. In quo gradu beata dei genitrix Maria omnes sanctos excessit viatores, Quandoq; tamen talis excellentia sapientiæ pertinet ad gratiam gratis datam,iuxta illud Pauli:
1.Cor.12 Alij datur per spiritum sermo sapientiæ, In qua sapientiæ excellentia beata Maria alijs comparata,inuenitur prima,quia à nullo illustrium vincitur. Tertio modo loqui possumus de sapientia,prout est consideratio , vel contemplatio primæ veritatis,propter amorem eius.De qua dicit
Augustin. Augustinus libro 12.de Trinitate,quód superior ratio hominis intendit rationibus supernis, scilicet diuinis,ad conspiciendum &consulendum.Conspiciẽdum quidem secundum quód diuina in seipsis cõtẽplat.Cõsulendũ aũt,scdm ꝙ per diuina iudicat de humanis per diuinas regulas dirigens actus humanos. In cuius sapientię contemplatione,si aliquis dei amicus vnquam claruit,maxime tamen sancta dei genitrix,cum nullus homo vicinior aut amicitior Christo fuerit,quã eius superbendicta mater Maria. Sed quæ in hac vita in præfatis sapiẽtiæ gradibus nubilosa fuerunt,nunc in matre domini (regnante in cœlestibus)clarissima &perfectissima sunt,&imperpetuum erunt incomparabiliter vltra contemplationem & merita omnium sanctorum, tam beatorum hominum,quàm etiam angelorum.Quæ vero fuerit cau-
Prouer.9 sa excellentię tantæ sapientiæ si quæramus,ipsa sapientia eã nobis in Prouerbijs exprimit,dicẽs:Si quis est paruulus,veniat ad me.Paruulus est humilis, qua
1.Petri.5 diceret:Humilis ad me venire potest,&nõ superbus.
Iacob.4 Inde est quód apostoli Petrus & Iacobus docuerunt Deus(qui est ipsa sapientia)superbis resistit, scilicet

à se repellendo: humilibus autem dat gratiam, scilicet in veniendo ad eum. Maria vero fuit humillima & eam virtutem, scilicet humilitatem, post filium suum Iesum, vltra omnes virtuosos excellentius possidebat. Vnde secundum Bernardum, in electione qua in matrem dei cunctis fœminis præelecta est, plus egit eius humilitas, quàm virginitas. Et nisi se infra omnes humiliasset, nunquam eam deus iustus super omnes choros angelorum sublimasset. Humilitas ergo fuit sapientiæ sublimis causa in Maria. Pariformiter, si voluerimus obtinere veram sapientiam summe necessariã in hac vita, & ea perfrui in futura, oportet vt veram acquiramus humilitatem. Ad humilitatem autem pertinet, vt aliquis reprimat seipsum, ne feratur in ea quæ sunt supra se. Ad quod necessariũ est, vt cognoscat id in quo deficit à proportione eius quod suam virtutem excedit. Cognoscere ergo debet omnis homo quòd dona dei, gratia gratum faciens, mereri æternam vitam, ipsa æterna felicitas, atq; similia, longe & in infinitum excedunt vires suas. Et sic humiliare se debet coram deo, & verissima sui cognitione sibiipsi vilescere. Credere tamen debet & firmiter sperare quòd auxilio diuino omnia potest promereri & obtinere. Item homo debet se omnibus hominibus per humilitatem subiicere, minorem se credere cæteris, & ex vero corde viliorem se pronunciare, iuxta illud: In humilitate superiores sibiinuicem arbitrantes. Et hoc sine falsitate. Debet enim homo propter reuerentiam quam tenet deo, bonis q̃ à deo in aliis sunt, reuerentiam exhibere: & propter proprios defectus quos in seipso considerat & recognoscit, sibiipsi vilescere in comparatiõe defectuum suorum ad bona quæ à deo in aliis relucent. Posset etiam aliquis reputare aliquid boni esse in proximo, quod ipse non habet. Vel aliquid mali in se esse, quod in alio non est; & sic potest se alteri subiicere tanquam me- Philip.2

liori propter deum, per humilitatē. Humilitas ergo vt ſupra dictum eſt, reprimit animum ne feratur in ea quæ ſupra ſe ſunt, tam in deo, q̃ etiam in proximo Hæc tñ repreſſio fit quãdoq; male, puto cũ homo honorem ſuum non intelligens, comparat ſe iumentis
Pſalm.48 inſipientibus, & ſimilis fit illis. Contra malam hanc repreſſionem debemus cõſiderare bona q̃ recepimus à deo. Quãdoq; repreſſio hæc eſt falſa, & in ſolis exterioribus ſignis apparens, vnde dicitur in Eccleſia.
Eccleſi. 19 Eſt qui nequiter ſe humiliat. Qñ vero fit bene, vt ſupra declaratum eſt, tunc eſt vera virtus, quã dñs Ieſus exhibuit in ſe, præcepit & docuit diſcipulos ſuos.

¶ Explanatio verbo℞, Vidi ſpecioſam, &c. & quomodo etiam nos præparemus ad moriendum. Exhort. VIII.

VIdi ſpecioſam, ſicut columbam aſcẽdentem deſuper riuos aquarum, cuius inæſtimabilis odor erat nimis in veſtimentis eius, & ſicut dies verni circũdabant eã flores roſa℞, & lilia conualliũ, viderunt illam filiæ Si
Cantic.6 on, beatiſſimã prædicauerunt, & reginæ laudauerunt eã. In hac ſolennitate viſa eſt beata Maria, filia ſancto℞, Ioachim & Annæ, vxor ſancti Ioſeph fabri lignarij aſcendere ſuper om̃es choros angelo℞, ad cœleſtia regna. Vidit hoc deus q eam ad hoc elegerat, ſine cuius intuitu nihil omnino fit, mouetur, intelligit aut cogitat in vniuerſa creatura, cũ
Hebr4. ſit ipſa prima oĩm cauſa. Omnia em̃ nuda & aperta ſunt oculis eius. Viderunt angeli qui eam deducebãt Viderunt Apoſtoli & cæteri electi qui ei hinc aſcendenti aſtiterunt. Vident per fidem qui hoc nobiſcum credunt. Poſſunt ſinguli dicere, vidi: Sed quid vidiſti? Vidi Mariam dei genitricem ſpecioſam. Species eſt quæ per differentiam à genere contracta ab alijs

distinguitur, quæ sub eodem genere cõtinetur. Sicut animal per rationale distinguitur ab aliis animalibus & fit homo. Hominis ergo esse est secundum rationẽ esse. Quando ergo scdm rationem infallibiliter dirigitur homo, tunc est speciosus secundum naturam. Expandit aũt se quando per discursum ratiõis intellectus illustratur veritate, voluntas bonitate, memoria bonarum formaꝝ fœcunditate, sensus oẽs propriorum obiectoꝝ venustate, seruata in omnibus discreta congruitate. Quod si per gratiam homo illuminatus fuerit prima veritate, & affectatus in voluntate summo amabili & bonitati, & cætera omnia ordinata ad diuinitatẽ, fit homo speciosus supra naturã. Beata vero Maria (gratia plena) excedit in iis omnẽ hoiem, siue in terris sit siue in cœlis. Secundum gratiam vero excedit oẽm angelicam speciositatẽ, Talẽ eam esse decebat in speciositate (quæ mater esse debebat vnigeniti dei patris) vt speciosior post deum cogitari non posset. Dicat ergo vnusquisq; qui per fidẽ videt, sicut alii ante nos homines & angeli dicere potuerunt, vidi speciosam. Sequitur: Sicut columbam. Bene sicut columbam, quæ est animal felle carens, simplex, innocens, & pennatum: quia gloriosa dei genitrix caret felle amaritudinis omnium peccatoꝝ qd de nullo puro homine verificari potest, simplex, sine plica duplicitatis: quia verax sine simulatiõe, vel falsitate, bona sine permixtione maliciei & rapacitatis, innocens, qa nulli nocens, vel innocens innocencentia originali quoad aiam in debito ordine ratiõis ad deum, & sensuum ad rationis imperiũ, sed non q̃s ad impassibilitatẽ, siue aiæ, siue corpis, qa in vtroq; erat passibilis: nec q̃ad mortalitatẽ carnis, quia in iis cũ superbñdicto filio suo cõmunicabat, nec q̃ad libertatẽ, qa indiguit nobiscũ redimi & saluari per vnigenitum suũ Iesum Christũ saluatorẽ nostrꝝ, pennatũ, qa p cõtẽplationẽ (adhuc in terris existẽs) volabat Columba

in deum: & hodie in anima & corpore volauit sup omnes choros angelorum in cœlum. Quare sequitur Ascendentem desuper riuos aquarum. Differẽter em̃ mortua est beata Maria à morte cæterorum mortalium. Quia ipsa tertia die resurgens assumpta est in cœlum. Cæteri expectant generalem resurrectionem Vnde nullius sancti dies natalitius vocat assumptio sed solius beatæ Mariæ. Ascendit ergo ipsa in cœlum desuper riuos aquarum, hoc est, supra consuetudinẽ moriendi populorum. Riui enim decurrentes significant mortes, aquarum, id est, populorum. Vnde dicitur in 2. libro Regum. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur. In Apocalypsi quoq; scriptum est: Aquæ multæ, populi multi sunt. Ascendens vero in cœlum beata mater Iesu, dispersit odorem suauissimum. Vnde sequitur: Cuius inæstimabilis odor erat nimis in vestimentis ei9.

Riui decurrentes. .2Reg. 14. Apocal. 17

Vestimenta sanctorum, est conformitas Christi. Odoramenta, est exemplaritas vitæ. Vnde ait Apostolus Quicunque enim in Christo baptisati estis, Christũ induistis, id est, ei conformes facti estis. Et iterum: Induimini dominum IesumChristum, imitando sanctitatem conuersationis suæ. Et inde procedit bonus odor in ecclesia, sicut idem Apostolus testatur: Christi bonus odor sumus. Certissimum est autem quod nullus sanctus conformior est Christo, & exemplarior in vita, quàm superbenedicta & supergloriosissima mater eius, virgo Maria. Idcirco bene dicit: Cuius inæstimabilis odor erat nimis in vestimẽtis eius. Vere odor eius respersit mundum vniuersum, etiam apud infideles. Hæc est præsignata à patriarchis, prænũtiata à prophetis, exhibita ab euangelistis. Repleta spiritu sancto, immunis à vitiis & peccatis, prælecta in matrem dei, ornata omni ornatu spirituali, sicut decuit matrem dei decorari, impregnata à spiritu sancto, peperit deum verum & hominem, quem

Vestimenta sctõꝝ. Galat. 3 Roma. 13 2. Cor. 2

adorauit &coluit, lactauit &aluit, cum quo conuersa ta est cunctis diebus sine querela, imitatione Christi perfectissima, compassione in Christi passione singularissima: vt puta talis mater (quæ erat doloris capacissima) tali filio, in tali necessitate. Ipsa charitate ardentissima accensa, vt deo honor & gloria restituerentur, & humano generi redemptio & salus, liberalissimo corde, id est, voluntate & affectu obtulit suum præcharissimum filium ad pœnosissimam turpissimamq; mortem. Quo resurgente, & in cœlũ abeunte, misso desuper spiritu sancto, cum plurimi electi dei per matyrium, aut vitæ sanctimoniã ad cœlestia gaudia intrarent, ipsa dignissima mater Iesu æquanimiter tolerauit præsentis vitæ miseriam, per sequntionem ecclesiæ, dilationem glorię, donec tempore congruo deo cognito (quia erat ecclesiæ generali necessaria ad tempus eius præsentia) est sup oẽs cœlos assumpta. Ecce odor bon⁹ ac suauissimus, quẽ sparsit per orbem ascendens in cœlum. O quàm digna est à nobis laudanda, excolenda, veneranda, & syncerissime diligenda mater Iesu Maria: quę (sicut pijssima mater interpellat pro nobis tanquam pro charissimis suis filijs) aduocata nostra facta. Quapropter angeli oẽs (eo quòd ex ea acceperunt filium in quem desiderant prospicere) & animæ sanctæ (eo quòd ex ea susceperunt saluatorem) in ascensu suo, sicut dies verni circundabant eam. Sic enim sequitur: Et sicut dies verni circundabant eam flores rosarum, & lilium conuallium. Per flores rosarum, martyres suo sanguine rubicundi rutilantes significantur. Principatur eñ rosa rubea inter flores rosaꝝ. Et hoc habet dictio ipsa. Rosa enim dicitur à rubeo rubes, eo quòd eius color rubeat. Vnde in libro Hester habetur, ꝙ ipsa roseo colore perfusa erat. Per lilia conuallium, notantur confessores humiles, per pœnitentiã vel virtutes animi candidi, lacteiq; effecti. Hi florẽtes

[Margin notes: Iohan. 19 — Flores rosarum. — Rosa. — Hester. 15 — Lilia conuallium.]

quaſi dies verni, quo tempore dies ſunt pulchriores, & ſemper incrementum capientes ſicuti ſancti propter accidentalia præmia, & propter innouationem infiniti gaudij, quæ præſtatur eis in fruitione diuina dicuntur ſemper proficere & iuxta Iſa. habere menſem ex menſe, & ſabbatum ex ſabbato, & ſemper cātare canticum nouum. Hi inquam, cum dño Ieſu, & omnibus angelicis ſpiritibus obuiam venientes chariſſimæ matri ſuæ, eam obſequioſiſſime, & cum maximo gaudio (eidē cōgaudentes ſuper oībus bonis quibus ditauerat eā diuina maieſtas) circundederūt & ad thronum gloriæ eidem præparatum ouantes deduxerūt. O vtinā præſtetur nobis ei vero, intimo ſaporoſo corde congaudere. Nunc regnat in cœlo, & viuit clariore viſione diuinæ eſſentiæ, amoroſiore quoque vnione cum diuina bonitate, gaudioſiore etiam fruitione diuinæ dulcedinis, laudatque deum laude ei acceptiore, quàm vlla cœleſtis creatura. Sic pater matrē filij ſui, ſic filius matrem ſuam, ſic ſpiritus ſanctus ſacrarium ſuum, ſic deus vnus gratioſiſſimā virginem Mariam beatificauit. Hoc credunt filij eccleſiæ, hoc intuitiue vident oēs felices creaturæ cœleſtes in cœlo regnantes: Vnde ſequitur: Viderunt illam filiæ Sion, beatiſſimam prædicauerunt. Nihil verius. Filiæ Sion, id eſt, eccleſiæ, quæ per fidem cōtemplantur, quæ aguntur in cœlis prædicant, aperte confitentes matrem Ieſu ſuper omnes choros angelorum, vltra quos nullus regnat ſanctorum, eſſe beatiſſimam, ſicut in die aſſumptionis prædicauerunt tunc in terra viuentes. Et reginæ laudauerunt eam, id eſt regnantes, ſiue mentes angelicę omnes, ſiue animæ iuſtorum omnes in die aſſumptionis eius laudauerunt eam. Credentes prædicant quòd didicerunt. Intuentes laudant q̃d iam certiſſime cognouerunt. Sit gloria deo in altiſſimis, qui tantam gloriam contulit noſtr vir gini, virgini noſtræ naturæ, per quā

Iſaiæ 66

accepimus saluatorem Iesum Christum.. Nunc fratres quia instat è vicino dies terminationis nostræ peregrinationis, & ingressus ad regnum dei, studiosissime agamus, vt cum gloria recipiamur. Inuitemus ad solennitatem nostram saluatorem nostrum Iesum Christum, et dulcissimam matrem eius Mariam, singulares quoque patronos, & omnes sanctos, vt assint in die lætitiæ cordis nostri, in qua relinquemus omnes tentationes & miserias huius vallis lachrymarum atque pericula, & ad securitatem & gaudia sempiterna intrabimus. Interim omnes sordes abluamus vitiorum, preciosissimis vestimentis & odoriferis induamur, vt non appareat nuditas vilitatis nostræ, sed compareamus cum gloria & splēdore verarum virtutum, & perfectione charitatis. O quanta erit malorum confusio, in conuentu omnium electorum culpa exigente, erubescere, rapi à conspectu iudicis, à beatorum societate separari, æterna cōbustione cremari? O quanta tunc erit mundo cordi lætitia, Christum Iesum saluatorem in gloria conspicere, beatissimam virginem Mariam videre, ab eis tanquam à parentibus in filium recipi, ab omnibus sanctis in eorum societatem tāquam cohæres admitti, à iudice omni cœlesti curia iubilante audire: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. Intra in gaudium domini tui. O q̃ confusiuum & pœnale erit audire, vade in purgatorij ignem, quia nisi plene purgatus hic persistere in gloria non poteris. O quàm horribile, & super omnia tristibilia tristissimum erit audire, vade maledicte in ignem æternum, qui paratus est diabolo, angelisque eius, & tibi. Vade in supplicium sempiternum, vade in tenebras perpetuas, vbi vermis conscientiæ nunquam morietur. Vos autem fratres dilectissimi, gaudete, & nolite timere, qui sub alis defensionis confugistis domini nostri

Apocal. 3
Roma. 8
Matth. 25

Ieſu Chriſti, cui totam vitam veſtram nedum in ob ſeruantia mandatorum dei, ſed in via perfectionis, perfectęq; charitatis dedicaſtis. Gaudete inquam, q̄a ſcriptum eſt: In memoria æterna erit iuſtus, ab audi tione mala non timebit. Donet nobis dn̄s Ieſus ama tor noſter maximus(meritis & precibus dulciſſimæ matris ſuæ nobis opitulantibus)gratiam, vt libera- ti ab om̄ibus peccatis & peccatorum pœnis, ſine pur gatorio ad gaudia cœleſtia ingredi valeamus. Amen

DE SANCTA ANNA.

Titulus quintus.

¶Quomodo Chriſti excellentia in ma- tris & auiæ ſuæ Annæ redundet gloriam. Exhortatio I.

EGo ſicut oliua fructifera in domo dei. Pſalmo 51. Oliua producit fructum, qui præſtat pinguedinem in fomentum lu- minis, in condimẽtum ciborum, in me- delam infirmorum, in robur ſanorum, in exultatiõem triumphantium, in iu bilum lætantium, in vnctionem prophetarum, ſa- cerdotum & regum. Hæc oliua in ſenſu ſpirituali eſt beatiſſima Anna auia domini ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, quæ peperit nobis florem pulcherrimum, in tegerrimum, incorruptibilem, amœniſſimum, odori ferum valde, & omni laude digniſſimum: ſcilicet glo rioſiſſimam dei genitricem Mariam, perpetuam vir- ginem, cui prædicta veriſſime conueniũt, cui canitur
Cantic. 4 ab vniuerſali eccleſia: Tota pulchra es. Et illud: Vir-
Cantic. 2 go dei genitrix, &c. Et illud: Aſſumpta eſt Maria in cœlum, &c. Et illud: Vox tua dulcis, & facies tua de

cora. Et illud: Aue Maria gratia plena. Et illud: Felix nanq; es sacra virgo Maria, & omi laude dignissima. Lucæ 1
Ex isto flore processit fructus oleo plenus. Christus dominus deus noster, creator noster, conseruator noster, saluator noster, gratificator noster, glorificator noster, & tandem omne bonum nostrum. De hoc Christo ait Daniel: Vngatur sanctus sanctorum, id est, Iesus. Et Apostolus Petrus in Actibus: Vnxit eũ deus spiritu sancto. Propterea prædixit Isaias: Spiritus dñi super me, eo q vnxerit me. Ideo dicũt Psalmista, & Apostolus ad Hebræos: Vnxit te deus, deus tuus oleo lætitiæ p̃ consortibus, vel participibus tuis. Hæc vnctio est operatio spiritussancti per gratiam suam, & non solum est hæc operatio spiritussancti, sed etiam patris & filij, quarum trium personarum vna est operatio & indiuisa, quia trinitas est vna deitas, & vnus in omnibus operãs: Dicit dominus apud Iohannem: Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Hæc gratiæ vnctio coniunxit humanam naturam diuino supposito in vnitate personali, quæ secundum sanctos doctores dicitur gratia vnionis, vt ex deo (filio scilicet) & filio hominis in natura humana, subsistat in supposito diuino vna persona. Filius quippe hominis habet vtiq; naturam humanam, sed nõ est p̃sona hũanæ naturæ, sed diuinæ in verbo, id est filio cum quo est vna persona. Idcirco est veraciter filius dei naturalis, & non adoptiuus. Et idem est filius naturalis suæ benedictæ matris Mariæ, & verus nepos sanctæ Annæ benedictæ auiæ suę. Ipse est laus & gloriatio ambarum. Et de ipso Christo domino bene sentire, & eundem laudare, est Annam & Mariam glorificare. Talis vnctio nulli naturæ concessa est, neq; angelo, neq; vlli hominum, sed soli filio Mariæ, & Annæ sanctissimæ nepoti Iesu Christo. Vnde ad Hebræos scribit Apostolus: Nusq̃ angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit, q̃d est Chri-

Daniel. 9
Actu. 10
Isaiæ 61
Psalm. 44
Hebræ. 1
Iohann. 5.
Hebr. 2

alios,imò in omnes(nemine sanctorum exempto)redundantiam. Hic est fructus oliuæ, id est, sanctæ Annę, per florem.i.filiam suam Mariam procedens: pręstans spiritus pinguedinem in fomentum luminis, qa illuminat omnem hominem venientem in hunc mũdum, & specialiter fideles in cognitione supernaturali fidei, & reuelatione diuinorum, dat etiam condimẽtum ciborum, quia quicquid scribis, legis, tractas, si non ibidem sapis Christum, totum vanum, & perditum, & nihil est eo ꝙ omnia sine Christo spiritum non iuuant, sed grauant & damnant. Vnde dicit Ecclesiastes: Qui addit scientiam, addit & dolorem, vel laborem. Sed Christus dei sapientia dicit in Ecclesia. Qui edunt me adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitient. Edere & bibere faciunt vnam refectionẽ Edimus ergo & bibimus Christum, quia plena & perfecta est refectio Christum sapere. Sed nobis comedentibus atq; bibentibus, esuries & sitis ex gustu crescit. Quia quanto eum amplius cognoscimus & diligimus, tanto eum feruentius desideramus, & amorem irritamus, donec in cœlo eum apprehendimus. Dicit Psalmista: Sitiuit in te anima mea. Vbi ait venerabilis Nicolaus de Lyra: Desiderans consolationem tuam, & maxime de Christo, quia Dauid summe desiderabat Christum de suo semine nasciturum. Post nonnulla dicit sic: Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & cæter. Augustinus. Adeps in intestinis, pinguedo in carne, id est, sapientia quæ est in abscondito & fortitudo spiritus. Et Lyra: Sicut corpus reficitur pinguibus, sic anima mea tuis illuminationibus & consolationibus. Christus enim est solus lumen intellectus, cibus affectus, fortitudo spiritus, mœstorum consolatio, & infirmorum medela: qui sanat oẽs infirmitates nostras, exultatio, vnctio & iubilus oĩm pie viuẽtiũ, vincẽtiũ & cũ deo ęternaliter regnãtiũ, Ista sunt q̃ supra dixi procedere de oliua

Ecclesi. 1 Ecclesi. 24 Psalm. 62 August.

quæ omnia est ipse Christus. Vnde Cassiodorus sic
Cassiodo. dicit: Oliua fructifera, de cuius germine Christus dominus effloruit, qui spirituali oleo perunctus est præ consortibus suis. Non potest beatissimæ Annæ maior honor impendi, neq; dignior laus offerri, neq; amplior gloria præstari, q̃ ꝙ sit auia Christi. Sic filiæ suæ Mariæ, non exhibetur in scripturis sacris sublimior excellentia, quàm quod sit vere secundum carnem mater dei. Quæ tamen carnalis vicinitas, nec gratam eam, neque beatam efficeret, nisi spiritualis propinquitas adesset. Sed dictum est ei antequam cõ
Lucæ 1. ciperet filium dei, deum: Aue gratia plena. Hęc gratia disposuit & habilitauit eã, vt digna esset fieri mater dei. Decuit enim diuinam maiestatem, quòd mater eius omnibus foret spiritualibus charismatibus referta, neque esset in cœlo, vel in terra ea sanctior, melior & gloriosior, imo neq; æqualis, sed esset ipsa præstantior vniuersis. Commisit autem ecclesiæ filijs dominus Iesus, vt honoraret matrem suam vnusquisq; pro affectu suo. Hinc accidit, ꝙ extulerunt eam laudibus & commendationibus infinitis. Simile factum est sanctissimæ Annæ, quæ (vt aiunt) primo in cultũ ecclesiasticum assumpta non fuit, sicut nec cæteri sancti veteris testamenti vsque in hodiernum diem, ne iudaisare videremur, Postquam vero recepta fuit omnis plebs, omnes status ecclesiastici, omnes Christi fideles, immensis laudibus eam extollere & excolere studuerunt. Hoc opatur in hominibus fides recta. Tanta enim propinquitas carnis requirit indubitanter excellentiorem spiritualem propinquitatem q̃ cæterorum hominum. Dictum est supra, quod gratia Christi redundat in omnes sanctos. Sicut igitur secũ
Hierony. dum Hieronymum in sermone de assumptione beatæ Marię, præsumendum est, quod meliora bona cõtulit matri, sic præsumendum est ꝙ præstantiores gratias contulit suæ auiæ Annæ, Inest enim quædã spe

cialis naturalis affectionis dulcedo parētibus ad proles prolium suarum, & viceuersa. *Sed* præsupponitē fuisse etiam inter Christum & suam auiam. Ergo credēdum est quod dederit ei aliquod singulare donum spirituale, quod potuit, habuit, & voluit. Qualiter vero secundum carnem Christo propinqua extitit, habetur in hodierno euangelio, vbi dicitur: Liber generatiōis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham. Primo ponitur Dauid potius quàm Abraham, quia recentior & abundantior est ad eum de Christo facta repromissio. Recentior, quia Abraham præcesserat Dauid ad multa centena annorum. Abūdatior, qa Abrahæ semel legitur facta repromissio in libro Genesios vbi dicitur: In te benedicentur vniuersę cognatiōes terræ. Et iterum: Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. Quod exponens Apostolus, dicit: Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius, &cæt. Et subdit. *Semine tuo*, qui est Christus. *Similiter* Isaac promissio facta est Genesi. 26. vbi dicitur: Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. *Similiter* Iacob facta est promissio in libro Genesios, vbi dicitur: Benedicentur in te, & in semine tuo cunctæ tribus terræ. Istis tribus principalibus patriarchis factæ sunt promissiones, & semini eorum qui est Christus. Dauid vero factæ sunt plures promissiones, vt patet in Psalmis & prophetis de eo, quæ recensere esset prolixum. Hinc tenacius adhæsit memoriæ sæpe per prophetas repetita promissio, & iam in vsum versum fuit dicere. Messias, id est, Christus, nascetur ex familia Dauid. Quapropter interrogauit dominꝰ Iesus Christus Iudæos dicens: Chrūs cuius filius est? Sciēs quid ei responderetur, scilicet Dauid. Ideo mulier Chananæa, & cæcus apppellauerunt eum filium non Abrahæ, non Isaac, non Iacob, sed Dauid. Cuius vltra alios patres in genealogia Christi positos, ipsum regalis, prophetalis & patriarchalis dignitas

Genesi. 12
Genesi. 22
Galath. 3
Genesi. 26
Genesi. 28
Matth. 22
Matth. 15
Lucæ 18

extollebat. Hinc est quod euangelista intendens Iudæos ad fidem Christi vocare, in principio appellat eũ filium Dauid. Et deinde filium Abrahæ, qui fuit origo populi dei ex omnibus terræ gentibus, ad dei cultum prælecti, quem populum decuit propter incarnationem filij dei futuram, maiore præ cæteris gentibus fulgere sanctitate. Cum vero euangelista, peruenisset recto tramite ad Ioseph & Mariam, ex quibus coniugibus Christus nasci naturaliter deberet, sicut præcedentes oẽs geniti fuerant, modũ gñationis Christi inseruit, dicẽs: Christi aũt gñatio sic erat. Cũ esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph, anteq̃ cõuenirent inuenta est in vtero habens (.s. prolẽ) de spiritu sancto. Fuerunt ergo veri coniuges Ioseph & Maria, ita vt in veritate per eos Christi genealogia posset computari, sed non eodem modo sicut cæteri genuerunt. Ergo de Ioseph nihil accepit Christus dñs in sua generatione, quoad carnem, sed totũ quod carnis est in Christo, acceptum est de virginea matre, de cuius purissimis sanguinibus spũssanctus deus, corpus Christi formauit. Quia decuit Christũ deũ, vt de immaculato semine nasceretur, quod non poterat in humana natura inueniri. Ergo virtus spiritussancti obumbrauit virgineam matrẽ .i. occulte operabatur in ea conceptum filij dei. Propter hoc tamen spiritussanctus non potest dici pater filij dei, qa tota trinitas operabatur Christi incarnationem & conceptum, sed solius patris in diuinis, & matris Mariæ solius in terris, filius est Christus. Quia vero apostolus dicit de filio dei. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, quã tñ solum accepit à matre necesse est fateri parentes (vnde caro Mariæ matris Christi processit) fuisse de semine Dauid secundũ carnem (quos parentes nos vocamus Ioachim & Annam) & hoc per Salomonẽ, sicut describit Matthæus Christi genealogiam, & non per Nathan, qui fuit fi-

Roman. 1

lius adoptiuus, quã genealogiam scribit Lucas. Ergo beata Anna fuit genita ex nobilissima stirpe totius generis humani, & patriarchali sanctorum, & prophetali, & regia, coniuncta Christo sola sua filia Maria mediante, scilicet eiusdem Christi matre, tanquã oliua procedēs florem & fructum. Ipsa (cui Christus filius eius nihil negat), impetrare nobis omnibus dignetur spiritualem cognationem cum suo Christo, de quo scribit Matthæus: Quicunq; fecerit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater, & soror, & mater est.

Lucæ 3

Matth. 12

¶Qui fratres domini Iesu secundum carnem sint, & qui secundum spiritum, de pręmio item essentiali & accidentali beatæ Annæ. Exhortatio II.

QVicũq; fecerit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater, soror & mater est. Matth. 12. His verbis pręmittitur ab euangelista, quod Iesu loquente in domo ad turbas, mater eius & fratres stabant foris quærentes loqui. Dixit autem ei quidam. Ecce mater tua, & fratres tui foris stant, quærentes te. At ipse respondens dicẽti sibi ait: Quę est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos, dixit: Ecce mater mea, & fratres mei. Quicunq; eñ fecerit volũtatẽ patris mei, q̃ in cœlis est, ipse meus frater, soror & mater est. Ex quibus verbis manifeste habemus, ꝙ dominus Iesus, sapientia dei, quæ secundum Baruch in terra visa est, & ipse verus deus humanatus, sicut cæteri homines, fratres habuerit & cognatos. Erat quippe de domo & familia Dauid. Ecce q̃ paruus, q̃ humilis factus est dñs angelorum in medio filiorum Adam. Fratres vero hic dicũtur cognati non germa

1 Cor. 1

Baruch. 3

ni. De hoc latius disputat Hieronymus contra Helui
Hierony. dium, vbi inter cætera dicit: Sciendum est, quatuor
Fratres 4. modis dicuntur. modis in scripturis diuinis fratres dici, natura, gente, cognatiõe & affectu: Natura, vt Esau & Iacob. Gẽte, vt oẽs Iudæi fratres inter se vocantur, vt in Deu-
Deuter. 17 teronomio: Non poteris constituere super te hominem alienum qui non est frater tuus. Porro cognatione fratres vocantur, qui sunt de vna familia, sicut
Genesi. 13 in Genesi dixit Abraham ad Loth: Non sit rixa inter te & me, quoniam fratres sumus. Affectu etiam fratres dicuntur, quod in duo diuiditur, in speciale scilicet
Iohan, 20 cet & commune, In speciale, quia omnes Christiani fratres dicuntur, vt saluator dicit: Vade dic fratrib⁹ meis; Porro in commune, quia oẽs homines ex vno patre nati, pari inter nos germanitate coniungimur, sicut ibi: Dicite ijs qui oderunt vos, fratres nostri vos estis. Interrogo ergo iuxta quem modum fratres domini in euangelio appellentur? Et post pauca concludit, dicens. Fratres eos intelligas appellatos à cognatione, non affectu, non gentis priuilegio non natura. Hæc Hieronymus. Qui autem fuerunt illi cognati qui cum matre Iesu foris stabant, incertum est. Fratres enim Simon & Thadæus consobrini ex matertera Iesu, secundum Hieronymum, iam erãt electi inter Apostolos, & cum sermocinante domino cum cæteris Apostolis credendi sunt in domo fuisse pręsentes. Credendum est dominum Iesum plures habuisse cognatos. Sancta Anna fuit oliua fructifera. Et si ex se proles non habuit multas, puto ex eu
Iohan. 19 angelio duas scilicet Mariam matrem dei, & Mariam matrem Iacobi minoris, & ex historia Mariam ma-
Iohann. 7 trem Iacobi maioris, tamen à lateribus habuisse plures non dubitatur, cum euangelium hoc in præsenti loco, & alibi de non credentibus in Iesum manifeste fateatur. Nunc oritur quæstio, cur mater Iesu importuno tempore quęrebat loqui cũ eo occupato in ope

dei saluberrimo? Timendum ei erat & fratribus cũ quibus venerat, ne diceretur eis. Quid est quòd mihi loqui quęritis? Nescitis, quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse? Videtur mihi (quamuis in nul lo hoc doctore repererim) quòd pietate hoc pia mater Iesu fecerit, aggregatis cognatis, necessarijsque amicis. Dicitur enim apud Marcum post electionem apostolorum sic: Et venerunt in domum, & conuenit iterum turba, vt non possent neq; panem manducare. Et cum audissent sui, exierunt tenere eum. Dicebant enim quoniam in furorem versus est. Hęc ex euangelista Marco. Glossa. Illi qui erãt de cognatiõe Iesu ex parte matris, videntes insolitum feruorem in eo, quia propter feruorem prædicandi, omittebat horam comedendi, videbant etiam in vultu eius insolitam claritatem ex virtute diuinitatis procedentē Item audiebant eum loquẽtem de diuinis ardua & insolita, & per consequens eis non intelligibilia, ideo credebãt eũ loqui sicut arreptitiũ, vel furiosum. Ideo voluerunt eum tenere & ligare, ne sibi vel alijs pôsset nocere. Et isti mouebantur pietate. Item venerabilis Beda ait: Quia altitudinem sapientiæ quam audiebant, capere non poterant, quasi in alieno eum sensu loquutum esse credebant. Item Theophilus: In furorem versus est, id est, dæmonium habet & furit, & ideo eum tenere volebãt, vt incarcerarent, tanquam dæmoniacum. Et quidem sui hoc volebant, id est propinqui, forte conterranei, vel fratres eius. Videtur itaq; mihi, quòd pia mater voluit hoc malũ filio suo præcharissimo imminens præuenire, & eum (cũ suis necessarijs amicis) monere cum adhuc in turba cũ discipulis esset, qui possent eum defendere ne caperetur. Per istud obtunditur opinio dicentium quòd à diabolo, & ex vana gloria mater Iesu & fratres eius moti fuerunt ad nuntiandum præsentiam eorum. Dictum etiã illorum qui dicunt quòd insidiator fuit il-

Lucæ. 2

Marc. 3

se qui nuntiauit matrem Iesu & fratres foris stare, & quærere loqui ei. Quō esse potest, ꝙ nuntius Mariæ esset insidiator? Quod vero matri nuntiū non remisit, sed dixit, q̄ est mater mea & fratres mei, hoc (secundum Chrysostomum) nō dixit matrem & fratres omnino reprobando, sed ostendens ꝙ super omnem cognatiōem temporalem oportet propriam animā præhonorare. Item Hieronymus: Non inquit, matrem negauit, sed apostolos cognationi prætulit, vt & nos in cōparatione dilectionis, carni spm̄ præferamus. Nec maternū refutat obsequiū pietatis, cuius ꝑceptum est: Honora patrē tuum, & matrem tuā, sed paternis se mysterijs, vel affectibus amplius quā maternis debere, demonstrat. Item testatur Dionysius Carthusi. super illud: q̄ est mater mea, & q sunt fratres mei? Hoc inqt. dicit non aspernando, vel negando matrem carnalem atq; cognatos, sed ad ostendēdum, ꝙ non habeat matrē & fratres carnales, sed etiam spiritales. Itēq; vt doceat nos carnalē affectū abijcere, & opere dei nihil præferre. Hæc ille. Sequit: Et extendens manum in discipulos suos, dixit: Ecce mater mea, & fratres mei. Dionysi. Carthu. quod tribus modis intelligi potest: Primo sic. Mater mea & fratres mei sunt. i. tā dilecti, vt mater & fratres diligunt. Secundo sic. Tanto propinquiores sunt mihi, quanto amplius intenti sunt rebus diuinis. Tertio sic. Mater mea sunt, per contēplationē internā spūaliter me concipiunt, & per prædicationem ac vitā exēplarem generant me in cordibus alioꝝ, sicut Apost. ait: Filioli mei, quos iteꝝ parturio, donec formet Christus in vobis. Sic ergo gn̄ant me. i. esse & habitare me faciunt in alioꝝ ꝑcordijs, iuxta illud Apost. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Et fratres mei sunt, non solū qa eiusdē naturæ mecū, sed quia opa patris mei faciunt, mihiq; affectu & ope similes sunt. Quicūq; em̄ fecerit (.s. perseueranter) volūtatē

[Margin notes: Chrysost. — Hierony. — Exod. 20; Matth. 15; Marc. 7; Ephesi. 6; Dionysius Carthusi. — Dionysius Carthusi. — Ephesi. 3]

patris mei q in cœlis est (diuinis.s.pceptis, seu consiliis obediendo) ipse meus frater, & soror, & mater est Imo felicior est conceptio spiritualis q̃ carnalis, secũdum q̃ lib. de virginitate asserit August. Beatior fuit Maria profitendo fidem Christi, q̃ concipiendo carnem Christi. Quia nil ei materna profuisset propinquitas, nisi Christum gestasset felicius corde q̃ ventre. Hæc Dionysi. Carth. Itẽ Greg. in Hom. Fideles qdẽ discipulos fratres noiare dignatus est dñs, dicẽs: Ite nuntiate fratribus meis. Qui ergo frater dñi fieri ad fidẽ veniendo potuit, quærendum qũo etiã esse possit mater. Sed sciendũ nobis est, qa q Christi frater, vel soror est in credendo, mater efficit prędicando. Quasi em̃ parit dñm, quẽ cordi audientis infũdit, & mater eius efficit, si p eius vocẽ amor dñi in pximi mẽte generat. Itẽ B. Iohannes Chrys. Cũ iis aũt q̃ dicta sunt & aliud nos docuit, vcz in nulla cognatione confidẽtes virtutẽ negligere. Si em̃ matri nihil prodest matrem esse, nisi virtus adesset, qs vtiq; alius per cognationem saluabit? Vna em̃ nobilitas sola est, dei facere voluntatẽ. Et ideo sequit: Quicũq; em̃ fecerit voluntatẽ patris mei q in cœlis est, ipse meus frater, soror & mater est. Multæ mulieres beatificauerunt S. virginem illã, et eius vterũ, et optauerunt tales fieri matres. Quid est igit q̊d prohibeat? Ecce latã vobis constituit viam: & licet non mulieribus solum, sed & viris fieri matrẽ dei. Debito ordine locauit dñs fratrem & sororẽ ante matrẽ, quasi diceret primo aliquis mihi fit frater & soror p fidẽ & opationẽ, & tunc fit mater mea p prædicationẽ. Magnæ ergo dignitatis est Christo coniũgi p cognationẽ carnis, sed maior est cõiunctio spũalis, maxima ṽo est cõiunctio cũ Christo in carne & spũ simul. Verũ proximior carnis vicinitas (sicut est p̃cipue matris ad filiũ, vt in Maria, vel auiæ ad nepotẽ, vt in beata Anna) exigebat, p diuina reuerentia ornatum spiritualem etiam eminentio

Greg.

Chrysost.

rem cæteris. Quapropter per nuntium suum intimauit futuræ suæ matri, gratiæ diuinæ plenitudinem, dicens: Aue gratia plena. Auiæ vero suæ gratiam prętulit in vocabulo, vt nominaret Anna .i. gratia. Credo quod præ cæteris sanctis in beatissima Anna quæ dei matrem parere deberet, abundantia diuinę gratię refulserit, per quam deiformis efficeretur, hoc est, cõsors diuinæ naturę per participationem, ex qua fides spes & charitas deriuantur, quibus etiam vt in proportionatos actus, scilicet ad promerẽdum vitã æternam (quod proportionem hominis naturalem excedit) proficisci valeant, à deo adiunguntur virtutes morales. His omnibus ornata fuit superbenedicta domina Anna, mater dei genitricis Mariæ, haud dubium vt nemo digne earum virtutum donorumq; spiritussancti excellentiam & actus meritorios ex eis

Roman. 6 procedentes, cogitare aut ęstimare posset. Gratia vero vita æterna (inqt Apostolus) qa gratia est arra gloriæ. Gloria enim est perfecta gratia. Cum igitur fuerit in hac vita beata Anna maior in gratia, erit & maior in gloria. Et hoc quoad essentiale præmium, videndo & amando deum, atq; fruendo. In accidentali præmio habet inter cætera nobilissimum, qa videt filiam suam in tanta excellentia super omnes choros angelorum, & omnes sanctos exaltatam. Superexcellit autem gaudium quod habet de filio filiæ suę domino Iesu Christo omnium saluatore, quem intuetur diuinitati vnitum vnione personali, verum deũ & verum hominem de sanguine suo natum. Fratres charissimi quamuis secundum carnem cognati domino Iesu esse nequeamus, simus tamen secundum spiritum filij, fratres, sorores, per fidem, matres per fructum, quia omnium (secundum Ambrosium) factus est Christus. Imò per bonorum exemplorum & verborum prædicationem matres Iesu, nedum inter nos, sed etiam inter extraneos quando nos visitant,

inferendo ipsis vituperationem vitiorum, laudem ve ro virtutum atque bonorum morum, terrorem insu per eis intentantes æternorum suppliciorum, & gau dia æternorum præmiorum, vt à nobis abeuntes, ia: le se sacerdotum conditos gaudeant, & aliis referant Tales suos fratres dominus Iesus non aspernabitur sed expansis manibus, nobis in omnium sanctorum & maxime suę supbenedictę matris & fratrum, id est, cognatorum suorum, præcipue auiæ suæ charissimę sanctæ Annæ præsentia dicet: Isti sunt fratres mei & mater mea. Quicunque enim fecerit voluntatem pa: tris mei qui in cœlis est, ipse meus frater, soror & ma ter est. Sic isti fecerunt, fide, opere, exemplari & prę dicatione. Idcirco possidebunt regnum patris mei in secula seculorum, Amen.

FINIS TERTII LIBRI.

DE BONITATE DIVINA

Liber quartus.

ARGVMENTVM.

LIBER HIC QVARTVS DE diuina bonitate, præcipue agit quomodo diuina bonitas eluceat in natura, tam angelica, quàm humana, & quo pacto beati ipsi à mortalibus imitandi sint. Continet Titulos septem. Primus De sancto Michaele & omnibus angelis. *Secundus* de sancto Iohanne Baptista. Tertius de beata Maria Magdalena. Quartus de sancto Brunone initiatore ordinis Carthusiensis. Quintus de sancto Hugone eiusdem ordinis & episcopi Lincolniensis. Sextus de sancta Barbara virgine ac martyre Christi. Septimus de omnibus Sanctis dei Præscripti autem tituli in Exhortationes ordine subdiuidentur.

DE SANCTO MICHAELE & omnibus Angelis. Titulus primus.

¶De prouidentia dei circa nos angelorumque custodia. Exhorta.I

NOnne sunt oẽs angeli administratorij spũs, in ministerium missi propter eos q̃ hæreditatẽ capient salutis? Hebre.I Hodierna solennitas (sicut hoc nouit charitas vestra) sancto Michaeli archangelo, cæterisq; om̃ibus spiritibus angelicis dedicata est. De quorũ nobilissima natura, inuiolataq; gratia & purissima innocentia, nec nõ & excellentissima gloria loqui, cũ om̃em excedat facultatem, nec nostri ingenij exilitas attẽtabit edisserere Attamen, cũ libeat in laudem summi dei, & oĩm angelorum hanc solennitatem maximis celebrare præconijs, placet etiam pro qualicunq; exhortatione cũ omni gratiarũ actione diuinã erga nos & angelicam charitatẽ recordari, & cõmẽdare pro tanta solicitudine dignatione & beneuolentia, Sunt enim om̃es missi, secundum Apostolicam sententiam, in ministeriũ pro nostra salute. Quamuis enim omnes principaliter ad hoc cõditi sint spũs angelici, vt participes sint diuinæ beatitudinis, tamen quamdiu electorũ numerus impletus non fuerit, omnes administrant pro electis, Primi tres chori primo & immediate à deo illuminantur de ijs quæ agenda sunt circa electos & reprobos. Alij tres ordines ab ijs præcedentibus illustrant, sicut gñalem habentes cõmissionem. Et ab ijs residui tres inferiores illustrant, sicut determinatas habentes exequutiones, siue in gñali: vt principatus & archangeli, siue in particulari, vt angeli qui singuli singulis hominibus p̃sunt, Verũ in ijs dei & angelorũ

ad nos admiranda charitas ſolicitudinis (ab intente
Bernard. conſiderantibus) inuenitur, ſicut ait beatus Bernar-
dus: Mittis inquit, vnigenitum tuum, immittis ſpiri-
tum tuum, promittis etiam vultum tuum. Et ne qd
in cœleſtibus vacet ab opere ſolicitudinis noſtræ, be-
atos illos ſpiritus propter nos mittis in miniſterium
Pſalm. 103 cuſtodiæ noſtræ deputatos, noſtros iubes fieri pędas-
gogos. Parum eſt enim quód facis angelos tuos ſpi-
ritus, facis etiam angelos paruulorum. Deniq; angeli
eorum ſemper vident faciem patris. Illos vtiq; tam
felices ſpiritus, & tuos ad nos, & noſtros ad te, ange-
Bernard. los facis. Mira etiam dignatio diuinæ maieſtatis, qa
mittit & mandat angelis de nobis: Vnde Bernardus
Studioſe conſideremus fratres, diligenter com-
mendemus memoriæ hoc tam grande mandatum.
Quis enim mandauit? Cuius ſunt angeli: Summa er-
go maieſtas mandauit, & angelis ſuis mandauit, illis
vtiq; tam ſublimibus, tam beatis, tam maxime ſibi co
hærentibus, tā familiariter adhærentibus, & vere do
meſticis dei. Et q ſunt de qbus mādauit deus? & qb⁹
miſſi ſunt angeli? Nos vtiq; hoies. Et qd ſumus nos
ad deū ꝙ memor ſit noſtri, aut reputet nos, cū ſim⁹ fi
lij iræ, peccatores, ſceleſti, putredines & vermes, &
quantum ex nobis eſt, filij perditionis & gehennæ?
Ecce dilectiſſimi fratres mei, quanta apparet dei & bea
torum angelorum ad nos dignatio. O vtinam ſapere
liceret tanta dei & angelorum ſublimitatem, & tan-
tam noſtram vilitaem, quod ſoli vero humili corde
conceditur, ſeipſum plene in præſentia diuinæ maie
ſtatis (iam ſibi apparentis) contemnenti. O quid ſen-
tit dulcedinis, qui ſe veraciter coram deo humiliat?
Deinde propter prædicta nedum beneuolentiam, ſed
& reuerentiam & fiduciam ad angelos noſtros cu-
ſtodes, & dominos, concipere debemus. Sicut dicit
Bernardus ſuper illo verbo: Angelis ſuis mandauit
de te, ſic inquiens: Quantam tibi hoc verbum infer-

re debet reuerentiam, afferre deuotionem, conferre fiduciam, reuerentiam pro præsentia, deuotionem pro beneuolentia, fiduciam pro custodia? Caute ambula, adsunt angeli, sicut eis mandatum est, in omnibus vijs tuis, in quouis diuersorio, in quouis angulo angelo tuo reuerētiam habe. Tu non audeas illo presente, quod me vidente non auderes. Simus etiam fratres deuoti & grati angelis custodibus ac dominis nostris pro ipsorum ad nos beneuolentia, quam his verbis idem Bernardus innuit in libro Meditationū dicens: O quàm felix esses, si spiritualibus oculis semel intueri posses, quomodo præueniunt principes coniuncti psallentibus in medio iuuencularum tympanistarum. Psalm. 67 Videres proculdubio, qua cura, quoue tripudio intersunt cantantibus, assistunt orantibus assint meditantibus, supersunt quiescentibus, prouidentibus atque procurantibus præsunt. Diligunt quidē suos conciues supernæ potestates, & his qui hæreditatem capiunt salutis, solicite congaudent, confortāt instruunt, protegunt, prouidentque omnibus omēs in omnibus. Ipsi enim desiderant aduentum nostrum: quoniam de nobis expectant ciuitatis suæ ruinas restaurari. Diligenter quærunt, & libenter audiunt bona de nobis. Solicite discurrunt medij inter nos & deum, nostros gemitus ad eum fidelissime deportantes. Non dedignabuntur esse socij nostri, qui iam facti sunt nostri ministri. Itaque fratres affectuose diligamus angelos dei, tanquam futuros aliquando cohæredes nostros, interim vero tanquam tutores & actores à patre positos & præpositos nobis. Cui & si gratias immensas habere debemus pro tanto beneficio scilicet angelica custodia, ipsis quoque qui & ei ex tāta charitate obediunt, & nobis subueniunt in tanta necessitate, ingratos esse non licet. Simus ergo deuoti, simus grati custodibus, redamemus eos, honoremus eos quantum possumus & debemus. Habeamus

eos familiares, frequentemus eos sedula cogitatione & oratione, q semper nobis assunt pro custodia & cō solatione. Magna em̄ fiducia esse nobis debet ex tanta custodia. Fideles enim sunt, prudentes sunt, potētes sunt, tantummodo sequamur eos, & adhæreamus eis. Sed væ vę ingratis tantis beneficijs, Quapropter monet nos Bernardus in libro Meditationum: Exultare eos (scilicet angelos) fecimus, quando conuersi sumus ad pœnitentiam, festinemus de nobis eorum lætitiam adimplere. Væ tibi quicunq; es, qui desideras reuerti od vomitum, redire ad lutum, putasne placatos habebis in iudicio, quos tanto, & tam sperato gaudio vis priuare? Exultauerunt quando venimus ad religionem, tāq̄ super ijs quos ab ipsa inferni porta cernerent reuocari. Quid vero nunc erit, si ab ipsa paradisi ianua viderint redire, & retrosum abire eos qui iam alterum pedem habent in cœlo? Retrorsum abit, nedum qui religionem relinquit, sed etiam qui cum magno feruore intrat, & morum emēdationem promittit, sed operibus non implet. Quia ergo tanta cura deo est pro nobis, quod omnes angelos administratores facit spiritus, pro nostra salute, curramus (secundum monitionem Bernardi) non passibus corporis, sed affectibus, sed suspirijs, sed desiderijs, quoniam non solum angeli, sed angelorum creator nos expectat. Expectat nos deus pater tanquam filios & hæredes: vt constituat nos super omīa bona sua. Expectat nos dei filius, tāquam fratres & cohæredes, vt fructum suæ natiuitatis, & precium sui sanguinis offerat deo patri. Expectat nos spiritus sanctus. Ipse est enim bonitas & benignitas, in qua ab æterno prædestinati sumus: Nec dubium, quin prædestinationem suam adimpleri velit, Ergo, quia omnis cœlestis curia nos expectat & desiderat, desideremus eam quanto possumus desiderio. Cum magna nanque confusione & rubore ad illam perueniet quis

Hebræ. 1

Bernard.

quis eam vehementer videre non desiderat. Quicunque vero iugi oratione, & assidua cogitatione in illa conuersatur, & securus hinc egreditur, & cum magna lætitia illic suscipietur.

¶ Quomodo in cœlis angelis futuri sunt homines conformes. Exhortatio II.

ERunt sicut angeli dei in cœlo. Matth. vicesimosecundo. Hodie charissimi fratres memoria agitur beati archangeli Michaelis, principis totius ecclesię (quę ab origine mundi vsque in finem deo colligitur) nec non & omnium spirituum cœlestium, quorum nobis felicissimam in cœlo societatem dominus promittit in euangelio, dicens: Erunt (homines scilicet) sicut angeli dei in cœlo. Beatus Hieronymus in sermone assumptionis gloriosissimę virginis Mariæ, dicit, quod similitudo nobis angelorum promittitur, sed veritas denegatur. Quæ verba idcirco noscitur dixisse, quia fas esse non putat credere aliquem sanctorum vltra omẽs choros angelorum posse ascendere, pręter matrẽ dei, gloriosam virginẽ Mariã. Puto ergo quod beatus Hieronymus veritatem posuerit pro æqualitate naturæ, & non pro æqualitate meritorum (saluo iudicio meliori) Veritas enim, vel æqualitas naturæ, etiam ipsi beatę virgini negatur, sed non veritas vel æqualitas meritorum & beatitudinis. Denegat ergo idẽ beatus Hieronymus, aliquẽ sanctorum summo angelo in æterna beatitudine posse æquari, sed hoc non negat de alijs angelis. Manifestum est enim quod plures sancti vltra æqualitatem vltimę & mediæ hierarchiæ transcendent, quanquam enim nonnulli asserere velint locum primi angeli pręuaricatoris iã ab aliquo sanctorum impletum. Quo admisso, constat quod duæ personæ humanæ naturæ post CHRISTVM

dominum æqualitatem omnium angelorum transcē derint. Hæc de æqualitate meritorum, sempiternę q̃q̧ beatitudinis hominum & angelorum dicta sufficiāt. Aequalitas enim hominum & angelorum non erit, nec dominus hoc innuere voluit, scilicet ꝙ homo fi= eret angelus, dicendo, erunt sicut angeli in cœlo (qa

Matth, 22 oporteret humanam naturā in homine destrui. Non enim est transitus hominis in angelum, cum genere differant) sed erūt similes: & hoc in multis. Et in hac similitudine nonnulli homines erunt angelis ęquales hoc est in eodem choro. Nonnulli vero quibusdam angelis maiores merito & ordine, prout iam tactum est. Credo enim quod nullus beatorum, siue angelo= rum, siue hominū erit alteri æqualis in omnibus præ cise, omnes tamen erunt perfecte beati, sed vnus erit alio excellentior ad ornatum cœlestis curiæ, in com mendationem diuinæ potentiæ, sapientiæ & bonita tis, sine vlla inuidētia: imo cū pfectissima mutua cha ritate. De similitudine aliquid tangamus. Dicit domi= nus contra miserrimos Sadduceos, putantes animas mortales, & resurrectionem non futuram, eo quod resurrectionem aliter fieri posse, non putabant, quā ad vitam animalem, quod inconueniēs credebant, si= cuti est. Dicit ergo dominus: Erratis, nescientes scri=

Ibidem. pturas, neq; virtutem dei. In resurrectione enim, ne que nubent, neq; nubentur, sed erunt sicut angeli dei in cœlo. Ergo non ad animalem vitam resurgent ho mines, sed ad spiritualem & angelicam, per similitudi nem. Angeli enim sunt in genere incorporeæ substā tię, id est, spiritualis, in quo genere nō est homo. Erit tamen spiritualis, & similis angelis, vel potius ange= lorum, id vitæ, gratiæ, & beatitudini angelorum. E=

Psalm. 85 contrario dicitur deo: Non est similis tui in diis do= mine. Quomodo vero homo animal existens, vel ani

1. Cor. 15 malis, erit spiritualis, dicit Apostolus: Seminatur cor pus animale, surget corp⁹ spirituale. Liberabitur eīn

homo de necessitatibus comedendi, bibendi, & dormiendi, ab immunditia, fœtore, libidinibus luxuriæ, & ab erubescentia nuditatis suæ, & operationes animales amplius non erunt, sed ad sufficiẽtiam corpus viuificabitur solo spiritu, qua causa solum spirituale erit, vt ait Augustinus in 1. lib. retractationum. Erit insuper incorruptibile, impassibile, agile, clarum, spiritui in nullo contrarium, nec onerosum, nec in confusionem, sed in honorem & gloriam, & seruiet in operibus spiritualibus: ergo spirituale erit, manente tamen natura corporea. Anima vero rationalis & discursiua ad intelligendum veritatem & tarda, quodammodo erit intelligentia, id est, angelus. Angeli enim intelligentiæ dicuntur à philosophis, quia veritatem sine discursu rationis clare intuentur. Vnde cõparãdo intellectum hominis ad intellectum angeli, habet se homo vt vermis reptans in terra, & angelus vt auis volans in aere. Cum autem homo cum angelis beatus factus fuerit, inhærẽdo summo bono id est, deo per amorem, & summæ veritati per clarã intuitionem, accelerabitur intellectus humanus, nec in illo actu discursu rationis indigebit, in quo similis erit angelis, vel intelligentijs: manens tamen in ijs omnibus animal rationale, sic erit homo spiritualis & angelicus plene quo ad animam, & quo ad corpus secundum suum modum. Item angeli habent purissimam innocentiã, quia nunquam peccauerũt, nec poterunt inæternum peccare. Deus quoque innocentiæ restitutor, dabit homini innocentiam quam amisit, & eam imperpetuum peccando amittere non valebit. Felix conditio. Item angeli omnia bona quæ in sua beatificatione perceperunt, & homines beatificãdi percipient, quæ vtique nec cogitare, nec intelligere, nec æstimare possumus præ sui multitudine, magnitudine & preciositate, inamissibiliter possidebunt, cũ certissima securitate per tentionem. Sicut ergo ange

Augustin.

li vnico actu contemplationis & amoris tendunt in deum, ei inseparabiliter inhærendo, sic q̊d summe ad mirabile est, homo putredo & vermis, fœtidus & abominabilis peccator ingratus & sceleratus in puluerē redactus, summo infinito bono vnico actu inhęrebit iam gloriosus & incorruptibilis effectus, de cuius charitatis amplexibus iā imperpetuum non auelletur: Replebit enim in bonis desideriū eius. Imo illud bonum in infinitum vincet desideriū suū, q̄ non poterit se homo ad alia desideranda conuertere, vel p̄ modicā morulam, vnde actus ille nō intercipietur. Tantam beatitudinē angeli sancti perfecte se deo submittendo per humilitatē & obedientiā, & per veram charitatem tendendo in eum, promeruerunt. In quibus virtutibus deficientes angeli pręuaricatores, dæmones facti sunt. Charitas est amicitia fundata sup̄ cōmunicatione æternæ beatitudinis, vnde angeli non solum deum diligunt, sed omnes qui capaces sunt illius beatitudinis. Quapropter inter se omnia alia innumerabilia milia angelorum mutua pace & charitate gaudentes, etiam nostram humilitatem eadem virtute diligunt, toto animo nostram salutem affectantes toto studio nostrū profectum & gloriā procurantes. Omnes em̄ sunt (teste apostolo) administratorij spiritus in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capient salutis. Et idipsum tota charitate perficiunt. Quapropter dignum est, vt vero corde ipsos honoremus & reamemus, ipsis quoq; cooperemur, propriā nostrā salutē operantes. Nihil gratius ipsis. Et singulariter hoc honore colendi sunt angeli specialiter singulis delegati: & singuli suum propriū tanq̄ verū amatorem colere debent, cū non sit amator super terrā qui comparet ei. Hic contra violentiā, fraudem, dolū & vniuersa picula diaboli nos tuet immissa. Diabolica fantasmata & imaginatiōes depellit, intellectum illuminat, affectiones bonas inflammat, bo

Psalm. 102

Hebræ. 1

nas cogitationes subministrat, ad pœnitentiam inducit, ad profectum bonæ vitæ incitat, orationes nostras deo offert, consolationem reportat, pro nobis apud deũ interpellat, in obitu nostro assistit, aïas nostras deo repræsentat. Et q̃uis angeli in essentiali p̃mio crescere non possunt, tñ nostrorum profectum etiã vltra meritum suum procurant & diligunt. Cognoscunt nos infra eorum naturam valde distare, & esse tales quales supra nos esse descripsi, & tamen nos eos præire in gloria satagunt & gaudent. Nato in carne humana dño, ipsi cecinerunt: Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Hoc facit eorum verissima charitas. Charissimi imitemur sanctos angelos, quorum gloriam ambimus & societatem affectamus. Per humilitatem & obedientiã nos deo & superioribus nostris subijciamus, sicut faciunt angeli qui sic cõditi sunt, vt sint alij alijs prę lati. Mutua pace gaudeamus, & inuicẽ veraciter diligamus & nõ iuideam9. Immittit interdũ supb9 p̃uaricator diabolus (charitate vacu9, inuidia plenus) hoc virus inuidię & nobis innatã malitiã excitat, vel ipsa malitia ex fomite excitatur, vt dolere de alterius profectu nos sentiamus. Habet aũt hoc malũ inuidiæ ortum ex superbia. Homo enim cupidus gloriæ, credit profectum alterius suum esse detrimentum, propterea tristatur. Est autem graue mortale peccatum ex genere, & præcipue quando est peccatum in spiritum sanctum, quod dicitur inuidentia fraternæ gratię. Si autem quis non consentit huic vitio, sed solum sentit & dolet (quia reuera est afflictiuus dolor, hanc inuidentiam mente sentire) non est peccatum, sed materia exercendæ virtutis. Pro solatio eorum q cogunt hanc passionẽ interdũ inuiti sentire, refero vobis dictum S. Bernardi super Cantica, sermone 49. ait eñ sic: Si doles quod inuides, sentis & non consentis, passio est, quandoq; sananda, non actio condẽnanda

Lucæ 2

Bernard.

tantum non illic resideas, iniquitatem meditans in cubili tuo, qualiter videlicet foueas morbum, satisfacias pesti, persequaris insontem, bene ab illo gesta calumniando, deprimendo, peruertendo atq; impediendo gerenda. Alioquin non nocet ambulanti & extendenti se ad meliora, quum iam non ipse operatur, sed quod habitat in eo peccatum. Non est ergo damnatio illi qui non dat membra sua arma iniquitati, non linguam ad detrahendum, non quicquid reliqui cor-
Roman. poris ad lædendum, nocendumq; aliquo modo, magis autem confiditur sic se esse male affectum, & inolitum ex longo, vitium confitendo, flendo, orando, conatur expellere, & cum non præualet, mitior inde ad omnes, atque apud se humilior inuenitur.

¶Vbi angelis est homo maior, vbi minor. Exhortatio III.

MInuisti eũ paulominus ab angelis. Psalmo octauo. O quanta est dignitas hominis, quod tam in terris quam in cœlis proprijs actibus beatificis angelorũ communicat, nedum angelorum inferioris chori, qui nobis immediate præsunt, custodiunt & dirigunt (quibus proprie nomen angeli conuenit) sicut dicitur: Angelis suis manda-
Psalm.90 uit de te, vt custodiãt te in omnibus vijs tuis, sed eti-
Psalm.148 am omnium beatorum spirituũ separatorum, quib⁹ hoc nomen angeli cõmune est, vt patet ibi: Laudate eum omnes angeli eius. Et quoniam comparatio differentiũ debet regulariter fieri secundum ea in quib⁹ conueniunt, cum angeli in natura, plurimum à natura differant humana, in diuinis vero. hoc est, in officijs diuinis, nec non in actibus beatificis conueniãt
Psalm.8 recte per Psalmistam dicitur: Minuisti eum paulominus ab angelis. Parum enim est, & si in naturalibus

differimus, quod in diuinis, & nobilissimis & maximis conuenimus, in quibus nunc paulo minorati sumus, sed non in futuro. Vnde subditur: Gloria & honore coronasti eum. Scimus enim humanam naturã ex parte gratiæ & gloriæ vltra naturam angelicam in Christo gloria & honore exaltatã, vt patet in epistola ad Heb. vbi etiã melior angelis affirmatur. Sed & de gloriosissima virgine Maria ecclesia canit, quod super omnes choros angelorum sit exaltata. De alijs etiã sanctis indubitãter creditur, quod singulis choris & ordinibus angelorum ob meritum gratiæ inseruntur. Tamen adhuc in terris existentes, paulo minorati sumus, quia & de sancto Iohanne veritas dicit: Qui autem minor est in regno cœlorum, maior est illo. Quia quilibet beatus quantumcunque minimus maior est actu, quàm quicunque viator purus, licet aliquis viator sit maior in potẽtia aliquo beato Nihilominus vere de excellentia beatitudinis angelorum hoc sentire debemus, quod etiam minorati sumus præ illis. Nam nunquam deo displicuerunt, nunquam deũ offenderunt, sed semper ipsi placuerunt. Quapropter præter Christum & suam benedictã genitricem, nullus hominũ in gratia vel gloria eos præcellit, cum dicat gloriosus Hieronymus, quod de nullo alio sanctorum hoc liceat sentire, excepta beatissima matre Iesu, ꝙ scilicet super omnes choros ascenderit angelorum. Igitur plures angeli, & multi valde cæteros omnes homines excellunt, & maximus numerus hominum ad infimum chorũ angelorum ascendit, de q̊ maximus numerus cecidit, in quorũ locum homines assumũtur, iuxta dicta sanctorum. Receperunt enim omnes spiritus angelici nobilissime à deo creati, secundum nobilitatem naturæ dona gratiarum, ita ꝙ nobilior in natura recepit nobiliorẽ gratiã, & ꝑ vnicũ actũ meritoriũ excellentissimã gloriã. Natura eñ angelica ad suã perfectionem nõ indi

Hebræ. 1

Matth. 11

Psalm. 8

Hieronym.

get discursu, sicut nos, sed sicut vnico intuitu obtinet suam pfectionem in intellectu, cuius perfectio est intelligere. i. clare, qete, & vere agnoscere & intueri, sic etiam in voluntate, cũ tendit angelus in bonũ, & maxime in deũ, qui est finale bonũ intellectualis naturę gratia adiutus, totaliter tẽdit in deum, nec impedit, sicut nos impedimur. In hoc ergo minorati sumus ab eis, quia per vnicum actũ bonæ voluntatis confirmati sunt in gratia, & obtinuerunt inamissibilẽ gloriam Nos vero non creamur in gratia dei, sicut angeli sed concipimur in peccatis, & nascimur filij iræ, & licet postmodum adepti fuerimus gratiã, & operati fuerimus iustitiam, non tñ statim confirmamur, nec beatificamur, sed sæpe cadẽdo oĩa bona amittimus, o lamentabilis conditio. In intellectu q̃q; minorati sum⁹ ab angelis valde: Ipsi em̃ sunt conditi puræ intelligẽtiæ, non immersi corporibus vllis (& si aliqñ similitudinem corporis in apparitionibus assumant, & item deponant) nec species intelligibiles quibus res intelligant aut agnoscant, abstrahunt à phantasmatibus, sed sunt ipsis species concreatæ & infusæ oĩm rerum naturalium per effluxum à deo, per quas per vim intelligentiæ suæ clarissime res intelligunt, ita tñ differenter, quód secundum nobilitatẽ naturalium, nobilius hunc diuinũ effluxum & lumen recipiunt. Quapropter superiores habent species pauciores, & magis vniuersales, & sic gradatim descendendo vsq; ad vltimũ angelũ. Descendendo em̃ species sunt minus vniuersales in angelis, & ideo oportet eas multiplicari. Igit nobiliores angeli per minores species clarius res cognoscunt q̃ inferiores, q indigent multis speciebus. Quãto em̃ propinquiores sunt deo tãto maius pticipant de lumine eius, sicut q̃to aliqd appropinq̃t soli tanto clarius eius radijs illustrat. Et hunc modũ intelligendi etiã in beatitudine, & cũ beatifica visiõe conseruãt, qa non contrariat beatitudini scientia na

turalis, sicut aliqd potest cognosci p mediū probabilē & p medium demonstratiuū, vnum non excludit aliud. Nos vero sumus immersi fœtidissimo corpori, nec recipimus species intelligibiles per effluxū diuinū, sicut angeli, nisi post separationē aīæ à corpore. Sed talis cognitio non est scdm naturā humanā, nec clara sed valde imperfecta & confusa. Et ideo aīa semper habet renisum ad corpus, q̄d sibi datū est vt cognitionem naturalē perfectam de rebus acciperet, trahēdo à sensibus phātasmata, & à phātasmatibus spēs intelligibiles per lumen intellectus agētis, qa lumē intellectus humani nō est ita efficax & potens, ꝙ posset à speciebus infusis à deo perfectam notitiam reꝝ accipere Vtitur ergo medio quodam: sicut oculus hominis senis non potest cognoscere hominem à longinquo, nisi confuse, & quasi arborem, sed per speculum .i. conspicilium perfecte agnoscit. Multum ergo distamus ab intellectu angelico, & maxime à diuino. Deus seipsum, & per seipsum omīa cognoscit, sicut oculus videt lumen quod in ipso est. Angelus cognoscit deum naturaliter, & res in essentia sua, sicut oculus videt lapidem p speciē lapidis q in eo est .i. in oculo. Homo videt deum, & res, sicut videt oculus formam hominis in speculo resultantem, & ideo dicitur ꝙ videm⁹ nūc in speculo & ęnigmate. Talis tamen scientia manebit in patria cum beatifica visione, quia beatitudo non destruit naturam, sed perficit. Idcirco monet Hieronymus in epistola ad PAVLINVM. Discamus in terris, quorum scientia nobiscum perseueret in cœlo. Sed quia scientia perficit hominem, & bonum reddit secundum quid, virtutes vero simpliciter, debemus nedum scientiæ insistere. sed præcipue virtutibus, q̄ ornant animas nostras, & dignas deo efficiunt, quia vere habitus virtutum perseuerabunt nobiscum in maiorem gloriam q̄ scientia. Igit toto corde diligamus deum, quod teste beato Leone

1. Cor. 13

Hierony.

Leo papa.

papa, perſpicere nequimus, niſi amando iuſtitiam, id eſt, virtutes, & ardenter tendamus ad ſocietatem angelorum, ſemper memores minorationis noſtræ.

¶Quomodo ad ordinem angelorum homo recipiatur. Exhortatio IIII.

ERunt ſicut angeli dei in cœlo. Matthæ. viceſimoſecundo. Deus æternus & incõmutabilis, in initio creaturæ inſtituit conuentum nobiliſſimum, deuotiſſimum & religioſiſſimum, in q̃ ipſemet abbas præſidere dignatus eſt: quẽ
Roman. 8 clamamus abba pater. In quo conuẽtu, qui profeſſionem fecerit, nunquam eum pœnitebit, nunquam tẽtabitur, & regulam libentiſſime tenebit, cuius exercitium eſt cognoſcere deum, frui deo, & laudare deum. Vocatur autem ordo angelorum. Erat autem quidã nouiti⁹ q ante ꝓfeſſionẽ ex ſuperbia ſua apoſtatauit, & receſſit ab ordine, & intantum indurauit in ſua malitia, ꝙ reuocari non potuit, ſed mortuus eſt in peccato. De hoc conuentu habetur in libro Iob: Cum ve-
Iob. 1 niſſent filij dei vt aſſiſterent coram domino, affuit in-
Iob. 38 ter eos etiã Sathan. Sathan fuit malus nouitius, nec fecit profeſſionem, ſed angeli fecerunt profeſſionem, quando laudauerunt deum ſicut aſtra matutina, & iubilarent omnes filij dei. Poſt hoc recepit dominus deus abbas huius conuentus alium nouitium, qui nõ fuit tantæ nobilitatis, ne facile ſuperbiret, aut ſi caderet, tamen non adeo obduraretur ſicut Sathan. Et poſuit eum non in conuentu, ſed in domo nouitioꝝ
Gregor. ad probam. Et hic fuit Adam in paradiſo, de quo Gregorius libro quarto Moralium ait: Ad hoc in paradiſo homo poſitus fuerat, vt ſi ſe ad conditoris ſui obedientiam vinculis charitatis aſtringeret, ad cœleſtem angelorum patriam quandoq; ſine carnis mor-

&c transiret. Iste nouitius deceptus fuit per mulierē, propterea expulsus fuit ab ordine, & exiuit paradisum. Sed abbas pater misericordiarum, sciens ꝙ non ex malitia peccauit, sed magis ex flexibilitate naturę eius misertus, misit post eum procuratorem suum, vt reduceret eum, de quo procuratore sanctus Matthæus ait: Dixit dominus vineæ procuratori suo, hoc est, domino Iesu, qui suscepit procurationem salutis generis humani. Itaq; procurator dolens ꝙ nouitius recesserat ab ordine (erat enim frater eius) multa diligentia & labore quæsiuit eum, & inuenit. De quo ait August. in persona huius procuratoris ad istum nouitium. Cum inter montes & syluas errares quæsiui te, inter lapides & ligna inueni te, laboraui, sudaui, caput meum spinis opposui, manus meas clauis obieci, lancea latus meum aperui. Procurator ergo multis sermonibus exhortatus est nouitium fugitiuum, vt rediret, instruens eum pœnitentiam, & omnia q̄ facere deberet vsque ad professionem, promittens ꝙ eum abbati vellet reconciliare, addens etiam ꝙ abbas vellet eum habere in filium, & futurus esset sicut angeli in cœlo. Dulciter ergo eum consolatus (sicut verus frater) osculatus est eum, lauit pedes eius, pane & vino ieiunum refecit, & cum esset vulneratus & ęger, in humeris suis reportauit eum, & abbati atque conuentui reconciliauit. Mali tamen murmurauerūt ꝙ peccatores reciperet. Augustinus in p̄sona procuratoris: Collegi te, humeris meis portaui te, patri reddidi te, reconciliaui te per me. Interim in hoc tempore gratiæ degit nouitius in domo hospitum & non in paradiso, propter inconstantiam suam, & petit se recipi incunctanter, dicens: Suscipe seruum tuum in bonum, scilicet ad ordinem angelorum. Sic eñ ei dictum est á procuratore: Petite & accipietis. Facilius recipitur nouitius si habuerit aliquos cognatos in conuentu, quia cum dilectione charitatiua concurrit

Geneſi.3 · Matth. 20 · Auguſtin. · Lucæ 15 · Auguſtin. · Iohan.16

etiam dilectio naturalis. Hæc cognatio fit per virgi-
Hierony. nitatem: quia (secundum Hieronymum) angelis co-
gnata est virginitas. Recipiendi enim ad ordinẽ an-
2. Cor. 11 gelorum, debent esse virgines, iuxta illud Pauli: De-
Psalm. 40 spondi vos vni viro virginem castã. Vnde Psalmista
Me autem (inquit) propter innocentiã suscepisti. Itẽ
recipitur facilius, si seruitium aliquod impenderit cõ
uentui. Propterea impendimus præsentem solennita
tem omnibus angelis, & proprio angelo, dño & ami
co fidelissimo, quotidianum obsequium & oẽm reue
rentiam. Sed quia nouitius diu abfuit & errauit, exa
minatur si sit sufficienter doctus, præcipue in fide: q̃a
Heb. 11 sine fide impossibile est placere deo. Vnde ait sanctus
1. Petri. 1 Petrus: Probatio fidei vestræ preciosior sit auro q̊d
per ignem transit. Item examinatur de honestate vi
Philip. 2 tæ. Apostolus: Sitis sine querela, & simplices filij dei
1. Petri. 2 sine reprehensione. Et beatus Petrus ait: Conuersa-
tionem vestram inter gentes habentes bonam. Item
examinatur de bona fama, hæc est humilitas. Vnde
in Canticis dicitur: Nardus mea dedit odorem suum
Cantic. 1 id est, humilitas. Et in Ecclesiastico: In igne probatur
Ecclesi. 2 aurum & argentum, homines vero receptibiles in ca
Prouer. 29 mino humiliationis. Et in Prouerbijs: Humilem spi
Galat. 4 ritu suscipiet gloria. Item interrogatur si sit omnino
liber: qua libertate Christus nos liberauit, vt sit li-
ber à diabolo. Absolutus ab vxore, hoc est à carnali-
bus vitijs, quia ducens vxorem dicit: Non possum ve
Lucæ. 14 nire. Vt non sit debilis incurabiliter per obstinatiam
nec obligatus ad debita pœnæ æternæ per finalem
Isaiæ 42 impœnitentiam. Talis recipitur, vt Isaias ait: Ecce
seruus meus, suscipiam eum. Post hoc deponit ve-
Ephesi. 4 stes priores. Apostolus: Deponite pristinam con-
Zachar. 3 uersationem vestram. Tunc dicit abbas. Auferte ab
Lucæ 15 eo vestimenta sordida, & induite mutatorijs. Cito
proferte stolam primam, & induite illum, & date a-

nulum in manu eius, & calciamenta in pedes eius. Tunc monetur nouitius: Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundũ deum creatus est. Deinde celebratur conuiuium, & dicit abbas. Adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur. Et incipiunt epulari. Gaudium est enim angelis dei super vno peccatore pœnitentiam agente. Murmuratoribus autem dicitur: Epulari & gaudere oportet, quia hic filius meus, frater tuus, mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est. Ex hoc habet pro anno probationis totum tempus mortalitatis, vt sit voluntas libera, vt in ECCLESIASTICO scriptum est: Ante hominem bonum & malum, vita & mors, quod placuerit ei, dabitur illi. Interim instruitur nouitius de necessarijs ad vitam angelicam, quam cupit profiteri quam debet diligenter tenere & practicare: alias tolletur impius, ne videat regnum dei. Itaque angeli sunt puri. Et nouitius monetur apud Isaiam: Lauamini, mundi estote, quia nihil inquinatum intrabit in ordinem ANGELORVM. Sed beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Sunt simplices. Sit ita nouitius, quia abbas libenter cum talibus loquitur, sicut in PROVERBIIS dicitur: Cum simplicibus sermocinatio eius. Angeli seruant ordinem suum: sic nouitius maneat in ea vocatione qua vocatus est apud deum. Breuiter angeli viuunt pacifice inter se amicabiliter, humiliter, obediẽter, socialiter & gaudenter, nunquam se à deo auertunt, sed semper eius contemplationi, amori, & laudationi vacant. In ijs & similibus exercet se nouitius bonus die ac nocte feruenter, & nõ somnolenter nec desidiose, qa scit ꝙ maledictus est q facit opus dei fraudulenter, vel desidiose, vel negligenter. Beatus

Ephes. 4

Lucæ 15.

Eccle. 15

Isai. 26

Isai. 1

Apocal. 21

Prouer. 3

1. Cor. 7

Ierem. 48

Ille nouitius, qui perseuerauerit vsq; in finem, qa sal
Matth.10 uus erit, & recipet coronam vitæ cum probatus fue
Iacob.1 rit, & permittetur ad professionem post aim probati
onis mortalitatis huius in ingressu regni, in præsen
tia domini abbatis, magni dei & procuratoris sui do
mini Iesu Christi, ac pijssimæ matris eius, in conuen
tu omnium angelorum, præsentibus hospitibus omi
bus sanctis, & professis, & dicet omnibus intelligen
tibus: Ego promitto q; diligo dominum deum meum
ex toto corde meo. Quod non potest impleri in hac
Augustin. vita, sed in futura secundum Augustinum. Tūc erit
Matth.22 homo, sicut angeli dei in cœlo. Et assignabitur ei pro
fesso triplex locus. Primo in capitulo, vbi habebit
vocem rogandi pro amicis suis, & recognoscendi cul
pam suam, non cum tristitia & confusione, sed cum
infinito gaudio, eo q; euasit damnationem: & in suā
gloriam, quia pœnituit. Secundo in refectorio æter
næ fruitionis, sicut ait apud sanctum Lucam: Ego di
spono vobis regnum, vt edatis & bibatis super men
Lucæ 22 sam meam. Et hoc secundum exigentiam meritorū.
Genesi.43 Vt habetur in Genesi: Sederunt coram Ioseph primo
genitus iuxta primogenita sua. Tertio in choro an
Psalm.29 gelorum deum laudantium. Psalmista: Exaltabo te
Augustin. domine, quoniam suscepisti me. Augustinus: Vide
Bernard. bimus sine tædio, amabimus sine modo, & laudabi
mus sine termino. Bernardus: Ibi erit charitas lex, fi
lius rex, assidua occupatio, dei laudatio.

¶ Ad quem finem homo creatus sit, & quomodo angelis debeat confor mari. Exhortatio V.

IN resurrectione neq; nubent, neq; nubentur, sed
Matth.22 sunt sicut angeli dei in cœlo. Matthæi.22. Lucas re
fert in Actibus q; Sadducæi non credebant resur
rectiōem mortuorum, putabant enim q; resurrectio

mortuorum non poterat fieri nisi ad vitam animalē & ad actus venereos exercendos, Ex quo sequeretur inconueniens maximum, quia posset ex hoc conseq ꝙ vna mulier habitura esset septem viros in futuro seculo, & istud inconueniens dño nostro Iesu Christo obiecerunt, qui arguit eos imperitiæ & stoliditatis, dicens: Erratis, nescientes scripturas, neq; virtutem dei. In resurrectione enim neq; nubent, neq; nubētur, sed erunt sicut angeli dei in cœlo. Reuera nobilioris conditionis est homo quàm ipsi putabāt, nec est animalis tantum, sed etiam spiritualis, & cum pure spiritualibus deputandus. Vnde dicit sanctus Bonauentura: Cum primum principium sit in producēdo potentissimum, sapientissimum & optimum, & in omnibus effectibus suis hoc aliquo modo manifestet potissime hoc debuit manifestare in vltimo effectu & nobilissimo (cuiusmodi est homo) quem inter cæteras creaturas produxit vltimo, vt in hoc potissime appareret & reluceret diuinorum operum consummatio. Ergo non condidit hominem ad vitam præsentem tantum, sed etiam ad futuram. De quo ait idē cap. 9. Cum primum principium sit beatissimum & beneuolentissimum, ideo summa beneuolentia beatitudinem suam communicat, & ideo non tantum spiritum angelicum fecit beatificabilem, sed etiam spiritū humanum. Est enim anima (vt idem ait in eodem) forma intelligens non tantum creaturam, sed etiam creatricem essentiam. Illa autem est vita angelica & cœlestis. Sed quia plures angeli de cœlo propter suā prauitatem ceciderunt, cauendum est nobis ne similiter à nostra nobilitate decidamus, & bonis cœlestibus priuemur. Nullus ad societatem angelorum admittetur, nisi qui se ipsis in præsenti vita conformauerit. Similitudo enim angelorum nobis promittitur ergo oportet ꝙ nos aptemus ad recipiendum similitudinem ipsorum, Natura angelica nobis non promittī

Matth. 22

Lib. 2. Breuiloquij. Capite 10

tur nec est desiderabilis, quia esset cõtra salutẽ nostrã. Oporteret em̃ naturam nostram totaliter corrumpi si deberet mutari in aliam. Et quamuis multa sint valde quæ requiruntur vt conformemur angelicis spiritibus, tamen pauca quæ occurrunt pro veneratione tantæ solennitatis & salutari commonitione volo sub breuitate vestræ charitati proponere, de quibus debetis ꝓpensius cogitare. Primo angeli non nubent, neq; nubentur. Sic animæ nostræ nec nubere debent, nec nubentur, nec alia quæ ad talia requiruntur, vt sunt comedere & bibere, debent desiderare vltra naturæ simplicem necessitatem, ne inquinentur immundicijs quæ in huiusmodi sunt. Quod si ministerium propagandæ prolis pro conseruatione speciei humanæ naturæ aliquibus secularibus hominibus impositum, in hoc ipso deo & vniuerso seruientibus peragatur, quod est reuera graue iugum, & per ingressum ordinis à ceruicibus nostris misericorditer ablatum est, quanquam interdum vel naturali impulsu, vel dæmoniaca tentatione, siue in die, siue in nocte ab huiuscemodi iugo lacessimur & fatigamur, hoc inquam ministerium vel iugum, & etiam comedere & bibere non spectat ad animas, nec etiam deformes efficit, aut à consortio angelorum alienas, nisi per affectum & consensum submiserint se miseræ & immundæ seruituti, sed spectat ad corpus quod nobis infirmis, tanquam iumentum vsui nostro necessarium ad explendum opera animæ naturalia, ad intelligendum & cognoscendum particularia, & cætera, accommodatum est, & commissum vt nutriamus, ne ante tempus deficiat, & custodiamus ne infirmet & opera onstra quibus angelicam fortitudinem & vitam promereri possemus, impediantur, aut intermittantur, & regamus ipsum, scilicet corpus suum dictamen rectæ rationis, & diuinum imperium. Quia vero nos monachi non debemus seruire in conserua

tione humanę speciei, plenissime iumentum nostrum ab eo seruitio cohibere debemus. Comedere vero & bibere, quia nedum pro conseruatione speciei necessaria sunt, sed etiam indiuidui, tenemur iumento nostro cibum indulgere & potum, sed parce & sobrie: quia natura indiuidua paucis contenta est, & iuxta beati Apostoli monita, non in desiderijs, quia affectus cibi & potus, & superabundantia eorum atque delitiæ impediunt ministerium ad quod vocati sumus, quod inter ecclesiastica ministeria nobiliori ministerio angelorum (scilicet deo assistere) vicinius est. Debemus enim continue assistere diuinæ præsentiæ, per iugem memoriam deum attendendo, & per intelligentiam aspiciendo, & per voluntatem intendendo & afficiendo, & consequenter ex amore & charitate laudando, benedicendo, honorando & glorificando. Hæc omnia strenue, id est, secundum Bernardũ, hilariter cũ iubilo, & reuerenter cũ timore & tremore peragere debemns, & intercedere pro vniuerso genere humano. Istud ministerium est angelorum deo assistentium officio vicinius. Nec obstat, si anima melioribus intenta, iumento nostro, scilicet corpori, aliquid carnale per cogitationes vel alias acciderit contra animæ voluntatem & consensum. De hoc ponit venerabilis cancellarius Gerson exemplum, de quodam ducente iumentum suum per aulam regiam, quod iumentum etiam aulam fœdauit, quo facto ductor erubuit, de hoc reprehensus fuit, quia non ipse, sed iumentum fœditatem fecerat. Sic non inquinabitur mens, quicquid carni acciderit, nisi de consensu voluntatis. Idcirco non debemus erubescere de immunditia carnis nostræ, nec offendit conspectum dei nec angelorum, sed humilitatis & cõpunctionis materiam subministrat. In conspectu igitur angelorum psallamus deo nostro, & laudemus eũ quãdiu sumus in vita nostra, iuxta Psalm. monita, alte

1. Tim. 4

Gerson.

Psalm. 137

distincte, intelligibiliter, morose, cum debitis pausis. Nec putemus nos solos esse. Adest dominus maiestatis, adest tota curia cœlestis, adest vniuersus mundus nihil obsunt parietes qui nos claudere videntur, neminem enim ab illa charitatiua generali communione excludunt. Vide frater quid agas, qualem te exhibeas, res tua agitur, & quidem seriosa valde. Milia
Daniel. 7 milium ministrant ei, & decies milies centena milia assistunt ei, & tu (inquit Bernardus) sedere præsumis? hoc est, acediose adesse audes, quia tepidus es, vt dormis, vel parcis voci, non viriliter cantando, vel leuitates exerces, vel alios contristas diuersis modis, vt voluntarie à deo te auertis, aliena cogitando, vel tractando. Sic non fecerunt sancti angeli, quibus vis cõformari, quando suam confirmationem in gloria & gratia promeruerunt, sed laudauerunt deum sicut a-
Iob. 38 stra matutina, & iubilauerunt sicut filij dei, id est, in principio suæ creationis, & clare, & etiam ex filiali amore & reuerentia. O si videremus oculis corporalibus dominum nostrum Iesum Christum. & piã matrem eius, cum alijs sanctis & angelis in corporibus assumptis (quibus tamen in omni oratione nostra assistamus) vtiq; ardentiores nos exhiberemus. Secundo angeli quibus debemus conformari, sunt purissimi ab omni contagione peccati. Sic mundemus nos ab omni peccato. Peccata præterita (ad quæ nulla se extendit potẽtia, quin oporteat ea esse facta) deleamus per veram pœnitentiam, & non nocebunt, nec oberunt in hac conformitate angelica, sed obtinebimus cum angelis innocentiam: & si non primam, tamẽ restitutam. Futura caueamus, ita q; quamuis sine vllo peccato veniali viuere non possumus, saltem ex certa scientia, & cum proposito ea non agamus, quę nouerimus esse peccata, licet venialia. Quia scienter ea agere, valde debilitat hanc conformitatem. Tertio, angeli quos visitant sua præsentia lætificant, sed dæ-

mones quos visitant, cõtristant. Sic præsentia nostra debet confratribus esse læta & recreatiua, non onerosa, quales sunt illi qui non dicunt aliquid ridiculũ, & dicentibus molesti sunt, & ideo tales vitiosi sunt, & dicuntur duri & agrestes, vt Philosophus dicit 4. Ethicorum. Nihilominus ioci nostri debent congruere personæ, tempori, & loco, vt sint honore digni, nec sint in operibus aut verbis turpibus, vel nociuis, nec modum excedant. Vnde Ambr. in libro de officijs ait. Caueamus ne dum relaxare animum volumus, soluamus omnem harmoniam, quasi concentũ quẽdam bonorum operum. Quarto angeli quando recedunt, non relinquunt post se sicut dæmones fœtorẽ. Sic charissimi fratres præsentes viuamus, vt cum recesserimus ex hac vita, non post nos fœtorem malæ famæ (quantum in nobis est) relinquamus: quia scãdala hic relicta semper augẽt authoribus eorum pœnam accidentalem in inferno semper existentibus (secundum sanctos doctores) & bona exempla augent meritum accidentale authoribus eorum existentibus in cœlo. Pessimum peccatum est scandalũ, id est, malum exemplum, vt in hodierno patet euangelio. Idcirco monemur per Ecclesiasticum, curã habere de bono nomine. Quinto angeli tenent suum ordinem in perpetuum. Sic nos in perpetuitate huius vitæ, seruemus ordinem quẽ professi sumus sub graui testificatione, nec contemnamus per temerarias transgressiones parua, vel magna in eo contenta, vt in his & alijs similibus hic angelis conformati, alicui angelorum ordini aliquando inseri mereamur.

Philosop.

Ambros.

Ecclesi. 41

¶Vitia esse multa quæ ab angelis difformes nos faciunt. Exhortatio VI.

ERunt sicut angeli dei in cœlis. Matth. 22. Cũ constet ipsam veritatem dominũ Iesum Christum dei filium, saluatorem nostrum hæc ver-

ba dixisse de nobis hominibus infirmis,mortalibus, miseris &infelicibus,deberent vtiq; nos ea credētes efficaciter mouere ad relinquenda terrena omnia, carnalia & vana.Deberent etiam nos ad amorem cœlestium inflammare, vbi tanta nobis perpetua dignitas atque felicitas,cum angelicis spiritibus præparatur. Vbi autem non sequuntur talis motio & amor, signum est modicæ & tepidæ fidei . Non simus ingrati diuinæ pietati, dignantissime nobis talem honorem promittenti.De qua pietate dicit Bernardus:
Bernard. O quanta dei pietas , vt nos vermiculi in numero angelorum debeamus computari , Moti vero & inflammati spe tantæ beatitudinis , tendamus ad eos, moribus eorum atque virtutibus nos conformando vt in peruentione similes eis esse mereamur. Nisi em̄ in hac vita eis conformemur , in futura similes eis non erimus .. Videamus ergo vel in paucis quales sint,quorum nobis similitudo promittitur . Nihil habent sancti angeli de carne,cum sint purissimi spiritus & immateriales.Sic spiritus noster carnalia vitia nesciat:gulam dico atque luxuriam. Et si naturali necessitate propter vnionem cum carne ea sentiat spiritus noster,non tamen consentiat, & proderit ei ad ornatum &meritum,&non oberit. Item angeli sunt purissimi,nec vnquam peccauerunt , neque peccare poterunt inæternum.Non sunt superbi, non ambitiosi,non quærunt quæ sua sunt,sed solum deum,in iubilando & laudando eum,non sunt acediosi nec tepidi,sed feruentes,non sunt inuidiosi, nec odio aliquē persequuntur, sed amore pleni sunt . Res in aperto est,non ingredietur templum domini,nec ciuitatem
Sapient. 8 dei aliquid coinquinatum.Mundet ergo se,&caueat à peccatis,qui similitudinem cupit habere cum spiritibus beatis. Item beati angeli sunt simplices, sine dolo. Tales nos esse decet, vt fiduciam habere apud do
Prouer. 10 minum angelorum mereamur.Dicit enim in Prouer

bijs: Qui ambulat simpliciter, hoc est, qui viuit sine dolo, ambulat confidenter. Et cum talibus sermocinatio domini est. Hinc est quod vir iustus Iob, ad quem sermo domini copiosus habitus est (qui tanta fidutia gloriabatur apud deum, vt diceret: Etiam si occiderit me, in eum sperabo) simplex fuisse describitur, id est, sine plica dolositatis & falsitatis. Quantae autem aestimationis est, vt is qui personam Christi Iesu repraesentabat, simplex fuisse describitur? Quid nobis hoc innuit, nisi quod nemo ad Christum pertinet, nisi simplex? Idcirco Apostolus Petrus monet fratres, vt deponant omnem dolum. Sic faciatis & vos charissimi, nec aliud ostendatis foris, & aliud occultetis intus, non foris videamini blandi, & intus sitis asperi, in facie lenes, & intus duri, in verbis compassiui & amici, intus vero hostes crudeles, in praesentia quasi pacifici, & in absentia inter fratres seminantes discordias. Hi enim tales verba & facta praesidentium obseruant, & postea (ipsis ignorantibus) quasi textum commentantur, apponentes quae placent, & dimittentes quae displicent secundum voluntatem eorum peruersam, singula peruertentes, & aliter quam dicta vel facta sunt, narrantes, pondera grauia leuibus appendentes, & plumam leuem ad pondus centum talentorum reducentes. Hi tales falsarij, similes sunt testibus falsis, de quibus fertur in euangelio, quod erant falsi testes, quia verba & sensum mutabant verbornm CHRISTI. Dato etiam quod bene repetissent verba Christi, & sententiam, tamen possent dici falsi testes alia ratione, scilicet ex falsa intentione, quia nitebantur procurare necem innocentis. Similiter est de istis, qui intendunt animos subditorum contra suos PRAELATOS suscitare. Istorum verba bilinguium & susurronum videntur quasi simplicia, sed ipsa

Prouer. 3
Iob. 13
Iob. 1
1. Petri. 2
Lucae 23
Pro. 18. 2

peruениunt vſq; ad interiora ventris, imò ad intima cordis, videntur ſimplicia, quia videntur ſine plica doloſitatis, quia ſimulant ſe loqui ex zelo iuſtitiæ & propter bonum illius cui loquuntur, ſed intendũt
Ecclesi. 28 nocere valde. Tales maledicuntur in Eccleſiaſtico, vbi dicitur: Suſurro & bilinguis maledictus: Multos enim turbauit pacem habentes. Ad euitandũ mala linguæ, impoſitum eſt nobis Carthuſienſibus ſilentium perpetuum. Solummodo permittitur interdũ loqui de bonis. Verba vero angelorum, non diſcordiam, ſed pacem ſonuerunt. Imitantur autem eos, q ſunt ex parte eorum, ſcilicet ſimplices. Auguſtinus:
Auguſtin. Simplex obtrectare non nouit, inuidere neſcit, ſuo contentus eſt, aliena non quærit. Ideo ſimplices hæreditabunt terram, ſcilicet viuentium in beatitudine
Ecclesi. 11 ſanctorum angelorum. Eccleſiaſticus: Simplicitas iuſti, diriget eos ad beatitudinem. Et iterum: Qui ambulat ſimpliciter, ſaluus erit in futuro. Sed terribile
Ecclesi. 28
Ecclesi. 11
eſt quod ſequitur: Supplantatio, id eſt, duplicitas perverſorum, vaſtabit illos, in pœna inferni, & aliquando etiã propter hoc deſtruuntur in vita præſenti. Itẽ ſancti angeli viuunt ordinabiliter, qa vnuſquiſq; in
Dionyſius Ariopag. ſuo ordine perſeuerat. Dionyſius Ariopagita: Non eſt phas, quod quis operari præſumat, quod ad ſuum ordinem vel officium non ſpectat. Imitemur fratres ſanctos angelos, & ordinate nos habeamus. Ordinẽ noſtrum teneamus, hoc eſt, ſecundum ſtatuta noſtra viuamus. Alterius officium non ambiamus, nec de eius factis nos intromittamus, niſi quãtum charitas vel obediẽtia, vel communis vtilitas (ſalua pace) ad-
Zacha. 2 mittunt, quia & ſancti angeli mutuo iuuiſſe & miniſtraſſe leguntur. Sicut autem malus eſt ordo, quando præſidens negligit officium ſuum, & præcipue curam animarũ, ſic eſt inordinatio mala, quando ſubditi non obediunt, & de officio pſidẽtis ſe intromit-
Hebr. 13 tunt. Contra primum monet Apoſtolus: Obedite pr-

positis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, vt cũ gaudio hoc faciant, id est, gaudentes de profectu vestro, & nõ gementes, scilicet pro defectu vestro. Ideo subdit. Hoc enim non expedit vobis, quia est contra salutem subditorum. Contra secundum habetur in statutis nostris, vbi de monacho dicitur: quod de dispositionibus & negotijs, totiusq; domus cura, nulla se curiositate intromittat. Non enim expedit incolæ cellæ nosse huiusmodi: cum etiam totius domus paci contrarium sit. Notate hoc fratres, & ordinate vos secundum ea, quia alibi committitur visitatoribus, q; monachos, & alias domorum personas, quæ se de administratione domorum intromittunt, dure comprehendant & corripiant. Cellita vero debet ordinate intendere negotijs cellæ, quorum principale atq; finale est munditia, vel puritas cordis. Ad quod nõ minus, sed peramplius præsidens tãquam sequester inter deum & conuentum, confugere debet omni tẽpore, vt mens eius thronus dei esse valeat, à quo cũcta tam temporalia quàm spiritualia mirabiliter atq; salubriter dispensentur. Ideo dicit statutum. Prior neforte temporalium rerum cura ac solicitudine prę grauatus, spiritalibus minus possit intẽdere, tales singulis obedientijs fratres sataget deputare, quorum eas fidei secure valeat credere. Itaq; charissimi (secundum hortamenta Apostoli) omnia honeste & secundum ordinem fiant in nobis. Dominus enim omnia creata in certo ordine constituit. Idcirco optimus & maximus ordo est in beatis, quorum beatitudo in debito ordine consistit. Fratres audite. Quicunq; turbauerit ordinem nostrum, & conuentum, portabit iudicium cum Lucifero, qui turbauit conuentum cœlestem, & ordinem, & cecidit cum complicibus suis in infernum, vbi nullus est ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

1.Cor.14
Isaiæ. 14
Iob. 10

Angelorum officia erga nos, quomodoque nos debeamus in eorum conspectu psallere.

Exhortatio VII.

IN conspectu angelorum psallam tibi deus meus. Psalmo 137. In conspectu angelorum, hoc est, in notitia angelorum. In quocunque loco psallimus deo, ipsi assunt, ipsi intuentur, ipsi cognoscunt, quales sumus, quid agimus, & qualiter agimus. Vt autem hæc angelorum notitia atque conspectus efficacius moueat, est hic annotandum, quod angeli sunt puræ intellectualis naturæ. Idcirco in cognitione sua non cõuertunt se ad phantasmata, nec intelligunt syllogisando, hoc est, discurrendo de vno cognito ad aliud cognoscendum, vel componendo, vel diuidendo, sicut nos facimus, in quibus multæ fallaciæ contingunt, & ideo sæpe fallimur, & ad intelligentiã non peruenimus, etiã post multos labores, sed ipsi angeli intelligendo cognoscunt. Idcirco nunquã falluntur, quia teste Augustino, nil intelligitur nisi verum. Et Philosophus 3. de Anima dicit. Intellectus semper est verus & verorum. Dupliciter autem intelligunt. Vno modo naturaliter, conuertendo se ad species intelligibiles eis inditas & concreatas, res intelligibiles perfecte præsentantes. Exempli gratia. Per speciem intelligibilem hominis eis cõcreatam, intelligunt & cognoscunt sine vllo labore oĩa quæ sunt de natura hũana & quæ ei conueniunt, & quæ ei non conueniunt. Simili modo cognoscunt omnes angelos, & omnes cõcreaturas, & seipsas in essentia sua. Sufficit hoc tetigisse de naturali cognitione. Alio modo intelligunt beatifice, quæ cognitio est incomparabiliter perfectior. Itaque videndo diuinam essentiam in verbo illo in-

Augustin.

commutabili substantiali, intelligunt & cognoscunt simul omnes creaturas secūdum essentias & naturas earum atq; rationes earū vnica specie intelligibili. Hoc est quod dicit August. 15. de ciuitat. dei. In patria inquit non erunt volubiles nostræ cogitationes ab aliis in alia euntes atq; redeuntes, sed oēm scientiā nostram simul vno conspectu videbimus. Istam vero cognitionem in verbo semper habent angeli sancti actu, & nunquam in potentia. Quia beatitudo in actu consistit, & non in habitu. Vt etiam Philosophus testatur primo Ethicorum. Hæc de supernaturali cognitione angelorum dicta sufficiant. Ex ijs charissimi maiora & ampliora colligite & quid sit esse in cōspectu angelorum, formidulosius cogitate. Qui cum sint nobilissimæ naturæ, ita quod omnem corporalem naturam & humanam etiam in Christo, longe antecedant, nobis tamen immundis, & peccatoribus ingratis (nimia charitate deuicti) ministrare, assistere & ad salutem consulere & collaborare non dedignātur, & præcipue in diuinis laudibus. Naturale est em̄ quod simile suo simili sociatur. Agricola agricolæ iūgitur, doctor doctori, tractant fabrilia fabri. Proprium officium angelorum est laudare deum. Idcirco nobis officium eorum discentibus & exercitantibus (cum hoc maxime in nobis diligunt, quod in seipsis amant) libenter assistunt, imo & præueniunt nos, incitando nos ad laudes diuinas, sicut scriptum est: Præuenerunt principes coniuncti psallentibus. Notate fratres, quod dicitur psallentibus. Dicit Apostolus: Psallam spiritu, psallam & mente. Spiritus (inquit Iohannes) est deus & eum qui adorant eum in spiritu & veritate oportet adorare. Deus non indiget strepitibus oris, aut clamoribus vocis, nec ijs delectantur sancti angeli. Si in psallendo mens desit & SPIRITVS (nisi humana fragilitas excusset) potius insanire dici possumus quàm psalle-

Augustin. Psalm. 67 1. Cor. 14 Iohan. 4 1. Cor. 14

re. Et iuxta sanctum Basilium, magis deum ad iram
Basilius. prouocamus, quàm placamus. Cum ergo psalmis & hymnis oratis deum (inquit Augustinus in Regula) hoc versetur in corde, quod profertur in ore. Audiant hoc qui ex proposito euagantur. Si vero (inquit sanctus Basilius) debilitatus à peccato, fixe nequis orare, quantumcunque potes teipsum cohibeas, & deus ignoscit, eo quod non ex negligentia sed ex fragilitate non potes (vt oportet) assistere coram deo. Negligentia ergo condemnatur. Vnde Hieremias ait: Maledictus homo qui facit opus dei negligenter, iuxta vnam translationem. Negligentes ergò displicent deo, & sanctis angelis eius, similiter desidiosi, somnolenti, pigri, parcentes vocibus, & omnes acediosi. Dicit Bernardus: Milia milium ministrant ei, & decies milies centena milia assistunt ei, & tu sedere praesumis? id est, acediari. Quapropter monet idem, quòd semper strenue, hoc est hilariter ac reuerenter diuinis laudibus insistamus. Angelis quippe suis mādauit de te ô homo, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Tāto dignum honore deus duxit hominem. Merito gratias cum reuerentia retribuere debet deo in cōspectu angelorum eius, imò & ipsis angelis sibi ministrantibus. O si oculi interiores forent tantae efficaciae quātae sunt exteriores, quid faceremus? Forte fugeremus à facie gloriae maiestatis dei, & angelorum eius. Ex quo ergo dum deo psallimus semper in conspectu angelorum, & praecipue proprij angeli, psallimus cum reuerentia, attendamus eos, & simus vigiles atque deuoti, verba spiritussancti virili voce resonantes. Nemo se excuset, dicendo, vox mea non iuuat chorum

Augustin.

Hiere. 48

Bernard.

Psalm. 90

Marc. 12

Duo minuta pauperis viduae respexit deus potius quàm magna munera diuitum. Conatum & possibilitatem cum bona voluntate respicit deus magis, quàm inundantiam vocis naturalis. Imò iuuant voces minores chorum plurimum, quia praeter hoc quod debitum

implent, etiam inter sonantes voces, dulcedinem cā-tui præbent, quemadmodum stellæ minores quę non videntur, firmamentum illustrant, & galaxiam lacte-am viam parant. Maxime attendamus eum cui psal-limus, cui omnia nostra clarius quàm angelis parent. Sicut credimus nos ab eo videri (quæ credulitas sæ-pe sterilis est) ita conemur per gratiam eius sentire respectum eius, qui fœcūdissimus est. Hinc secundum monita Apostoli, seruiamus (illi placētes) cum metu & reuerentia. Talium choris libenter intersunt an-geli sancti. Coniunguntur enim psallentibus in me-dio iuuencularum tympanistriarum, vt dicitur in Psal. Iuuenculæ enim sunt timoratæ, reuerentiales, deuo-tæ, pulchræ, splendidæ, ornatæ, fœcundæ, tympani-stæ. Et significant animas sanctas psallentes domino in timore, & exultantes ei cum tremore, deuotas per resignationem voluntatis in diuinum beneplacitum pulchras per prudētiam, splendidas per sapientiā: q̄a monētur psallere sapienter, ornatas per virtutes, fœ-cundas, per merita, tympanistas per mortificatiōem carnis. Et sicut talibus libenter assunt sancti angeli, & ministrant in vita, ita tales defendent in morte, & deferent ad gloriam. Narrat sanctus Anselmus in li-bro de Similibus, quòd quidam monachus sui mona-sterij post mortem apparens dixit. Ter vrsus inua-sit me, sed vrsarius domini dei liberauit me. Appella-uit autem vrsum diabolum, & vrsarium sanctum Mi-chaelem archangelum. Inuasit autem eum diabolus, volens eum deducere in desperationem propter com-missa peccata. Primo, propter peccata commissa ante baptismum, propter quæ dum penè desperaret, san-ctus Michael incitauit eum ad spem, dicens illa p̄ ba-ptismum fuisse remissa. Secundo propter peccata cō-missa ante religionis ingressum, propter quæ dū tur-baretur, sanctus Michael confortauit eum, dicens il-la per religionis ingressum condonata fuisse. Tertio

Hebr. 12

Psalm. 67

Psalm. 2

Psalm. 46

Anselmus

propter peccata commissa in religione, propter quæ dum anxie fluctuaret, consolatus est eum sanctus Michael, dicens illa per austeritatem religionis, & mortificationem voluntatis, & patientiam in ægritudine fore dimissa. Sic defensus ac confortatus fuit ille ab angelo, ne periret. Quod vero angeli animas sanctorum ad gloriam deferant, patet de sancto Lazaro, de sancto Martino, & alijs multis. Sic itaq; fratres dum viuimus, in cōspectu angelorum psallamus: vt in morte ab eis defendi, & post mortem in cœlum deferri mereamur.

¶De angelorum natura, gratia & gloria & de scandalo actiuo & passiuo. Exhortatio VIII.

IN angelis suis reperit prauitatem. Iob. 4. Venerabilem memoriam facit hodie ecclesia principis sui cœlestis sancti scilicet Michaelis archangeli. Sicut enim ante aduētum dñi idem extiterat princeps populi dei, prout in Daniele habetur, ita secundum dicta sanctorum doctorum, nunc est princeps ecclesiæ. Et quia singulis filijs ecclesię specialis patronus angelicus pro ipsorum custodia deputatus est, pro tanto beneficio ecclesiæ atq; humano generi collato, deo collatori, & principi Michaeli, cæterisq; ministrantibus nobis angelicis spiritibus debitas gratiarū actiones impēdimus. Vniuersis nihilominus cœlestis curię purissimis spiritibus cultum ac venerationem dignissimam exhibemus, laudantes & glorificantes deum qui ipsos tantæ nobilitatis effecit, vt sint omnino purissimi, nulli corporeæ naturæ alligati, omnino liberi, dei similitudine excellentissime decorati. Puræ intelligentiæ, semper actu intelligentes, non tamen abstrahendo à phantasmatibus (sicut homines faciunt) sed ad species omnium rerum ipsis concreatas

Daniel. 10

se conuertendo. Vnde semper intelligunt veritatem Nec falluntur vnquam in cognitione naturali, nec impediuntur, nec retardantur in suo actu intelligibili, quia non intelligunt discurrendo, colligendo notitiam vnius ex cognitione alterius, sed statim in illis quæ primo naturaliter cognoscunt, inspiciunt omia quæcumque in eis cognosci possunt. In principijs enim cognoscunt omnes conclusiones quæ ex illis inferri possunt. Et in causis vident omnes effectus. Et econtrario, in effectibus vident causas. Vident id est, cognoscunt. Non autem cognitione veritatis ignotæ syllogisando acquirunt. Sunt etiam nobilissimæ voluntatis, affectionis atque dilectionis. Porro nobilitas naturæ ipsorum effugit cognitionem humanam. Nos enim (vt ita dixerim) comparamur ad ipsos sicut vermiculus, aut talpa reptãs ad volantem auem. Naturalia tamen eorum beatos ipsos efficere non potuerunt. Indiguerunt igitur auxilio supernaturali, id est, gratia dei, quæ nobilior est omni creato, quia est quædam participatio diuinæ naturæ, atquæ consortium, per quam meritorie mouẽtur in supernaturale bonum, id est, deum voluntate consentiente, & libero arbitrio agẽte. Et quia sunt spiritus purissimi, sine impedimento in instanti & sine tempore mouenẽ in quod mouentur. Et quia sunt indiuisibilis naturæ, totaliter mouẽẽ in q̃d mouenẽ. Et quia totaliter mouenẽ, idcirco motus ille iterari non potest. Itaq; postquam gratiam receperunt, siue in creatione (vt quidam volunt) siue in primo instanti post creationem (vt alij dicunt) statim in primo instanti sequenti domino deo suo, creatori suo, conseruatori suo, gratificatori suo, fidelissime inhæserunt. & æternam felicitatem promeruerunt, & confirmatiõem inamissibilem obtinuerunt. Tunc illa astra cœli deum laudauerunt, & oẽs filij dei effecti glorificatori suo iubilauerũt, vt testaẽ dñs ad Iob: Iob. 38

Et quia ſecundum nobilitatem naturę angelicæ, ipſię data eſt nobilitas & maioritas gratiæ, conſequuta eſt etiam ſingulis nobilitas diuerſa gloriæ. Quæ diuerſitas mirum in modum exornat cœleſtem curiam. Diuerſitas quippe rerum eſt decor vniuerſi. O nobilitas naturæ O nobilitas gratiæ. O nobilitas gloriæ. O nobiliſſima innocentia, nunquam peccato violata. Pro tanta felicitate in hac gratiſſima ſolennitate, ipſis beatiſſimis ſpiritibus congaudemus, eorum ſuffragia ambimus, & ſocietatem concupiſcimus. Sed heus inter tanta bona & dona ſua, atque benedictiones dominus creator optimus, in angelis repperit prauitatem. Primus enim angelus omium (prout ſolennior eſt opinio) in ſuperbiam elatus, contempſit motum gratiæ, volens (ſine gratia) ex ſuis nobilibus naturalibus habere beatitudinem & gloriam. Hoc conſonat dicto Anſelmi, dicentis: Quod angelus peccans appetijt illud, ad quod perueniſſet ſi ſtetiſſet. Sed in veritate non ſtetit, vt ait dominus in euangelio: ſed quaſi fulgur prę velocitate ſuperbiæ cecidit de cœlo Potuit tamen eſſe, quòd aliquid aliud petierit, & ex conſequenti aliquem principatum, ad quem virtute ſuæ naturæ poterat peruenire, auertens appetitũ ſuũ à beatitudine ſupernaturali. Ad prauum autem hoc deſiderium ſuum, ſua perſuaſione allexit & inflexit conſenſum multorum angelorum, qui conſenſerunt ipſi, & eum in ſua peruerſitate ad hæc in principem habere maluerunt, vt ſcilicet virtute naturali ſuã vltimam beatitudinem conſequerentur, quàm ꝙ deo ſubderentur, per eius auxilium beatitudinem conſequuturi. Hoc ſcandalum fecit angelus primus in cœlo verbo & facto. Facto, prout iam dictum eſt, quia ꝑ ſuperbiam auertit ſe ab auxilio diuino, volendo beatitudinem, alijs videntibus. Verbo, quia per vim voluntatis ſuæ angelos attentos fecit, & volendo ipſis ſuam voluntatem oſtendit. Hæc enim eſt loquutio

Anſelmus
Iohan. 8
Lucæ 10

angelorum. Idem nos loquẽdo facimus, nisi ꝙ propter imbecillitatẽ virtutis, vel vigoris animæ, & propter corporeitatem indigemus verbis oris, vel signis ad innotescendum mentis conceptum. Fecit hoc scãdalum in cœlo, quia scandalum est dictum, vel factũ minus rectum, præbens alteri occasionem ruinæ. Ve cœlo ã scandalo. Necesse erat quod ibi fierent scandala, quia nolebant humiliari sub deo: Idcirco ruerunt etiam irrecuperabiliter, quia totaliter (sicut spũs indiuisibiles) se auerterunt, & superbia eorum (q deũ oderunt) ascendit semper. Hæc sunt duo peccata diabolo propria, superbia & inuidia. Odium sequitur ex inuidia. Inuidit deo diabolus, quod sua dãnatiõe & ruina vtitur ad gloriam suam deus. Inuidet homini quod ascendit vnde ipse cecidit. Alia peccata non conueniunt diabolo, nisi per reatum. Reus enim efficitur, eo quod desiderat, suadet & cooperatur hominibus vt carnalia, & alia peccata faciant. Auertat deus optimus, ne aliquis sit in hac sancta congregatiõe qui scandalum præstare velit: Væ etenim ex euangelio imminet illi qui scandalisauerit vnum, qualia ergo deteriora erunt illi qui scandalisauerit plurimos, & præcipue religiosos, adhuc pusillos, incipientes crescere in vita spirituali? Inueniuntur heu nonnulli in congregationibus religiosorum deũ colentium, q cum cæteris appellantur fratres, ea veritate qua diabolus in cœlo appellabatur angelus, qui imitatores illius facti, superbia, ambitione atq; inuidia excæcati, putant se bene agere, & subditos ab obediẽtia & amore superiorum (dei vices gerentium) auertere conantur. Et interdum eis se per seruitium & familiarẽ applausum subdunt, quorum vitam detestantur, ea intẽtione, vt in peruerso proposito ipsis sint in adminiculum. Detrahunt, peruerse iudicant, opinata pro certis referunt, leuia grauant, breuia extẽdunt, & omne tempus in meditatione maligni consilij expendunt.

Scandalũ quid.

Matth. 18

& nonnunquam omnes dies vitę ipsorum perdunt. Quid istos, nisi terrestres dæmones dixerim? Pro exercitio bonorum & probatione, deus in ecclesia sua tales sustinet. Ipse autem deus optimus à nobis tales auertat. Vos autem charissimi, nolite (etiam si datū fuerit) recipere scandalum, vt propter verba vel facta minus bona auertamini à diuinis mandatis, & ordinis nostri sancti obseruantijs, & declinetis in peccata. Hæc esset magna pusillanimitas. Sed sitis magni & constantis animi in sancto arrepto proposito vestro, memores ꝙ angeli ex passo scandalo facti sunt dæmones. Semper mali fuerunt cum bonis. Pro breui informatione scitote quòd scandalum pręstitum vel actiuum dicitur, quando aliquis intendit verbis vel factis aliquem inducere ad peccatum, vel si non intendat, tamen ità peccat, scilicet publice, vel aliqd facit quod natum est alios ad peccatum inducere, vel habet speciem malā, etiam si non sit malum. Ab omni
1. Thess. 5. specie mala abstinete vos, dicit Apostolus. Passiuum scandalum dicitur, quando aliquis ex malo exemplo labitur in peccatum. Quidam tamen peiorantur & scandalisantur propter bona facta, puta quia seruāt mandata dei, vel ordinis. Et hoc est scandalum malignoꝝ, & appellatur pharisæoꝝ, quod in euangelio
Matth. 15 dominus contemnendum docuit. Oportet tamen interdū non necessaria ad salutē bona facta differre, donec infirmitas & ignorantia pusillorum instruatur, ne scandalum patiantur ex bonis factis. Charissimi, me moneo primum, & seniores in ordine mecum, demus iunioribus filijs nostris bonum exemplum. Scādalum nostrum maxime nocet. Dicunt doctores nostri, quòd pœna Arrij in inferno semp crescit, propter scandalū q̊d præstitit in ecclesia. Vos iuniores charissimi filij, nolite scandalisari, si lapsi fuerimus. Nitimur em̄ resurgere. Bona autem imitamini semp. Sæpe etiam putamur male agere, cum bene

fecerimus. Oẽs aũt ita viuamus vt posteris nostris bonum exemplum relinquamus, vt cum apparuerimus inter angelos & filios dei, non reperiat deus in nobis sicut in angelis suis prauitatem.

¶De angelorum malorum, quos mali imitantur monachi, ruina. Exhortatio .IX.

ECce qui seruiũt ei nõ sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem. Iob. 4 Festum agimus sancti Michaelis hodie fratres & omnium angelorum, laudantes deum quod creauit illas nobilissimas creaturas, & congaudentes eisdem ꝙ per dei gratiam & bonam suam volũtatem euaserunt lapsum & perditionem maloꝝ angelorum, & cõsequuti sunt stabilitatem, & confirmatiõem in bono & felicitatem æternam. Et merito ipsis congaudemꝰ quia ipsi super nostra pœnitentia & salute gaudent, socios suæ beatitudinis, & ciues cœlestes omnes nos esse cupientes. Quorum, & si non naturam vel innocentiam (cum ipsi nunq̃ displicuerunt, neq; offenderunt deũ sicut nos) tñ similitudinem dñs repromisit nobis dicendo, quod erimus sicut angeli dei in cœlis Matth. 22
Quod veraciter eueniet ĳs, qui studuerint se in præsenti vita angelis similiari. Quapropter in retroactis annis monui charitatem vestram fratres, vt toto conamine satageretis hanc nobilissimam in vobis similitudinem exprimere. Nunc autem placet similitudinem proponere malorum angelorum, vt caueatis, ne in ruinam & perditionem cum ipsis veniatis. Nõ debemus esse securi, sed semper pauidi, quia in præallegato themate dicitur: Ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles & in A N G E L I S suis reperit prauitatem, Et sequitur in textu, Quanto:

magis qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, &cæt. Innuit quòd erunt homines magis in bono instabiles, & reperientur in prauitate. Timeamus ergo fratres, & caute agamus, vt malorum angelorum similitudinem euadamus. Ecce qui seruiunt ei, id est, angeli, non sunt stabiles. Huic dicto

Iohann. 8 attestatur veritas apud Iohannem dicens: Ille in veritate non stetit, in debita obedientia ad deum. Res enim dicuntur veræ inquantum conformantur veritati primæ, à qua veritate prima deuiauit diabolus per superbiam. Et nos fratres, tunc sumus veraciter homines, quando ratione regulamur, tūc sumus vere Christiani, quando Christo per omnia conformamur, tunc sumus veri monachi & Carthusienses, qñ vitam ducimus Carthusianam, à qua veritate si deficimus, in veritate cum diabolo non stamus: quia istę veritates in prima veritate radicantur. Quia ergo diabolus in veritate non stetit, id est non permāsit, factus est instabilis. Intelligimus autem clare ex ijs verbis, ꝙ angelus malus, id est, diabolus aliquando (saltem ad momētum) steterit, quia nemo efficitur instabilis, aut cadit, nisi qui stat, ergo diabolus non est malus creatus, aut malus per naturam, sed per culpam, imo omnes spiritus angelici creati fuerunt in gratia Et quia excellentius homines ad imaginem dei creati erant, debebant in actum liberi arbitrij procedere ad promerendum secundum liberam electionē. Et quia omnis creatura siue intellectualis, vt angelus siue rationalis, vt homo, si in sola natura consideretur, potest peccare (nisi per gratiam diuinam adiuuetur) quidam eorum (per gratiam adiuti) elegerunt libere bonum incommutabile, scilicet deum, & statim cōfirmati sunt in gratia, & perpetue beatificati. Quidam vero elegerunt peruerse bonum commutabile, vel si incommutabile bonum, tamen peruerse, puta sine diuina gratia, volentes per sua naturalia obtine-

re quod per dei gratiam promeretur. Et hoc conso-nat dictis Anselmi, q dicit, φ appetijt illud ad q̃d per-uenisset, si stetisset. Siue ergo bonum commutabile pro vltimo fine beatitudinis elegerit (ad quod pro-pria virtute peruenire poterat) siue bonum incõmu-tabile sine gratia dei desiderauerit, vtrumq; tamen p suam virtutem habere voluit, quod est propriũ dei: & ex hoc etiam consequutũ est quod appetijt aliquẽ principatum super alia habere, & sic dei similitudinẽ ambiuit: volens in hoc similis esse altissimo. Non enĩ appetere potuit similitudinem dei per naturam siue essentiam, quia per hoc appetisset suum non esse, cũ nulla natura transire potest in aliam naturã sine sui totali corruptiõe, quod a nulla creatura est appetibi-le. Appetijt igitur diabolus dei similitudinem peruer-se. Et quia liberum arbitrium angeli est flexibile ad vtrumq; oppositorum ante electionem, & non post, ita φ post electionem apprehendit immobiliter & ad-hæret fixe (quemadmodum homo post mortem ap-prehendit & hæret, & sicut ante mortem apprehen-dit homo prima principia immobiliter & fixe adhæ-ret) Idcirco diabolus obstinatus est in malo, nec po-test relinquere quod apprehendit, nec deserere quod elegit & dilexit. O charissimi fratres, caueamus hanc similitudinem. Humanum est peccare, sed diabolicũ perseuerare. De communi cursu, quando aliquis mo-nachus efficitur in professione, quasi a nouo creatur in gratia, cum remissione plenaria omnium pecca-torum. Et est ipsa professio quasi secũdus baptismus, (nisi aliquis obicem posuerit) secundum sententiam sancti Bernardi, sancti Thomæ, & aliorum. Sed inue-niuntur interdum nonnulli, quando debent secun-dum professionem suam in actum & operationẽ pro-cedere, contra professionem suam instabiles efficiũ-tur, & per superbiam ab obediẽtia recedũt, proterui & pertinaces in malitia sua, & obstinati. Sunt mona-

Anselmus.

chi qui cum deberent eligere & requirere incommutabile bonum pro fine vltimo, & locare in illo amorē suum, & totum gaudium, conuertuntur ad bonū cōmutabile, puta honorem, libertatem, consolationes carnales, & seculares, atq; similia, quæ vt consequi possunt, quærunt principatum, alijs nituntur præesse, propria æstimatione se præ cæteris digniores existimant, & ad ipsorum fauorem alios precibus, muneribus atq; promissis pertrahunt. Ex hoc oriuntur scādala multa in monasterijs, sicut ex superbia Luciferi scandala orta fuerunt in cœlis. Torquetur etiam diabolus inuidens quod deus suo peccato vtitur & vertit ad suam gloriam, & quod homo beatitudinem cōsequitur humilis, quam ipse amisit superbus. Hæc ergo duo peccata insunt dæmonibus secundum affectū Secundum reatum vero omnia peccata in dæmonibus esse contingit: quia dum hoīes ad omnia peccata inducunt, omnium peccatorum reatum incurrunt. Quia aūt diabolus dicitur, quasi deorsum ruens, merito per superbiā (ambiēdo principatum) improuide ruentes, diaboli dicunt. Et quia Sathan aduersarius dicitur, merito qui bonis fratribus aduersant & turbant, sathan appellat. Quia vero dęmon dicit sciens merito ij qui scientijs conquirendis (contemptis alijs necessarijs ad salutem) curiose & indiscrete studium impendunt, dæmones appellantur. Quia vero Leuiathan additamentum dicitur, merito qui peccatum peccato, & transgressiones regulæ, vel statutorum transgressionibus addunt, penè nihil curantes statuta, vel ordinatiōes patrum, Leuiathan appellantur. Sunt & alia malorum angelorum nomina, de quibus non est nunc dicendum per singula. Hæc tamen fratres propterea perstringendo commemoraui, vt excitem corda vestra vigilare cōtra aduersarium vestrum ne similes ei efficiamini, & inueniat deus in vobis seruis suis instabilitatem & prauitatem.

¶Malorum angelorum vitia quæ sint. Exhortatio X.

QVI facit concordiam in sublimibus suis, nunquid est numerus militũ eius? Iob.26. Hodie solennem festiuitatem facimus omnium beatorum spirituum pure intellectualium. Hi sunt sublimes milites dei. Qui cum sint innumerabiles, hoc est, in superexcessiuo numero, secundum quod in scripturis res etiam corporeæ, sicut magnus exercitus, vel stellæ cœli, aut certe arenæ maris, dicuntur innumerabiles, cum tamen sint ei numerabiles & numerati, qui omnia condidit in numero, tamen ipsi in innumerabili numero existentes, & in vna familia dei, sunt inter se concordes & pacifici per oẽm modum. Hoc inter mortales non est, quia mortales adhuc sunt in via, tendentes ad finem. Milites vero dei sunt in termino. Quando tamen erant omnes spiritus intellectuales simul creati, & in statu merendi, orta fuit inter eos magna discordia, contentio, schisma, bellum, rixa, seditio, & scandalum. Quę malos spiritus reiecit, tanquã indignos regno dei. Quos autem præsciuit & prædestinauit, & elegit in filios suos deus antequam crearet, ex misericordia sua infinita, & gratia, concordes effecit & pacificos, ipsis consentiẽtibus, & per liberum arbitrium (a deo motum) cooperantibus ipsosq; in bono confirmauit. Beati ergo sunt illi purissimi spiritus, q concorditer suũ superiorem cum om̃imoda humillima subiectiõe, cognouerunt, p amorẽ inhæserũt, p cultũ coluerunt, p obedientiam seruierunt. Quater igitur beati, & adhuc ter beati, qui nunq̃ deo displicuerunt, nũquam offenderunt, semper placuerunt. Ad horum felicissimam societatẽ, imo parilitatem, ne dicã & maioritatem, vocauit nos deus, inuidente p̃uaricatore spũ. Sed verũ

est quod cantat nobis quotidie Dauid: Non habi-
Psalm.5 tabit iuxta deum malignus, nec permanebunt iniu-
sti ante oculos eius. Caueamus ergo præuaricatorum
spirituum vitia, si voluerimus euadere ruinã, discor-
diam, contentionem, schisma, bellum, rixam, seditio
nem & scandalum. Hæc enim omnia in ipsis fuerunt
quando ceciderunt, licet non ita proprie, sicut hæc vi
tia sunt in hominibus. Conemur vero in nobis per
dei gratiam experiri & possidere effectus hos chari-
tatis cum beatissimis spiritibus, scilicet concordiam
& pacem, vt per hæc terrestres angeli, imo & dei filij
merito appellari mereamur. Vbicunq; enim in con-
gregatione inueniuntur concordia & pax, non ho-
minum, sed angelorum conuentus ab hominibus ac-
clamatur, à deo vero dei filij nuncupantur. Vbi vero
dissidium regnat, dæmones appellantur. Propter mu
tabilitatem liberi arbitrij nostri, possunt præfata cõ-
traria per vicissitudinem nobis inesse. Ecce de dono
dei, hæc præsens magna congregatio, monastica fru
itur concordia & pace. Testantur hoc chartæ visita
torum nostrorum. Sed caueamus, non simus torpẽ
tes aut præsumentes, callidus & fortis est qui nos per
sequitur, nouit ꝙ deus in angelis suis reperit prauita
Iob.4 tem, scit ꝙ Iesus in discipulis suis inuenit contentio-
Lucæ 22 nem, qui dij appellantur, quanto fortius hæc inueni
Iohan.25 entur in homine: qui putredo est & vermis? Præua-
ricator spiritus nomine diabolus, plenus inuidia, ve-
nenata vitia præscripta, omni nititur nobis spiritua
libus viris, doloso conatu infundere. Quæ vt securi-
us euadamus, expedit eorum vt naturas clari⁹ agno
scamus. Occasionem do, vos autem qui verbi huius
vsuras soluetis, studeatis ea melius agnoscere, & fun
ditus euadere, quæ nondum ex me prædicante didi
cistis. Concordia sonat diuersorum cordium vnionẽ
Discordia vero disgregationẽ. Quæ disgregatio vel
discordia, quandoq; fit ex proposito, quando scilicet

aliquis intendit sciēter discordare vel à bono diuino, vel à bono proximi, vbi tamen deberet consentire & concordare. Et quia hoc contrariatur charitati dei & proximi, idcirco de genere & natura sua talis discordia est mortale peccatum, nisi forte essent primi motus huius discordiæ, & propter imperfectiōem actus talia forent venialia. Hoc attendere deberent omnes qui votare habent in curijs principum, in senatu ciuitatum, & aliarum cœtu communitatum, & in congregatione religiosorum conuentuum. Non oportet semper eligere optimum. Sufficit eligere bonū Quando ergo à regente proponitur q̄d bonum est, siue diuinum, siue humanum, propter deum tantum, vel propter deum & proximum simul, tunc dignum est q̄ ei concordetur. Sed dicet aliquis: Aliud est melius, ergo magis eligendum. Respondetur: Non oportet quod melius est eligere, sed sufficit bonum eligere: imò interdum quod apparet melius non est melius, sed peius. Fit ergo ex isto q̄ quis suum sentire p̄fert inordinate alijs, quod spectat ad superbiam, vel vult videri aliquid posse contra alios, vel præsidentē quod spectat ad inanem gloriam. Et propterea discordia à beato Gregorio 31. Moraliū dicitur filia inanis gloriæ. Potest tamen oriri ex inuidia, quando aliquis recedit per discordiam à voluntate alterius, de cuius gloria, vel profectu, vel lætitia tristatur. Hæc odibilis discordia sicut quondam cœlum, ita nunc terram deuastat. Quandoq; vero fit discordia præter intentionem discordandi. puta cum intentio aliquorum tendit ad aliquod bonum, vel diuinum, vel humanum, id est, proximi, & vnus æstimat hoc esse bonum, alius vero habet opinionem contrariam, talis discordia non est peccatum, nisi esset cum errore circa ea q̄ sunt de necessitate salutis, vel cum pertinacia indebita, quæ pertinacia esset damnabilis. Concordia enim quæ est charitatis effectus, est vnio voluntatis, cui

Gregor.

contrariatur discordia, non vnio opinionum. Sicut autem discordia contrarietatem importat in voluntate, ita contentio contrarietatem importat in loquutione. Quæ cum fit cum impugnatione veritatis, & inordinato modo, est peccatum mortale. Et hoc modo diffinit Ambrosius contentionem, dicens. Contentio est impugnatio veritatis cum fiducia clamoris. Si autem contentio dicatur impugnatio falsitatis cum debito modo acrimoniæ, tunc est laudabilis & meritoria. Si vero desit debitus aut ordinatus modus, sic potest esse veniale peccatum, nisi tantus excessus foret, quod generaretur scandalum. Propterea monet Apostolus: Noli verbis contendere, ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersionem audientium. Angeli non vtuntur verbis, sed tamen habent loquutionem intellectualem, qua instanti temporis contendebant. Notandum quod tam in angelis quàm etiam in hominibus, soli mali dicuntur discordes & contentiosi, non aūt boni, quamuis resistendo malis discordent atq; contendant. Fugiamus hæc vitia fratres: quia (testante Apostolo) qui talia agunt, regnum dei non consequentur. Tamen quibusdam religiosis imprudentib⁹ & vanis, qui sibi videntur aliquid esse, cum nihil sint sunt satis familiaria. Schisma secundum Isidorum, à scissura animorum vocatum est. Idcirco schismatici proprie dicuntur qui propria sponte & intentiõe se ab vnitate ecclesiæ separant, quam charitas facit. quæ non solū alteram personam alteri vnit spirituali dilectionis vinculo, sed etiam totam ecclesiā in vnitate spūs connectit vni capiti.i. Christo, & eius vicario, summo pontifici. Huic capiti sc; pontifici, nolentes subesse, nec mēbris ecclesiæ ipsi subiectis communicare, schismatici dicūtur. Hæc scissura fuit in malis spiritibus, qui volebant similes esse altissimo, ꝙd est non subesse, nec volebant bonis spiritibus cōmunicare in charitate. Pariformiter in congregatione si

Ambrosi. Contētio quid.

2. Thi. 2

Galatas. 5

Schisma. Schismatici.

delium & monasteriorum, qui nolunt subesse praelato seu praesidenti, nec charitatiue cum fratribus viuere, schismatici sunt. Orat Apostolus Paulus fratres, dicens: Oro vos fratres per nomen domini nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis oēs, & non sint in vobis schismata. Et iterum: Audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo. Nam oportet & haereses esse, vt & qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. Vbi innuit Apostolus adhuc aliam peiorem scissuram quàm est schisma, sc; haeresim, q̄ separat nedum ab ecclesiae charitate, sed etiam fide. Quae scissurae nō nocent electis, sed conferunt salutem, sicut scissura malorum angelorum non nocuit bonis, sed gloriam praestitit & laudem. Bellum est, qñ multitudines se inuadūt authoritate superiorum. Rixa est q̄ddam priuatum bellum, quod inter priuatas personas agitur, non ex aliqua publica authoritate, sed magis ex inordinata voluntate, quando sc; ex ira inuicem se percutiunt, & qui talia agunt, regnum dei non consequent. Licet tamen vim vi repellere, cum moderamine inculpatae tutelae, non tamen animo vindicandi, vel interficiendi, vel grauiter laedendi, nec ex odio, & caet. Patet ex his, quòd sicut praecedentia vitia important contrarietatem in voluntate, in verbis, & in subtractione obedientiae & communionis, ita ista duo important cōtrarietatem in factis. Quae etiam fuerunt in angelis, licet non adeo proprie sicut in hominibus sunt. Mali bonos inuaserunt, boni se defenderunt & praeualuerunt, & à regno coeli malos expulerunt, iuxta illud: Factum est praelium in coelo, & caeter. & hoc quoad bellum. Quo ad rixam, videte omnes picturas, & inuenietis daemones arma non habere, sed amisisse. Bonos ANGELOS videbitis gladijs & crucibus, exacutis cuspidibus percutere, vulnerare atque depellere. Rixa longe sit à nobis, ne pugnis inuicem inuadamus. Seruū dei non licet litigare, multo

1. Cor. 1
1. Cor. 11
Bellum.
Rixa.
Galat. 5
Apocal. 12
2. Tim. 2

minus percutere. Bellum & si non geramus corpore, caueamus ne consentiamus mente, & reos nos cõstituamus omnium in bello occisorum.

Seditio. Seditio (teste beato Gregorio) ad ciues pertinet. Et est quædam discordia, non vnius ad vnum, sed partium multitudinis ad inuicem. Schisma spiritualium, seditio verò partium tẽporalium. Schisma vnitati opponitur ecclesiasticæ, seditio vnitati opponitur multitudinis secularis, vel temporalis, & præparationem ad pugnã corporalem importat. Hoc peccatum testante eodem, nõ solum est in eo qui discordiam seminat, sed etiam in eis qui inordinate ab inuicem dissentiunt. Detestatur

2.Cor.12 Apostolus vitium hoc in fratribus. Et vltra odium

Prouer.6 sex vitiorum, anima domini detestatur eum qui seminat inter fratres discordiam, vt dicitur in prouerbijs

Scandalũ. Tales sunt cum seditiosis præuaricatoribus spiritibus terrestres dæmones. Scandalum est dictum vel factũ minus rectum, præbens occasionem ruinæ. Minus rectum dicitur, quod deficit à rectitudine, quia vel est secundum se malum, sicut est peccatum, vel quia habet speciem mali. Et quãdo aliquis per hoc intendit alium inducere ad peccatum, tunc vocatur scandalũ actiuum per se, & contrariatur directe charitati proximi. Est etiam scandalum actiuum, quando aliquis non intendit quidem aliquem inducere ad peccatum tamen talia loquitur & agit minus bona, vnde alius capit occasionem peccandi. Stolidus est, qui propter mala verba vel facta aliorum, præcipitat se in peccata. Malitiosus est, qui etiam ex bonis verbis & bene actis proximi, occasionem accipit delinquendi. Hoc vero dicitur scandalum passiuum. Hęc scandala in angelis fuerunt, cum cæteris pręscriptis vitijs. Quę studiose euadamus, ne post ipsos cadamus. Teneamus vero concordiam cum sublimibus militibus dei, vt cum ipsis stabiles inueniri mereamur, & æterna felicitate munerari.

¶ Quomodo amor permaxime angelicis spiritibus nos assimilet. Exhortatio XI.

ERunt sicut angeli dei in cœlo. Matt. 22 Verbis istis promittitur nobis hominibus in resurrectione non æqualitas naturalis angelorum (quę fieri sine nostrę naturæ corruptione non posset) sed similitudo. Quæ similitudo dabitur pro merito. Necessarium est ergo, quod ante resurrectionem aptemus nos, quatenus excellentiæ tantæ dignitatis (sc; similitudinis angelicæ) participes esse possimus. Quia vero multa sunt, quæ nos similes angelis efficiunt, vnum tamen pro præsenti sufficit vtcunq; tractare, in quo permaxime angelicis spiritibus nos assimilare & conformare debemus. Est autem amor. Amor vero in angelicis spiritibus bonis semper fuit purissimus, quia solum deum super omnia purissime dilexerunt, quamuis secundum diuersitatem doni gratiæ & meritorum, diuersi in ipsis amoris gradus extiterunt. Omnes equidem beatissimi angelici spiritus diuino ardent amore: differenter tamen, quia secundum gratiam & meritum vnus erit altero in gloria præstantior. Quæ diuersitas, in maximam cedet dei gloriam, & suæ maiestatis ostensionem. Similis differentia erit in beatis hominibus. Ab ardenti hoc amore possent omnes angeli dici seraphin: quanquam ille sacratissimus ordo hoc sibi nomen retinuit, in quo per excellentiam hic ardentissimus amor reperitur. Hunc amorem filius dei de cœlo descendens, secum aduexit, & in terram effudit, sicut testatur, dicens: Lucæ. 12
Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt accendatur? Fratres mei, festinemus accendi illo igne vt angelis in terra similes effecti, cum eis in cœlo bea

te viuere valeamus. Hic ignis exurere debet in nobis omnem dissimilitudinem. Cæteris vero dissimilitudinibus omissis, de solis amoris dissimilitudinibus loquamur. Sunt enim in nobis multi amores, qui in spiritibus angelicis non reperiuntur. Primus est amor secularis, diligens hoc seculum. Vt vero fructuosius loquamur, ad nosipsos sermonem conuertamus. Inueniuntur religiosi, qui quærunt & diligunt res mundi, pecunias prætextu cuiuscunq; necessitatis vel licentiæ, superflua in vestibus, in vtensilibus, in ædificiis, in curiositatibus cellarum, & similibus diuersis & multis contra votum paupertatis, quæ omnia deberent ipsis esse crux, & non delectatio, iuxta sententiam Apostoli, dicentis: Mihi mundus crucifixus est & ego mundo. Alij appetunt hominibus placere, ab eis laudari ac venerari, ambiunt officia & dignitates. Contra illos dicitur in Psalmo: Qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam deus spreuit eos. Et Apostolus dicit: Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Insuper circa hæc ita occupantur, q; diuinum officium negligunt, missas sacras omittentes, chorum frequenter exeuntes, & ab eo se absentantes, contra regulam sancti Benedicti, dicentis: Nihil præponendum diuino officio. Secundus est amor carnalis, quærens carnem ob libidinem. Hic amor sanctum Dauid ad speciem Bethsabeę pręuenit incautum, præuentum dissoluit, dissolutum obruit. Hic eius filium Amnon in amplexus sororis incendit, & Salomonem ardentissime affecit, sapientiam quoque eius absorbuit. Hic Zodomitas fœdissimos sulphure & igne complutos, in barahtrum deiecit. Hic (secũdũ sententiam Pauli) molles, seipsos maculãtes, à regno dei alienos effecit. Hic amor turpissimus est, & indignus nomine amoris, sed est potius idolum amoris & insania. Huic iunguntur duæ periculosæ pedissequæ, scilicet amor sensualis, & amor familiaris, à qui

Galat. 6

Psalm. 52

Galat. 1

Benedict.

2. Reg. 11

2. Reg. 13

3. Reg. 11

Genesi. 19

1. Cor. 6

bus religiosus quisque diligentissime abstinere debet. Hi sub specie pietatis, & religiosi profectus, exemplis Christi atque sanctorum, verbis quoque scripturarum fucati & fulti, honestate quadam ficta, religiosos incautos accedunt, & se charitatem appellant, & cum tempus oportunum aduenerit, charitatem falsam in veram carnalitatem vertunt. Inde sequuntur illiciti carnis motus, & fœda alia, de quibus venerabilis Gerson plura conscripsit. Amor quippe sensualis semper mollia & suauia suggerit, iucunda, voluptuosa, & delicata libenter amplectitur: socium forma elegantem & pulchrum libenter intuetur, in sermone suauem ac venustiorem libenter auscultat, præsentia & suauitate morum eius pascitur. Amor familiaris (hæc est familiaritas) maioritatem nescit, verecundiã abiicit, securitatem pollicetur, amplexus & tactus suadet. Non sunt ergo hæ pedissequæ sine periculo incautis, & adhuc carnalibus. Vnusquisque nouit vnde solicitetur animus, & frequenter tentetur, inquit Hieronymus. Melius est igitur & securius, quod manus, pes, oculus, hoc est, incauta cũ hoĩbus cõuersatio sensualis & familiaris à nobis proiiciantur, quàm periclitemur cum ipsis. Hic enim carnalis amor multos religiosos eiecit à monasteriis in barathrum damnationis. Turpissimum est in cuculla, & sub cilicio quærere carnis delitias. Tanta fœdissima turpitudo ad angelorum consortium nequaquam ascendet. Fortissime monache & miles Christi, custodi vigilantissime omnes sensus tuos à curiositate & vanis delectationibus, & nulli sis familiaris, nisi domino deo tuo, cui te vouisti, & sanctis angelis eius cœli ciuibus, qui domino deo nunquam peccauerunt, nunquam displicuerunt, sed semper placuerunt. His te conforma. Tertius est amor naturalis, quo quis seipsum, parentes, cognatos & domesticos diligit. De hoc amore dicit beatus GREGORIVS, quod sunt

Hierony.

Gregor.

nonnulli qui diligunt proximos, sed per affectum cognationis & carnis, quibus tamen in hac dilectiōe sacra eloquia non contradicūt: sed aliud est quod sponte impēditur naturæ, aliud quod præceptis dominicis ex charitate debetur obedientiæ. Hi nimirū & proximum diligunt, & tamen illa sublimia dilectionis præmia non assequūtur, quia amorem suum non spiritaliter, sed carnaliter impendunt. Hæc ille. Ecce hic amor quàm vicinus est carnali amori, idcirco angelis non est communis. Hic amor (nisi bene & fortissime regatur) retrahit à melioribus bonis, ab ingressu religionis, à diuino cultu, à diuinis mandatis, ad condescendendum vitijs interdum pertrahit, & odium inimicorū. Quartus est amor acquisitus, & hoc dupliciter. Primo, ex præsentia & mutua conuersatione. Secundo, ex præstitis beneficijs, in donis, seruitio, fidelitate, amicitia & similibus. Qui amor, licet sit periculosus, est tamen admittendus, ne homo sit ingrat⁹ Cauendū est autem, sicut in præcedēti amore, ita & in isto, ne non tā homini impartiatur, q̃ vitio. Quid enim magis cauendum est, quàm ne delinitus obsequijs, vel muneribus illectus, faueas vitio, vel incuria torpeas? In præfatis amoribus quædam sunt omino mala, inhonesta & turpia, quædam sunt defectuosa & periculosa, quę oportet per ignem spiritus sancti exuri & purgari, quia impediunt nos, ne simus sicut angeli dei in cœlo. Quædam vero sunt admittenda, sed tamen vigilanter regulanda, ne sint aut fiant defectuosa, circa quæ seruetur hæc generalis regula. Omnis amor qui operatur inquietudinem cordis & imaginationes seu phantasmata, præsertim tempore diuinorum & orationum, vel qui anhelare facit ad habendum præsentiam dilecti sui, & ad fabulandum secum & ad videndum eum, hic defectuosus est, & nō charitas, sed potius carnalitas. Quintus est amor rationalis, qui ex consideratione alienæ virtutis oritur

vtputa, cum ob virtuosam vitam quis diligitur, vel excellentem scientiam. Sic suauissimo affectu afficimur cum recordamur sanctorum martyrum victorias, & omnium sanctorum merita & gloriam. Nõ minores etiam, vel ex ingenita natura, vel studiosa exercitationis frequentia, oriuntur in nobis affectus amorosi ad summum bonum diligendũ, quod est summe appetibile. Hic amor communis est nobis & angelicis spiritibus, sed excellentior in ipsis propter naturæ integritatem. Nostra vero natura destituta est viribus suis, vt non valeat ad amorem naturalem exercendum, sicut angelus. Hic tamen amor non saluauit angelos, nec homines saluasset, etiam si integer mansisset, sed amor qui sequitur. Sextus est amor diuinus, & præ sui preciositate charitas appellatur, & fundatur super communicatione æternæ beatitudinis, quæ communis est deo & angelis & hominibus. Hac diligimus deum & proximum. Hęc non est à natura, sed à spiritusancto. Vnde Apostolus ait: Charitas dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritũ sanctum qui datus est nobis. Per hanc boni spiritus auerterunt se à commutabili bono ad bonum incommutabile deum, & meruerunt confirmationem in gratia & gloria. Hanc à deo impetremus, qui dat omnibus petentibus affluenter, & per eam similes erimus angelis dei in cœlo. Ipsa quippe sola est inter oẽs amores, quę spiritum hũanum à culpa educit, quæ in via conducit, quæ ad dilectum adducit, quæ dilectum dilecto copulat, & summo deo coadunat, & in societate angelorum perpetuat.

Roman. 5

¶Angelorum bonorum nobilitas naturalis, eorundẽq; ministeria. Exhor. XII

QVi facis angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem vrentem. Psalm. 103. Pro commendatiõe præsentis solennitatis, aliquid

de verbis Psalmi iam commemoratis tractemus. Cõmendantur enim in illis verbis sancti angeli (quorum memoriam venerabilem hodie agimus) de excellentia naturæ suæ, quia dicuntur esse spiritus. Cõmendãtur de ministerio quod deo impendunt & nobis ministrando, & spiritualis vrens ignis. Quo ad primum sciendum, ꝙ angeli sancti sunt nobilissimæ naturæ, quia sunt intellectuales. Inter omnia enim creata spiritus præcellit omia corporalia, quia spiritus est deo simillimus, cum ipsemet deus sit spiritus, sicut testatẽ

Iohan.4 apud Iohannem. Sunt tamen (secundum Gregorium

Gregor. quarto Dialogorum) tres spiritus: Deus inquit, creauit tres spiritus vitales: vnum qui carne tegitur, & cum carne moritur: Alium qui carne tegitur, sed cũ carne non moritur: Tertium, qui carne non tegitur nec moritur. Primus est iumentorum, secundus hominum, tertius angelorum. Ex hoc manifestatur, ꝙ spiritus angelicus nedum corporalia, sed etiam spiritum humanum nobilitate præcellit, quia non est immersus luteo vasi corruptibilis carnis, quod nos portamus. Est etiam angelus simplicis intellectualis naturæ, non indigens in actu intellectus sui inquisitione & compositiõe sicut homo, qui vtitur raciotinati

Genesr.1.2 one & discursu à causa in causatum, antequam intelligat, & etiam phantasmatibus. Angelus creatus est in die lætitiæ, scilicet dominica. Homo vero in die tri

3.Reg. 8 stitiæ, scilicet sexta feria. Angelus nunquam pecca-

2.Paral. 6 uit. De homine autem scriptum est: Non est enim homo qui non peccet, excepta beata virgine dei matre Maria, quæ exaltata est super omnes choros angelorum. Item vnus homo, deo seruiendo vna die plus fatigatur, quàm omnes angeli ab initio mundi: quia

Sapient.9 corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & cæt. Angelus eodem die quo fuit creatus, imo eodem momento quo deo adhęsit, fuit confirmatus in gratia & gloria. Homo vero post multas miserias, & mortem

tandem vix saluatur. Angelus est perspicacissimi intellectus, ita q citissime & plus intelligit q omnes mundi sapientes & doctores. Vnde posset homo in suo actu intellectuali (pro diuersitate hominum) cōparari in velocitate vermiculo reptanti, vel boui incedenti, vel ad multum equo currenti. Angelus vero aui volanti. Habet etiam angelus liberum arbitrium perfectius quàm homo, quia est in bono eligendo cōfirmatus. Homo vero frequenter vertit se ad bonum & ad malum. Item angelus deo suo fidelissime adhæsit, non consentiendo Lucifero, nec socijs eius. Homo vero consensit diabolo, & mundi atq carnis concupiscentijs. Fecit ergo deus angelos suos nobilissimos super omnia creata, & super hominem, quia condidit eum spiritum purum. De cuius speciositate dicit Anselmus. Si vnus angelus staret in cœlo, & ostenderet suam speciositatem, & essent tot soles quot sunt stellæ, vnius angeli speciositas extingueret sua claritate omnes tot soles, sicut modo solis claritas claritatem stellarum. Cuius naturæ substantiam diffinit Damascenus, dicens: Angelus est substantia intellectualis, semp mobilis, id est, semper actu intelligens & volens arbitrio libera, incorporea, deo ministrans, immortalitatem suscipiens secundum gratiam, & non secundum naturam, cuius substantiæ speciem & terminum solus qui creator est, nouit. Et quia in angelis gratia & gloria comitatur naturā, cum natura angelica sit nobilissima, ipsa est etiam gratiosissima & gloriosissima. A qua gloria cecidit Lucifer cum socijs suis per vnum peccatum superbiæ, nec attendit deus eius pulchritudinē & nobilitatē, &c. sed scdm dictū S. Petri, angelis peccātibus non pepercit. O tu frater immūde & vilis, supbe & pterue, qd cogitas fiet de te q es puluis & cinis? Certe nisi in pœnitentia humiliatus fueris, ac pia Christi passio succurrerit, æternaliter cum superbis dæmonibus damnaberis. Secūdo

1. Petri. 4
Genesi. 1
Anselm.
Damasc.
Isaiæ 14
2. Petri. 2
Genesi. 3

in verbis thematis commendantur sancti angeli, quia
Hebræ. 1 ministrāt deo & nobis, vt ignis vrens. Sicut enim ignis naturaliter semper calidus est, & cum habuerit materiam aptam, semper vrit, ita sancti angeli semper feruent in diuino amore, & ardenter diuinam voluntatem & beneplacitum exequūtur, iuxta illud Matthęi
Matth, 18 Angeli eorum semper vident faciem patris mei. Quę visio est ipsa beatitudo, cui inseparabiliter iungitur fruitio amorosa, & tertio, & vnitas vel conformitas volūtatis. Quapropter dicitur in Psalmo de exequutione huius volūtatis, quæ est apta materia pro igne
Psalm.102 angelico: Benedicite dño angeli eius, potentes virtute, facientes verbum illius, ministri eius q facitis voluntatem eius. Est autem diuinæ volūtatis, quod sancti angeli nobis ministrant, quia etiam ardenter implēt & potenter, sicut ignis potenter agit in rem combustibilem. Nam angelus tentationem dissoluit, sicut
Actu.12 ignis dissoluit lapides & ferrum, quod figuratur in illo quod angelus dixit Petro: Surge velociter & statim confractæ sunt catenæ eius, & porta ferrea vltro aperta est eis. Ergo charissimi fratres sumamus fiduciam in his tentationibus. Faciet enim dñs
1.Cor. 1 deus per sanctos angelos suos euentum quod aut liberabimur, aut poterimus sustinere. Ipsi enim angeli diligunt nos tanquam cōciues suos, ex quibus ruina malorum angelorum debet restaurari, & vident nostram naturam à suo rege assumptam. Vident denique quod sæpe diabolus in homine rationem seducit, voluntatem allicit, virtutem operatiuam opprimit, de quo
Hieron. Hieron. ait: Neque enim tuta esse posset humana infirmitas inter tot & tantas antiqui hostis insidias, nisi sanctorum angelorum muniretur præsidiis. De quo bea-
Bernard. tus Bernardus etiam cōqueritur, dicens: Vndique bella, vndique tentamenta, nusquam est securitas, imo vbique
1.Petri.5 inimici seueritas, iuxta illud sancti Petri: Aduersarius vester diabolus, circuit tanquam leo rugiens, quęrens

quem deuoret. Quod videntes angeli pleni charitate & feruore dilectionis libentissime nos adiuuãt, & ex toto corde salutem nostram quærũt, & profectui nostro congaudent, iuxta illud Lucæ: Gaudium est angelis dei super vno peccatore pœnitentiam agente. Lucæ 15
Econtra licet contristari non possunt, eo ꝙ iam sunt beati, tamen ad ostendendum pium affectum quẽ erga nos gerunt, quandoq; se contristatos pro peccãtibus ostenderunt. Vnde legitur ꝙ dum quidam nouitius egressus fuisset de ordine, sequebatur eum quidã iuuenis pulcherrimus, qui inquisiuit tristis vnde veniret. Et ille: Quid tibi cura est de mea via? Cui rursus Certe magna cura inest mihi de te, & quasi flens dicebat: Ego eñ sum angelus tibi ad custodiam deputat⁹ & nullus custodiæ meæ deputatus perijt, sed tu vis perire redeundo ad seculum. Qui his compũctus ait: Nec ego peribo, sed reuertar. Qui itẽq; ingressus ordinem, laudabiliter vixit. Nolite ergo fratres charissimi perturbari ꝙ tentamini, vtiq; pro corona cœlesti adipiscenda: cum nemo coronabit̃, nisi qui legitime certauerit, sed confidite in deo patre vestro, & sanctis angelis, quia non relinquent vos, nisi (quod absit) vos per malã voluntatem reliqueritis eos. Proprium eñ est vobis, & spectat ad statum vestrum, ꝙ iuge bellum geratis contra diabolum, & omnes insidias eius, de quo vobis victoriã concedat Iesus Christus dominus angelorum & hoim, qui cum patre & spiritusancto viuit & regnat in secula seculoꝝ, Amẽ. 2. Timo. 2

DE SANCTO IOHANNE Baptista. Titulus secundus.

De sancti Iohannis Baptistæ prædicatione, deque vera humilitate. Exhortatio I.

VOcabis nomen eius Iohannem, Lucæ primo. Magno credo non carere mysterio fratres chariſſimi, quod ab angelo dei puer naſciturus, q̃ tã quam ſeruus præcurrendo dñm, debebat eius aduentum prædicare, regnum dei primus euãgeliſare, & Ieſum ſaluatorem omnium mundo demonſtrare, iubetur Iohannes appellari. Iohannes enim in hebræo

Iohannis interp̃tat. (in quo angelus nuntiauit) Hieronymo ſancto inter

Hierony. pretante, appellatur dei gratia. Quaſi ergo in fronte nuntius gerebat quod nuntiabat, quatenus ex nomine nuntij, omnes ſcire deberemus nõ ob aliquod noſtrum meritum dñm immenſæ maieſtatis formã ſerui in incarnatione aſſumpſiſſe, ſeipſum quoque noſtrum ſaluatorem inſtituiſſe, atq; per paſſionem ſuã cœleſtis regni introitum nobis aperuiſſe, niſi ex mera gratia. Quamuis non abſurde exponi poteſt, puerum idcirco Iohannem (,i. in quo eſt gratia dei) appellari debere, quia eã cumulatius & præ cæteris omnibus excellentius erat recepturus. Quod clarius agnoſcere valemus, ſi ipſi puero collata gratiæ munera ſaltem ſuccinctim colligamus. Ecce à prophetis eſt præ

Iſaiæ.49 nuntiatus, ab euangeliſtis vero omni eum laude pro

Ierem.1 ſequentibus, exhibitus. Ab archãgelo quoq; nõ quo

Malach. 4 libet, ſed ab eodem à quo & Chriſtus erat nuntiãdus eſt annuntiatus. A parentibus infœcũdis ob tẽporis proceſſum & matris ſterilitatẽ ſpiritu ſancto plenus, & ab originali purgatus eſt genitus. Is nondũ natus, Chriſtũ agnouit, & ratiõis vſum accepit. Is mox natus, matris dei manibus exceptus eſt. Is adhuc puer, in magna victus & amictus auſteritate in eremo vitã duxit ſolitariam. Is à deo doctus & miſſus, pœnitẽtiam & regnũ dei docuit, & Chriſtum dominum baptiſauit, & digito demonſtrauit. Is tandẽ propter veritatẽ carcerem ſubijt, & mortẽ ſuſtinuit: & q; inter

natos mulier℞ nemo maior esset, à Christo testimoni um accepit. Ecce q̃ bene Iohannes dicitur, in quo tā ta gratiæ insignia pręfulgent, tñ prærer ea dona quę intrinsecus latent. Quapropter horum initia inruen tes vicini, & alij audientes, merito dixerunt: Quis putas puer iste erit? Et nos fratres de tāta gratia sancto Iohanni data, nec non & toti humano generi con cessa admiremur, & dignas deo laudes referamus. Et sicut veri filij eius, cuius meritis iuuamur, cuius exē plis prouocamur, sub cuius ducatu militamus, stude amus in nobis per quandam similitudinem & imitati onem exprimere, q̃d in patre nostro præcessit. Ecce ego (licet immeritus) angelico functus officio fratres charissimi, veram pœnitentiam deo acceptam, nec non & regnum cœlorum, & Iesum saluatorem vo bis expectantibus denuntio, hæc diuinæ gratiæ non vestris meritis ascribenda: & idcirco non immerito horum nuntio nomen gratiæ est imponendum. Est vero (si quęratur) horum nuntius virtus animi non informis, sed charitate viuificata per spiritum san ctum qui datus est vobis. Ipse enim spiritus testi monium perhibet spiritui vestro, quod vere filij dei estis. Si vero filij, ergo per pœnitentiam reconcilia ti estis, & hæredes regni facti, cohęredes autem Chri sti saluatoris vestri. Impossibile enim est vobis, vt veram pœnitentiam, & regnum cœlorum, & Iesum saluatorem habeatis, nisi præcurrat virtus animi, cui inquirendæ, vel iam habitæ exercendæ quotidie in hac virtutum schola insistitis. Sed vnde vobis ta lis proles, vobis sterilibus & infœcundis, quibus iam tempus innocentiæ ablatum est, nec vis vlla fa ciendi bonum dimissa est? Non est, inquit, qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Certe non aliun de, nisi ex gratia dei virtutem præstante & viuifican te, vt sit meritoria. Et si spes diffiniatur, quod sit certa expectatio futuræ beatitudinis, ex me

Roman. 8

Psalm. 13

Spei diffinio.

ritis & gratia dei proueniens, tamen separando id q̄d in meritis ex parte vestri est à gratia, in comparatio ne æternę beatitudinis, nihil est. Totum ergo gratię ascribendum est quód saluamini. Non tamen intendo proprium vestrum meritum excludere, quod saperet hæresim: sed innuere, si id quod ex parte vestri est mereri poterit, hoc ex gratia esse, sicut ꝙ parentes Iohannis steriles prolem gignerent, materiam ministrantes, nihil profuisset, si dona gratiæ dei non implessent. Ergo virtus animi meritoria nuntians, & spem præstans quód pœnitentia vestra sit deo

Matth. 9
Lucæ. 3

accepta, quód regnum dei appropinquat, quód saluator vester Iesus aduenit quasi in fronte portat, ꝙ hæc omnia ex sola gratia dei proueniunt. Vocate ergo fratres charissimi Iohannem, id est, gratiam, quicquid in virtute animi inuenire poteritis, quia ex gratia totum dabitur vobis quod ex illa scilicet virtute animi speratis. Necessaria valde & salubris hæc monitio omni homini spirituali, & omni custodia seruāda, continue quoque ruminanda, quia proficiētibus & spiritualibus familiaris est elatio: & quanto quis magis profecerit, tanto acrius instat vt radices suas plantet, quantoque magis succiditur, tanto amplius dilatatur, vt hæreat. Potest etiam virtus animi vestri fratres charissimi vocari Iohannes, in qua scilicet est

Osee. 2
Roman. 9
Isaię 54
Galatas. 4

gratia dei per singularem eminentiam. Ecce vos aliquādo non populus dei, nunc autem estis filij dei viuentis, & potest vobis dici illud: Lætare sterilis, quæ non parturiebas. Nunc autem vobis sunt plures filij, & cæter. Et quia omnes iustitiæ hominis sunt quasi

Isaiæ 64
Psalm. 83

pannus menstruatæ, mundatur virtus animi vestri ꝑ ignem sanctispiritus habitantis in vobis, sicut quotidie experimini. Insuper euntes de virtute in virtutē videtis deum deorum Christum dominum adhuc in velamentis sacramentalibus clausum, & exultantes salutatis eūdem. Demū penè a pueritia, imó ab adole

ſcentia iugum domini in deſerto & eremo iſta in au
ſteritate amicti cilicini,& victus abſtinentiarum por Iohann. 1
tatis,ſecundum ſcripturam & antiquam grammati-
cam,omnes facti docibiles dei,miſſi à deo, vt(opere
præcipue)prædiceris pœnitentiam,&regnum dei, &
Ieſum ſaluatorem. Ipſum quoq; dominum Ieſum ba Matth. 3
ptiſatis,cum pie pro expiatione peccatorum ploratis
aut deuotionis lachrymas emittitis. Vltimo huius
clauſtri carcerem non inde exituri vſq; in finem vi
tæ propter Chriſtum(qui veritas eſt)ſubiſtis,&mor Iohan. 14
tificatiõem carnis &ſpiritus propter ipſius amorem
ſuſtinentes à domino(ſi tamen eſtis quod eſſe debe-
tis)ſingulari laude vltra omnes commendari merui-
ſtis,qua ait: Beati mundo corde,quoniam ipſi deum Matthæ. 5
videbunt. Hæc vicini,id eſt,religioſi, & alij,id eſt, ſe-
culares,videntes & audientes ſuper omnia montana
Iudeæ,id eſt,excelſa eccleſiç diuulgant,mirantes,qs
puer iſte erit? Notiſſimum eſt enim, quod tota eccle-
ſia miratur vitam Carthuſianam,& animi virtutem
ſuper virtutes cæterorum. Hæc chariſſimi fratres, q̃
in beatiſſimo patrono noſtro acta ſunt,ſtudui per ſi
militudinem ſuccinctim in vos reflectere,vt ad ea ve
raciter poſſidenda,mentes veſtræ in imitationẽ vir-
tutum tanti ſpiritualis ducis excitentur, & præcipue
virtutis humilitatis,quæ in eo ſingulariter refulſit.
Nemo ergo ſuis meritis aut virtutibus, ſed diuinæ
gratiæ aſcribat quod accepit. Rurſum,nemo de eo
quod ſe à deo recepiſſe cognoſcit,glorietur quaſi nõ 1.Cor. 4
accep rit. Quod fit,quando ita in deo de acceptis bo
nis aliquis gloriatur,quod tamen alij in comparatio
ne ſui ſibi vileſcunt, Cum tamen dona dei habentem
deberent non glorioſum reddere,ſed humilem, & in
oculis proprijs vilem,ingratum & indignum: & ali-
os quoſque ſe meliores reputare. Nemo ergo ſibi ma
gnus vel aliquid eſſe videatur,ſed ſemper ſibijpſi vi-
leſcat. Vnuſquiſq; attendat cogitationes ſuas,q̃ ſug-

gerunt, quod posset esse vtilis in regendo, in docendo in prædicando, in exhortando, in increpando, etiam maiores & rectores ecclesiæ dei, in zelando iustitiam etiam pro tota ecclesia, in operatione miraculorum, sanando infirmos, suscitando mortuos, occulta cordium reuelando, aut futura prædicendo. Hæ sunt inter cætera, tentationes & morosæ cogitationes solitariorum deuotorum, vbi infernalis latet anguis in herba. Norunt tales quod dixi. Semper ergo respectus fiat ad vexilliferum nostrum Iohannem, qui cum Christus putaretur, & magnus seipsum vsque ad calceos humiliauit, non ipse, sed Christus eum magnificauit. Nunquam in tota vita sua signum vel miraculum (testante sancto euangelio) fecit. Militantes sui ducis insignia præferunt. Decet vt nostri ducis insigne humilitatis miraculū sine miraculo fratres charissimi feramus. Hæc est vera disciplina Christiana, & non solummodo Carthusiana, quam sanctus Iohannes à Christo rege didicit, & opere & verbo vox clamantis in deserto prædicauit & docuit.: De qua sanctus Leo Papa ait: Tota Christianæ sapientis tiæ disciplina, non in abundantia verbi, non in astutia disputandi, neque in appetitu laudis & gloriæ, sed in vera & voluntaria humilitate consistit, quam dominus noster Iesus Christus ab vtero matris vsque ad crucis supplicium pro omni fortitudine & elegit & docuit.

Matth. 11
Iohann. 1
Leo Papa.
Humilitas in quo cōsistat.

¶ Dilectissimi fratres discite esse humiles. Magnus est magister in artibus, imo magnus doctor, qui seipsum agnoscit in oculis domini. Nec hoc sufficit, sed oportet quod affectum suum secundum illam cognitionem suipsius formet coram deo. Ad deū spectat dare charitatem, & cætera dona. Ad nos spectat nos veraciter cognitione & affectione humiliare & despicere, nobisipsis vilescere, ex auxilio tamen & dono dei, quia sine ipso nihil possumus.

¶Quomodo Iohannem debeamus imitari,& in quibus monachi martyribus comparandi sint. Exhor.II.

IPSE præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ parare domino plebē perfectā. Luc.1. Naptiuitate beatissimi Iohannis Baptistæ sancta mater ecclesia idcirco cum gaudio & solennitate celebrat, quia adhuc in vtero matris existens, & exinde vsq; ad finem vitæ suæ, ipsi (scilicet ecclesiæ dei) illud gaudiū & illam incunditatem nuntiauit, de qua prophetauit Isaias dicens: Ierusalem surge , & sta in excelso, & vide iucunditatem quæ veniet tibi à deo tuo. Cognouit eñ clausus in vtero deum pro salute ecclesiæ incarnatum, nuntiauit natum, ostendit baptizatum, pœnitentiam prædicauit, regnum cœlorum annuntiauit. Præcessit ergo dominum Iesum, non vt dominus, sed vt famulus & præcursor, ac paranymphus, vt ecclesiam incitaret & ornaret ad occursum sponsi sui & saluatoris: quod erat reuera ecclesiæ in maximum gaudiū. Hoc est q̊d ergo angelus patri Iohannis prædixit: Ipse p̄cedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ parare dño plebem perfectam. Sed quia diuinæ prædestinationi placuit, ꝙ idē Iohānes dux & signifer esset sacri nostri ordinis Carth. congruum & aptū duxi pro spirituali cōmonitione in tāta nostri patroni solennitate vestræ fraternitati impendenda pręfata verba transsumptiue accipere, tanq̄ prælatis & vniuersali ecclesiæ quasi præfati nostri ordini parentibus diceretur: Ipse sc; Iohannes præcedet ante illū, videlicet ordinem Carthu . vel quēlibet alumnū eius in spiritu & in virtute Eliæ. Elias interpretatur deus dñs vel fortis dñs. Vel secundum euangelium Matthæi, Eli interpretatur deus meus, quasi innueret per verba hæc: Ioēs p̄cedet Carthu. in spiritu & virtuosa

Lucæ 1
Lucæ 3
Iohann. 1
Matth. 3
Lucæ 3

Eliæ interpretat.

vita, quæ à domino deo meo forti est, parare domino plebem perfectam, quia Carthusienses sequentes ducem atq; signiferum Iohannem, omnis sanctitatis perfectionem, & omnis consummationis finem adepti sunt, vt testatur sanctus Bernardus. A qua perfectione cũ adhuc nos longe distare videmus & cognoscimus, debemus charissimi fratres ducem nostrum attendere, quo graditur cõsiderare, & toto posse imitari. Et licet multa sint quæ nobis in beatissimo Iohãne imitanda proponuntur, volo tamen solummodo quinq; tangendo perstringere.

Bernard.

¶Primum, est gaudium in eius natiuitate. Hoc in toto ordine & in singulis personis eius iam in parte actum est, & impletur vsq; in finem. Magnum gaudiũ prælatis ecclesiæ & vniuersali ecclesiæ, tanquam parentibus, & religiosis, quasi vicinis & cognatis factũ est, quando ordo Carthusiensis in mundo ortus est. Et simili modo de singulis personis actum est & agitur, quando in inuestitura ac professione in ordine nascuntur. Hęc partim experientia didicimus, & in priuilegijs summorum Pontificum, nec non & in scriptis sancti Bernardi, multorumq; doctorum apertissime legimus. Oremus charissimi, vt hoc gaudium ordinis nostri ex obseruantia regularis disciplinę in ecclesia dei semper pseueret. Et vos fratres vna mecum commoneo, studeamus inuicem tali amicabili, virtuosa conuersatione & affabilitate morem gerere vt semp mutua charitate & pace gaudere mereamur. Aequitas hoc habet, quod in conuersatiõe sua nemo debet alij esse onerosus, vel causa tristitię, sed potius delectabilis & gaudiosus, & causa lætitiæ. Spectat enim hæc virtus ad iustitiam, sicut annexa, & perficit nos sicut cætẽræ virtutes. Nihil commune habet hæc virtus cum dissolutionibus in verbis, in moribus, in factis, vel histrialibus, vel carnalibus delectationibus, Natura æqualibus gaudet, & oĩe simile di

Ecclesi, 13

ligit suum simile. Carnales in carnalibus delectantur & leues & dissoluti in dissolutionibus & leuitatibus. Sed religiosus frater ex conuersatione carnali vel dissoluta confratris sui tristatur. Gaudet autem de spirituali conuersatione fratris sui. Hoc plures nolũt attendere, & contristant confratres suos. Habemus exemplum in Homilia sancti Gregorij, quod vita carnalis & leuis vnius fuit omnibus fratribus valde onerosa. Similiter vita Gordianæ suis sororibus. Greg.

¶Secundum quod imitari debemus in beatissimo Iohanne, est eius pœnitentia, quam à pueritia inchoauit, in solitudine, in silentio & austeritate victus & amictus, prout euangelium aperte testatur in spirituali contemplatiua vita, &cæt. Quapropter dicere poterat Iohannes illud psalm. In terra deserta & inuia & in inaquoso, sic in sancto apparui tibi, vt viderẽ virtutem tuam & gloriam tuam. Itaq; fratres euigilent ad clamorem ducis nostri in deserto mentes nostræ, & toto corde pœnitentiam nos peccatores amplexemur, cum innocentissimum videamus puerum suam carnem austerissime macerasse. Et si in tanta austeritate sicut fecit Iohannes, aut sicut patres nostri primi sanxerunt, nos affligere nequeamus, saltem cõmuni ordinis consuetudine, & præcipue domus propriæ administratione sine murmure contentemur, curam carnis faciendo sine desiderijs. Sub prætextu necessitatis sæpe desideria grassantur. Natura enim paucissimis est contenta. Sed species necessitatis praua desideria occultat. Tamen (vt verbis sancti Hieronymi vtar) nouit vnusquisq; credentium in quo sollicitetur animus, ac sæpe tentetur. Ideo potest vnusquisq; aduertere desideria mala, vtputa, si importune se ingerant diuersis temporibus, & præsertim tẽpore diuinorum, & cum quodam impetu insumẽdi. Hæc desideria castigare deberet effusum & resignatum cor, intuitu diuinæ præsentię. Tamen sicut se ab

Matt. 3. 11
Marc. 1
Lucæ 3
Iohann. 1
Psalm. 62
Roma. 13
Boetius.
Hierony.

ſtinendo beatiſſimus Iohannes caſtigauit, & tamen ſe non dementauit, aut occidit: ſic quiſq; fidelis eius imitator abſtinere debet, vt tamen ſe (qui nihil ſui iuris habet) non reddat communitati inutilem, aut grauem. In obſeruantijs ſolitudinis & ſilentij, exemplo Ioh. ducis noſtri, plus ſolito fratres ſolicitiores ſim⁹ in exercitijs ſpūalibus & contēplatione ardentiores.

¶Tertium quod imitari debemus in beatiſſimo Iohanne, eſt eius prædicatio, & Chriſti baptizatio. Parum prædicamus, tamen pro modulo noſtro, exemplo bono, & interdum verbis alios commoneamus, quia prædicantibus debetur aureola, & ſatagamus vt venientem Ieſum vel in nobis, vel in alijs lachrymis pœnitentiæ, vel deuotionis, vel certe deſiderij cœleſtis baptiſemus.

¶Quartum q̄d in beatiſſimo Iohāne imitari debemus, eſt eius martyrium. Et q̄uis in hoc vſq; ad ſanguinis effuſionem, & reale martyrium modernis tēporibus imitari beatiſſimum Iohannem nō meremur tñ ſecundum ſententiam beati Gregorij in Hom: vt noſtis fratres chariſſimi, veraciter martyres eſſe poſſumus, ſi patientiam in corde cuſtodimus, ſi cōtumelias æquanimiter toleramus, ſi odientem diligimus. Et beatus Hieron. in vita ſanctæ Paulæ ad Euſtochium dicit: Non ſolū effuſio ſanguinis in confeſſione reputatur, ſed deuotæ quoq; mentis immaculata ſeruitus quotidianum martyrium eſt. Hinc dicit beatā Paulam longo martyrio coronatam. Et nuper in antiqua ſcriptura exaratum reperi cuidam Bernardo puta Carthuſiano, intitulatū q̄d ſequit. Qui em̄ monachi nuncupamur, inter martyres cōputamur, ſi q̄d ore vouimus, & corde & opere exequamur. Martyres nempe q̄uis grauia tamē breuia perpeſſi ſunt ſupplicia. Nos vero diuturna patimur grauamina. Clauſtralis em̄ incluſio, regularis obſeruantiæ diſtrictio. veſtium abiectio, deſiderati ſomni frequens interru

Gregor.

Hieron.

ptio, longa choralis statio, prælatorum inuectio, iuge silentium, alienum imperium, crudum cilicium, solitudinis tędium, vile edulium, exile potagium, incessabile aduersus falsos fratres & fictos religiosos bellū, crebra ieiunia, assidua flagella, iuges vigiliæ, quotidianarum horarum excubiæ, insuper confessionis confusio, pœnitentiæ amaritudo, publica coram fratribus obiurgatio, & corporis castigatio, orationum instantia, & lectionum vigilantia, proprię voluntatis resignatio, omnium bonorum renuntiatio, & omnis carnalis voluptatis abdicatio. Hæc omnia sunt magna carnis & animæ cruciamina: & ideo quātum ab auro differt argenti precium, tantum differt ab alijs iustis nostræ remunerationis præmium: Quia alij iusti secundum voluntatē suam deo seruierūt, & q̄d libuit omiserunt, nos vero iugo obedientię subditi, ac regularium præceptorū loris constricti, non nos sed alium imperantem sequimur, vt iumentum sequitur minantem. Christi nanq; animalia sumus, & ideo pascua in dulcedine sua p̄parauit nobis deus. In castris summi regis quasi in præcinctu excubamus, nocte ac die in acie contra hostes carnem, mundum, diabolū, pugnando laboramus. Et ideo dilectissimi habitū nostrū secundū formam dñicæ crucis attendamus, mundum nobis, nosq; mundo crucifixos sciamus, vexillū crucis per patientiā baiulantes. In viā pacis & charitatis properemus, cōtra phalangas vitiorū armis virtutū dimicemus, quatenus victores ad regē glorię læti perueniamus, & in cœlesti curia cū angelorū frequentia triūphantes, penniter cū Christo laureati gaudeamus. ¶Quintum & vltimum, q̄d in beatissimo Iohanne imitari debemus, est quod meruit per sanctam & innocentem vitam commendari à Christo, qui de eo ait: Inter natos mulierum non surrexit maior Iohāne Baptista. Sic ergo fratres viuam⁹, diuinæ gratiæ & miæ innitētes, nō p̄prijs viribus aut meritis, vt

Psalm. 57

Matth. 11

mereamur à domino commendari. Ille enim proba-
2.Cor.10 tus est, quem deus commendat.

Gaudiorum ratio multiplex, atque nonnulla de purgatorio. Exhortatio III.

Erit tibi gaudium & exultatio. Lucæ 1. Nostis fratres ex lectione euãgelica hęc verba prolata esse ab angelo ad Zachariam patrem beatissimi Iohannis Baptistæ, in signum veritatis, quòd ipsi iam seni, ex coniuge sterili filius nasceretur.
Exod.3 Sicut etiam Mosi dictum fuit, & datum signũ de eductione filiorum Israel: Cum eduxeris populum meũ de Aegypto, immolabis deo super montẽ istũ. Istud gaudium, & hanc exultationem habuit Zacharias in natiuitate beati Iohannis baptistæ, gaudium videlicet in mente interius, exultationem exterius.
Exultatio quid. Dicit enim exultatio, quasi extra saltatio. Et hoc est proprie, quando gaudium est tantum interius, quòd nõ potest bene contineri quin appareat exterius. Istud
Iohan.16 gaudium fuit naturale, iuxta illud euangelij: Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius. Cũ autem pepererit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Si gaudium est mulieri pressuram patienti, quanto magis viro sine pressura existenti? Omnia animalia gaudium gestiunt in procreatione fœtuum suorum. Ergo multo magis homines gaudere debent & gratias agere.
Ambrosi. Vnde inquit Ambrosius: Monentur parentes non minus gratias agere pro ortu sanctorum filiorum, quàm pro meritis. Non paruum dei munus est, dare liberos propagatores generis, successionis hæredes. Iacob in generatione duodecim filiorũ

gaudet. Abrahæ filius datur. Zacharias exauditur. Diuinum igitur munus est fœcūditas parentis. Agāt igitur parentes gratias, quia genuerunt, filij, quia generati, matres, quia honorantur præmijs coniugij. Nos igitur charissimi fratres exemplo vicinorum & cognatorum congaudeamus Zachariæ & Elisabeth sicut facit vniuersalis ecclesia. Agamus etiam gratias deo, q̄ talis in humana natura filius editus sit, sancti or vniuersis. Nihilominus secundum monita sancti Ambrosij gratias agamus semper, pręcipue in die natiuitatis nostræ, gaudeamus & exultemus, quia generati sumus: generati in humana natura, & regenerati in filios dei, & legamus illam missam sanctissimæ trinitatis, in qua dicitur: Quia fecit nobiscū misericordiam suam. Erit tibi gaudium & exultatio, non solū secundum naturam Zacharias gauisus est & exultauit, sed quàmmaxime secundum spiritum. Videbat nanq; tunc illud gaudium quod imminebat vniuersæ terræ. De quo gaudio sub nomine iucunditatis dicit Isaias: Ierusalem surge, & sta in excelso, & vide iucunditatem quæ veniet tibi à deo tuo. Gaudium istud consistit in contemplatione dominicæ incarnationis, humanę reconciliationis, prophetiarum impletionis, de potestate inimicorum liberationis, diuinæ misericordiæ atq; promissi exhibitiōis, nostræ in noua vita sanctificationis. Vnde Zacharias iam tātorum bonorum gaudio impletus, in exultationē magnam prorupit dicēs: Benedictus dominus deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Nec solum communi omnium fidelium gaudio exultauit, verum pro speciali præstita gaudiorū materia iubilauit in domino, filio suo dicens: Et tu puer propheta altissimi vocaberis, præibis enim ante faciem domini parare vias eius. Ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorum. Vidit prophetias Isaiæ & Malachiæ iamiamq; implen-

Ambrosi.

Iudith. 13
Lucæ 1

Lucæ. 1
Ibidem.

Isaiæ.40 das: Ego vox clamantis in deserto, parate viam dñe.
Malach.3 Et illud: Ecce ego mitto angelum meum, & præparabit viam ante faciem tuam. Ante cuius faciem? Vtiq; illius quem iam in vtero virginis contemplabatur. Ante faciem sponsi ecclesiæ Christi dñi, vt sponsam quasi paranymphus duceret obuiã Iohannes. O quale gaudium erat huic seni super omnibus bonis sibi atq; ecclesiæ præstitis. Et nos fratres gaudeamus &
Ierem. 31 exultemus super frumento, vino & oleo, & omnibus
2.Cor.2 bonis præfatis nobis præstitis. Sed quis tam idoneus, vt hęc corde pcipiat? Vtiq; nõ nisi mũdicors: q̃uis (vt conuertantur) interdum immundis cordibus aliquid spiritualis dulcedinis detur. Vt ergo capaces simus tanti gaudij, puritati cordis perseueranter studeamus, non reuertentes ad gaudia secularia, quæ consistunt in diuitijs, in possessiõe agrorum, domorum, clinodiorũ, in delitijs & voluptatibus, in vanitatibus & honoribus, quæ omnia statim peribunt. Nec sint
Galat.5 inter vos inimicitiæ, contentiones, æmulationes, irę rixæ, dissentiones, sectæ, inuidię, & similia, quoniam
Lucæ 17 qui talia agunt, regnũ dei q̃d intra nos est, id est, gaudium spirituale, non consequentur. Omnino fratres caueamus ab ijs, quia si inuicem momorderimus atq; comederimus, vtiq;, iuxta apostoli sententiam, ab in
Galat.5 uicem consumemur. In spiritualibus vitijs cautissime cauendum est, quia communiter apud religiosos & honestos, atque deuotos vitia sub virtutum pallio se abscondunt. Exempli gratia: Ira, odium, inuidentia sub specie zeli, & malus zelus sub specie boni zeli: superbia, aut ambitio sub specie vtilitatis aliorum & cõmunitatis. Cauete fratres ab ijs diaboli laqueis. Sequamur ducem nostrũ Iohannẽ Baptistam, qui plene se à seculo, & ab occupatiõe rerũ pereuntiũ abstraxit, sobrius in victu, asp in amictu, dur⁹ sibi atq; seuerus, alijs pfusus in charitate instruẽdo, arguẽdo, docẽdo baptizando, in bono fine q̃rela vsq; ad martyriũ per

durando. Erit tibi gaudium & exultatio. Non solum propter prædicta gauisus est Zacharias & exultauit sed propter cœlestia gaudia, & pacem ęternam. Vnde consequenter in suo Cantico dicit: Per viscera misericordiæ dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto. Illuminare ijs qui in tenebris & in vmbra mortis sedent, ad dirigẽdos pedes nostros in viam pacis. Et ego singulis vobis dico: Frater erit tibi gaudiũ & exultatio. Dicis forte. Qñ? Respondeo: Quando nascetur tibi filius, cuius nomen est Iohannes. i. gratia dei, q filius in hac vita ex dono dei in nobis sterilib9 & infœcũdis concipit, & in abdito latet: donec in die gloriæ generet, & gratia vertat in gloriam, tũc erit tibi gaudium & exultatio. Sed vide ne vel tardes, vel perdas gaudium tuũ. Ego in infirmitate mea multa fiducia apud deũ confisus sum. Et propter præsentiã vehiculi ad mortem (q̃d est ęgritudo) multo ampli9 sensi me mortalem, q̃ quotidie in absentia eius. Vidi breues annos, & esse breue tempus residuæ vitæ. Legens post hoc in naui sanctum Bonauẽturam in mea præfata fidutia, & gaudio debilitatus sum. Dicit em̃ idem in suo Breuiloquio: Qui in hac vita non impleuerunt pœnitentiam & satisfactionem condignam, affligentur igne purgatorij minus grauiter q̃ in inferno, & magis grauiter quàm in mundo. Et ponit rationem. Quia cũ primũ principium eo ipso q̄ primum, sit optimum & perfectissimũ, & eo ipso q̄ optimum, sit summe amatiuum boni, & summe detestatiuũ mali, sicut summa bonitas non patit̃ q̄ bonum remaneat irremuneratũ: sic etiã non debet pati q̄ malũ remaneat impunitum. Transfixit cor meum verbum hoc, & certissime agnosco, sicut bonitas diuina est causa æternæ beatitudinis: sic est etiam causa æternę damnationis & purgatorii, quia nihil relinquet impunitum. Ego vero sentio in me passiones vigere, quotidianos defectus atque peccata quotidie re-

Lucæ 1.

Bonauen.

nouari, de remiſſione præteritorum incertus ſum. Cum his vadam (niſi diuina pietas emendationem & purgationem dederit) ad tormenta maxima poſt breue tempus. Ecce quare defecit gaudium meum. Et vos fratres attendite ſinguli, quales eſtis, & facta eti am magna diligentia, non poteritis tamen intellige re pericula & peccata veſtra. Cõfugiamus ad auxi li um ſanctiſſimi Iohannis, vt eius meritis adiuuemur. Studeamus mundana gaudia funditus relinquere, ſo la cœleſtia appetere, ſoli deo vacare, inuicẽ diligere, offenſas dimittere, pacifice conuiuere, ea quæ ordi nis ſunt rigoroſe ſeruare, & cætera ſimilia, vt in fine vitæ, in exitu ſpiritus noſtri, quando gratia conuer tetur in gloriam, fiat nobis illud immediate quod di ctum eſt Zachariæ: Erit tibi gaudium & exultatio.

¶Cuiuſmodi vox fuerit Iohannes, monachorum omnium princeps. Exhortatio IIII.

VOX turturis audita eſt in terra no ſtra. Canticorum ſecundo. Turtur eccleſiæ Iohannes, in principio au roræ diei gratiæ, cũ ſol iuſtitiæ Chri ſtus deus noſter adhuc latens ſub terra carnis virgineæ matris ſuæ, primos radios emitteret, vocem ſu am dedit. Vocem, inquam, exultationis & lætitiæ in
Pſalm. 28 tabernaculo matris ſuæ. Hæc enim eſt eius vox pri ma. Vocem dedit, non oris, ſed ſigni: quo ſigno mẽ tis conceptum indicauit, ſicut etiam angeli loquunt ſine ore. De hoc ait Auguſtinus: Iohannes ante fuit
Auguſtin. ſuæ matris magiſter, quàm eius filius: & prius ipſam docuit, quàm ipſa eum lactauit. Dedit ergo vocem,
Lucæ 1 vocem inquam, gaudij & exultationis. Teſtatur hoc

mater eius, quę hanc vocem audiuit, dicens: Exultauit in gaudio infans in vtero meo. Sed percunctari libet, quæ nam causa sit tanti gaudij, pariter & exultationis, quorum primum nobilissimum est, quia intus in spiritu. Secundum prioris est signum, & in exterioribus exhibetur. Dico vobis fratres, quod mole peccatorum pressi, carne passibili atque mortali prægrauati, & innumerabilibus phantasijs impleti, & tenebris inuolutum habētes cor, imbecilles facti sumus, & inepti atque indigni agnoscere atque gustare mysterium hoc grande, & optimū valde. Væ nobis, transit omne tempus gaudendi, priuamur gaudijs & læti sumus. Veris gaudijs priuamur, & lætamur in falsis. Quid tamen est illud vnde tantum gaudium exurgit? Respondeo ego: Non potest describi, nō potest dici. Potest quidem mente sentiri, sed nō cōprehēdi. Tactus autem eius posset esse tanti vigoris, quod vitā hanc abrumpere præ magnitudine amoris & gaudij, & in æternitatem (sicut quibusdam euenit) collocaret. Dicit de eo gloriosus Hieronymus: Natura nō habuit, vsus nesciuit, ignorauit ratio, mens non capit humana, pauet cœlum, stupet terra, creatura omnis etiam cœlestis miratur. Est autem sacramentum dominicæ incarnationis pro salute humani generis celebratæ. Iohānes tactum eius sensit, sed scrutari timuit quod capere non potuit, dicens: Non sum dignus vt soluā eius corrigiam calciamenti. Videte fratres interioribus oculis, quale gaudium celebratū est in domo Zachariæ, ab ingressu matris dei in eam. Vtinam possemus intelligere & sapere, & congaudere. Videte Iesum, id est, deum incarnatum præ magnitudine amoris eius ad nos, vt scilicet nos liberet à peccatis, & ab inferno, & à præsenti miseria, & inferat cœlis ad sua perpetua gaudia. Videte hunc Iesum in vtero matris suæ. Videte matrem eius, propter sacramentum hoc, magnificare dominū & exultare in deo. O quid sensit

Lucæ 1. Gregor. Hierony. Iohann. 1 Lucæ. 1

illa tunc? Videte Iohannem infantem exultare præ gaudio sacramenti huius in vtero matris suæ. Videte ex insperato statim illam vetulam, sed iuuenem matrem præ ebrietate spiritus subito in voces magnas, præter morem modestiæ exilientem, non valentem celare ignem amoris, & tantam gaudij magnitudinē. Videte senem vetulum ad tactum sacramenti huius (dimissa taciturnitate sua) prorumpētem in laudem

Ibidem. dei præ iubilo, atq; dicentē: Benedictus dominus deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suę. Videte qualiter angeli ipsorū congaudēt, imo verius dixerim totam cœlestem curiam congaudentem & tripudiantem corā rege suo, qui consolationis gratia declinauit in itinere constitutus, ad domum amicorum suorum. Videte gaudium familiæ domus, amicorum quoq; ac vicinorum, qui nō ad tactum, sed ad odorem tantum sacramenti huius lętabātur, & ignorabant quid agebatur. Si vidistis fratres, gaudia vidistis. Gaudent homines cum mane in aurora audiunt aues concinentes, & diem nuntiantes. Nunquid lapidei sumus nos aut ferrei, vt ad vocem huius turturis, & concentum auium cœlestium prædictarum non moueamur ad verum gaudium? Auferat dominus cor lapideum, & det nobis cor carneum, vt spiritus sentire valeat. Obduratio enim impedit sensum.

Ezech. 36

Cantic. 2 ¶ Vox turturis audita est in terra nostra: pœnitētiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum.

Matth. 3 Hęc est eius vox secunda. Extrema gaudij carnalis &

Prouer. 14 mundialis luctus occupat. Extrema vero gaudij spiritualis (quod sine termino manebit in cœlis) luctus pcedit. Vere Iohannes est turtur ecclesię, qui gemitū cātat .i. pœnitentiam prædicat, exemplo, id est, conuersatione, & verbo, vt efficacius doceat. De conuersatione Iohannis dicit Chrysostomus: Conuersatio Io-

Chrysost. hannis omnium hominum vitam culpabilem fecit ap

parere, quemadmodum dum videris candidam vestẽ dicis, satis pulchra est, quàm si super niuem locaueris sordida esse incipiet, quæ prius fuit decora. Sic est conuersatio aliorum sanctorum respectu Iohannis. Item idem de eodem in quodam sermone: Iohannes est princeps monachorum, in eremo viuit, in eremo nutritur, in eremo expectat Christum. Cuius vita austera, vestis hirsuta, cibus locusta vel herba, potus aqua, lectus terra, inquilinus bestia. Ipse exul mundi, hæres paradisi. Ecce fratres princeps noster innocẽs in vtero consecratus, & (vt ita loquar) sine peccato, opera pœnitentię in eremo impleuit, mundum fugit manus quibus Christum tangeret, mundas seruauit, oculos quibus spiritum sanctum in columbæ specie videret, à vana inspectione custodiuit, aures quibus patris vocem audiret à prurigine defendit, & ne leui quidem famine vitam macularet, hominum societatem fugit, desertum quinquẽnis (vt aiut) intrauit, & fere vsq; ad viginti sex annos in arctissima pœnitentia perdurauit. Itaq; Iohannes nedum voce, sed & vita turtur erat. Hic princeps est noster. Audiamus vocem eius primã, vt gaudeamus super mysterio redẽptionis nostræ. Audiamus vocẽ eius secũdã, & proferamus dignos fructus pœnitentiæ, vt fructum mysterij, hoc est, ipsam æternam beatitudinem cõsequi mereamur.

Idem.

Lucæ 3

¶ In beati Iohannis Baptistæ natiuitate, merito esse gaudendum, & cuiusmodi cõditiones puerorum debeamus imitari.

Exhortatio V.

PVer autem crescebat & cõfortabat spũ, & erat in desertis vsq; in diẽ ostensionis suæ ad Irael. Luc. 1. Hic Iohannis Bapistę dies natalis magni

gaudij est, nedum propter cognatos & vicinos, qui sanctæ & sterili mulieri naturali affectu, vel ex charitate congratulabantur super insperata fœcunditate vel propter magna miracula quæ in parētibus & paruulo nato dominus ostendit: sed etiam atq; præcipue propter diem gratiæ, qui in ortu præcursoris cœpit apparere. Merito in natiuitate eius gaudent fideles, in qua luctus veteranus in gaudium, lamentum in exultationem noscitur fore versum. Merito gaudent fideles, quoniam hodie singularis ille lucifer solis iustitiæ. Christi dei nostri præcursor, vox verbi, lucerna veræ lucis, mundo ignorantiæ ac peccatorum caligine occupato, diem redemptionis & gratiæ, sicut post prædicationem, ita nunc natiuitate mirabili nūtiauit. Hunc sancti patres propositi nostri institutores, & sibi & nobis in patronum & ducem elegerunt quatenus ipsius patrocinijs adiuti, & exemplis erudi ti' facilius optatum propositi nostri finem consequeremur. Erant quippe (quam iam sexies inspexi) in arctissima & asperrima eremo diuersis ac varijs incō modis & tentationibus exercitandi. Idcirco necessaria eis erant præsidium atq; exemplum. Et nos charissimi fratres eadem cogitatione armemur, beatissi-
1. Petri. 4 mi Iohannis suffragium ambiamus, exemplum imitemur. Filij enim sanctorum patrum sumus, & in ere
Tob. 2 mo professionem nostram fecimus. Ab eremo Carthusiæ & sanctitate eius, Carthusienses dicimur. Nomen sine re, non dabit nobis præmium, sed magnū tormentum. Attēdamus ducem nostrum Iohannem In gaudio nuntiauit Christum dominum, gaudium vniuersæ terræ. Hoc gaudiū semper nobis sit, Christus dominus ipse sit gaudium nostrum, pax nostra, iubilus noster, desiderium nostrum, amor noster, finis noster. O fratres magna res est. O vere magna, magna, magna, Christus vnct⁹ domini, dn̄s Christus Iesus. In natiuitate Iohannis congratulabantur vici

nil. Et nos de bonis proximorum iucundemur: Quia (iuxta apostolicam monitionem) gaudere debemus cum gaudentibus. Hoc inuidi non faciunt, sed de alieno gaudio & bono tristantur Inuidia, inquit, beatus Augustinus, est dolor felicitatis alienæ. Veneno illo diabolus plenus est: Inuidia enim diaboli, mors intrauit in orbem terrarum. Imitantur autem illum q sunt ex parte illius, & hoc infernale virus biberunt, sicut Cain inuidit fratri suo. Cauete fratres, & sitis in charitate feruentes, quia tepidis religiosis familiaris est inuidia. Et hæc inuidia frequenter etiam contingit in hominibus eiusdē status, seu artificij, vt in collegijs & conuentibus, & mercatoribus, aut alijs æqualibus. Longe sit hoc serpentinum virus à nobis, sed potius tanquam filij sempiterni gaudij simus, semp gaudentes in charitate, sicut decet viros contemplatiuos sancti Iohannis alumnos. Ad contemplatiuā enim vitam, inquit beatus Gregorius homilia 14. in Ezechielem, pertinet charitatem dei & proximi mēte tenere. Dicit nō solum dei, sed etiam proximi charitatem tenere: & hoc mente, in qua est gaudium de bonis amatis. Veri contemplatiui habēt alijs intendere, ita quod inuidere nesciāt, de quibus subdit Gregorius dicens: Contemplatiuorum est ab exteriori actione quiescere soli desiderio conditoris inhærere vt nil iam agere libeat: sed calcatis curis omnibus, ad videndum faciem cōditoris inardescere. Tales ergo non cupiunt rerum temporalium, nec implicant se illis, Attendamus quid de patrono & duce nostro scribitur. Puer autem crescebat, & hoc quoad corpus, & confortabatur spiritu, quoad animam, scilicet, quia gratia & virtute replebatur. Amplissimo enim certamini eius, virtus parabatur, inquit Ambrosius. Et q̄uis in puerili ætate corporalibus incrementis proficiebat Iohannes in virilibus tamen annis constitutus, laudabiles pueriles conditiones non abiecit. Sunt

Roma. 12
Inuidia quid.
Sapient. 2
Gregor.
Lucæ 1
Ambrosi.

enim certę puerorum conditiones, quę etiam seniles ætates decent, quas cum duce nostro Iohāne nos q̃q; seruare congruit. De quibus ait quidam: Sunt pueri puri, parui, paruiſq; cibantur. Currunt, lætantur, cito dant, cito pacificantur. Sunt igitur pueri puri, id est, innocentes cōtra malitiam. Vnde Apostolus ait: Malitia paruuli estote. Talis erat Iohānes, quia per gratiam in vtero sanctificatus est, tale priuilegium secundum doctores, accepit, ꝙ nunq̃ mortaliter peccare potuit. Augustinus in sermone de collatione eius dicit. Quis nostrum dicere audeat Iohannem actu, dicto, habitu, vel victu peccasse? Decet nos fratres semel totaliter in professione à peccatis purgatos, eisdem rursus non inquinari. Summum in eremo ista studium debemus exhibere ne mortaliter peccemus.

Conditiones puerorum.

1. Cor. 14

¶ Secundo pueri sunt parui, id est, humiles. De quibus dominus: Sinite paruulos venire ad me, talium est enim regnum cœlorum, quod tamen nullus nisi humilis intrat. Talis erat Iohannes, qui cum pręvitæ sanctitate Christus esse putaretur, maluit humiliter subsistere in se, quàm inaniter tolli supra se. Et nos fratres, quanto propositum asperius subiuimus tanto ad attritionem & humilitatem vestium, & vniuersorum quę ad vsum nostrum pertinent, vilitatem abiectionem & paupertatem, super omnes alios monachos nos astringit. Et quanto ad altiorem ecclesiæ statum conscendimus, tanto humilitatis fundamentum nobis magis necessarium est. Quinimo ipsa nostra exercitia nos humiles & patientes efficere debēt Quæ inditia sunt veri nostri profectus, iuxta illud Ierem. Sedebit solitarius & tacebit, q̃a leuabit se supra se. Oīa penè, inq̃t Statutū, q̃ in hac nostra institutione sunt optima, quiete, & solitudine, silentio & superiorꝝ appetitione significans, q̃ studia suos alūnos quales efficiant, postea manifestat dicens: Dabit percutienti se maxillam, saturabit opprobrijs, quorum

Matth. 18

Matth. 11

Thre. 3

in altero patientia summa, in altero perfecta refulget humilitas. Decet ergo super omes nos esse humiles.

¶ Tertio, pueri paucis cibātur, & vilibus circa corporis necessaria contenti sunt. Et qd egit Iohannes? Puer erat in desertis. Puer de pōtificali progenie editus, cui prælatio hæreditario iure debebatur. Quomodo vixit? quid egit? Reliquit certe mūdum, trāsijt in desertum, de delitijs ad austeritatem, de diuitiis ad paupertatem, de sericis ad ciliciū, de epulis ad ieiunium, de soporibus ad vigilias, de gaudio ad lachrymas, de fabulis ad silentium, de iocis ad serium, de totius mundi consolatione ad pœnitentiæ lamentum. Imitemur fratres ducem nostrum. ¶ Quarto pueri currunt. Et Ioēs pcursor factus est Christi. Nos etiam curramus fratres viam mandatorum dei, donec occurramus oēs in virum perfectum. ¶ Quinto pueri lætantur. Iohannes adhuc puer in vtero matris exultauit de præsentia dñi. Sanguis recens, purus & plenus, pueros currētes & lætos reddit. Et sanguis Christi Iesu à nobis quotidie sumptus, alacres nos reddere debet deo, qui hilares datores diligit, veloces & currentes in suo seruitio contra acediam, & inquietos ad temporalia, donec quiescamus perfecte in summo bono, vnico maximo. ¶ Sexto, pueri cito dāt Iohannes quinquennis omnia reliquit, & nos reliquimus oia. Vtinam nunquam aliquid repetamus animo volenti dicendo: Ego volo hoc habere, &c.

Psalm. 118
Ephesi. 4
2. Cor. 9

¶ Septimo pueri cito pacificāt. Iohan. cū ijs q oderūt pacē erat pacificus, q̄rens Herodis & aliorum salutē verbis pacificis. Et nos simus pacifici, vt filij dei esse mereamur. Quod si filij, & hæredes. Hæ sunt conditiones puerorum, q̄ etiā canos annos decent. Cū Iohanne ergo patrono ac duce nostro simus pueri spū conformati in desertis, soli & silētes. Habemus aūt desertū vel eremū in cellis nostris, soli & silētes, dñi visitationē & vnctionē expectātes. Qd si solitudinē aut silē

Psalm. 119
Matth. 14
Marci 6
Matth. 5
Roman. 8

tiā frangimus; quomodo in eremo esse dicimur, aut ibidem professionem nostram implemus? Seruate ergo fratres solitudinem & silentium strictè cum Iohãne, vsq; in diem ostensionis vestræ ad Israel. Hoc est donec spiritussanctus vos vocauerit, & ostenderit quid agere debeatis in hac vita in quocunq; officio, vel ad Israel, hoc est, ad videndum deum in vita futura.

Iohannes qua sanctimonia dominũ præcesserit, & quomodo vt duci & patrono suo illi adhæreant Carthusiani.

Exhortatio VI.

IPse præcedet ante illum. Lucæ primo. Beatissimus Iohannes præcessit dominum Iesum, sicut ab angelo prænuntiatum fuit, & meruit à domino laudari & coronari, iuxta illud: Inter natos mulierum,
Matth. 11 non surrexit maior Iohanne baptista. Secundũ Au-
Augustin. gustinum, in his quę non mole magna sunt, idem est maius quod melius. Itaq; veritatis testimonio, melior est Iohannes inter prophetas, inter mulierum natos, & inter electos atq; beatos. Felix hæc laudatio.
2. Cor. 10 Quia non qui seipsum commendat ille probatus est sed quem deus commendat. Diligentissime fratres cõiungamus nos beato Iohanni duci nostro, & cum eo dominum præcedamus Iesum, qui subsequens pœnitentibus dabit peccatorum omnium veniam, proficientibus in via domini atq; laborantibus, spiritus cõsolationẽ, virtutũq; oĩm pfectionẽ, pseuerãtibus quoque interminabilem glorię iubilationem. Non deerit liberalis remunerator, si affuerit fidelis laborator. Iohannes præcessit dominum Iesum, commorando in
Lucæ. 1 solitudine. Dicit enim sanctus Lucas: Puer autem sci

licet Iohannes, crescebat & confortabatur spiritu, & erat in desertis vsque in diem ostensionis suæ. Crescebat, scilicet mente ineffabiliter omni charismate gratiarum. Confortabatur spiritu, hoc est, á spiritu sancto, seu donis & gratia eius. In desertis, hoc est, teste Dionysio Carthusiano, eremo & solitudinis locis, vt ibi deo per contemplationem, & feruidam dilectionē liberius frequentiusque vacaret, quotidiana peccata quæ ex humana cohabitatione sæpe contingunt, magis vitaret, solis supernis intenderet, vitam rigorosiorē exemplarioremque duceret, atque per hoc magis idoneus fieret Christi testis, ac pœnitentiæ exhortator. Vitæ Iohannis rigorositas in vestitu & victu, describitur ab euangelista, vbi dicit: Ipse Iohannes habebat vestimentum de pilis camelorum, hoc est, vestem cilicinam ex illis pilis cōtextam. Et illa vnica contētus erat, secundum mētem Dionysij Carthusiani. Ergo in deserto sustinuit multa frigora. Pro testimonio huius dicti habetur in historijs, quod caput Iohānis fuit inuētum veste cilicina inuolutum. Et zonam pelliceam circa lumbos suos, id est, grossam corrigiam de duris & crudis pellicearum minutijs factam. Esca autem eius erat locustæ & mel syluestre. Locusta significat tria, videlicet herbam, radicem, & auem minutam. Chrysostomus autem & alij multi hoc loco per locustas intelligunt animalia parua non alte volantia, quæ in deserto Iudeæ abundabant, & frixa cum oleo esca sunt pauperum. Alij per locustas intelligūt herbas deserti, cum non videatur probabile quod Iohannes (qui nec pane vescebatur) carnes animalium, aut aliquid coctum comederit. Mel vero est quod in syluis reperitur, & arborum truncis. Rabanus autem per mel syluestre intelligit quoddam genus foliorū, quæ alba & tenera, manibusque attrita, melleum habēt saporem. De potu eius dicit Lucas: Vinum & siceram non bibet. Secundum Bedam, per siceram intelligit

Dionysius Carthusi.

Matth. 3

Chrysost.

Mel quid.
Rabanus.

Lucæ 1
Beda.

omnis potus inebriatiuus; de quacunq; cōfectus materia. A tali potu Iohannes abstinuit cunctis diebus vitæ suæ: quia erat Nazareus, domino excellentius
Leuit. 10 cæteris consecratus, qui semper à talibus abstinebāt
Lucæ 1. Et impletū est quod dixerat angelus Zachariæ: Ipse præcedet ante illum, in spiritu & virtute Eliæ, scilicet propter similitudinem vitæ, in austeritate victus & vestitus. Fuit insuper spiritu sancto plenus, anteꝗ ex vtero matris suæ procederet. Quapropter purus
Matth. 3 & innocens, & superillustratus, & prædicans, pœni-
Lucæ 3 tentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorꝫ. Et: Facite fructus dignos pœnitentiæ, multos cōuertit ad Christum dominum deum ipsorum, & maiores gētis suæ ad amorem & sequelam iuniorum, hoc est, filiorum eiusdem gentis, scilicet Apostolorum, & incredulos patres, ad prudentiam & fidem iustorum id est, Apostolorum, qui in comparatione ætatis erāt eorum filij. Sic sic parauit in occursum Christi, hoc est, domino, plebem perfectam. Merito ergo erat parentibus, vicinis, cognatis, cunctisque hæc audientibus gaudium & exultatio: & factus est magnus gratia, merito, & gloria coram domino. In his pro modulo nostro fratres consociati beatissimo Iohāni cū eo pręcedamus dominum. Pro modulo dico, quia in eodem gradu gradi cum eo est nobis impossibile. Sufficiat nobis in hac ætate qua sumus, commorari in solitudine cellæ, quam non egrediamur, nec in eam alios introducamus leuibus ex causis, ne eam exosam habeamus: sed perseueremus cum beato Iohanne, donec à deo euocemur, sicut ipse. Interim vacemus cōtemplationi paulatim proficiendo (Nemo enim repēte fit summus) diuinam præsentiam iugiter attendendo cū summa, vt decet, reuerentia. Deus enī ipse
Hebr. 4 dn̄s Iesus, vt exponit Dionysius Carth. Pauli verba, est discretor. i. dijudicator & cognitor cogitatiōum non solum earꝫ quæ sunt in virtute cogitatiua orga

nita, sed & eaꝝ quæ sunt in potentia intellectiua inorganica, & intentionum cordis. i. ordinationum finalium. Deus quippe non solum inspicit cogitatiões sed cernit ad quem finem quælibet cogitatio ordinet᷑ á cogitante. Si intentiones cordis (quæ occultissime sunt, ita q̃ sępe intendentē fallunt) sunt notæ deo, q̃to magis exteriora? Sed in deo nulla est differentia ad cognoscendum: Vna est ratio cognoscendi, & vna facilitas cognoscendi om̃ia, scilicet, quia deus est. Scire omnia, est naturæ diuinæ proprium. Vnde Apostolus: Et non est vlla creatura inuisibilis in cõspectu eius. Omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius. Si scire est bonum, q̃ bona est sciētia diuina, quæ est infinita, & ideo perfectissima, & sine permixtiõe ignorantiæ etiam minimæ? Talis est etiam eius potentia, benignitas, charitas, gratiositas, largitas, & quicquid bonitatis & amabilitatis potest cogitari, vel esse. Quapropter est totus amabilis, & totus desiderabilis. Idcirco dignum, & iustum & salutare est, quantum fragilitas & cõditio humaua permittit, de eo solũ pura mente ac reuerentissime cogitare, omnibus caducis, immundis, & breuiter, omnibus creaturis seclusis, vt amor eius in nobis accendatur, & ex toto corde solus diligat᷑: qa cõtemplatio est propter amorē contemplati. Hæc cum facimus, cũ Iohãne in desertis moramur. Sed quia hũana fragilitas non sinit semp supnis intendere, & vita corporea multis indiget, oportet exēplo sanctoꝝ solitarioꝝ diuersa habere exercitia: nũc orare, nũc meditari, nũc vero legere q̃ opportuna sunt, & informant qũo carnē & mundũ relinquamus, & spiritualem vitam acqramus Propterea eñ deserto seculo, monasteriũ sumus ingressi. Et si interdum alia legimus, ad hunc tamen finem sunt omnia ordinanda. In omnibus enim scriptis & rebus creatis (si diligenter aduertimus) diuina resplendet maiestas. Oportet nihilominus ex-

Ibidem.

ercitia solitarium habere manualia, & talia in quib⁹ honeste delectetur, & moderari ea, ne tedium & auersionem inducant: & in illis semper domini Iesu summi opificis recordari per iaculatorias affectiones. Necessarium tamen nobis est quotidianum facere exercitium, quo totam animam deo vniamus, separando nos ab omni quod ipsi displicet, & amplexando vero corde omne q̃d placet, vt ex illo scaturiat fons diuini amoris, irrigãs hortum delitiarum nostrarum, & dei (qui dignatur delitias suas habere cum filijs hominum) & fœcundãs hortilia, vt proficiant per incremẽ-
Prouerb. 8 tum tota die ac nocte. De hoc constat ꝙ monuerim vestram charitatem, & sermonibus & scriptis. Hæc sufficiant dicta de mora habenda cum Iohanne in deserto. In asperitate vestis concordamus eidem in cilicio, In parcitate victus, & sobrietate potus vini & siceræ, sufficit quod nõ vescimur carnibus, ꝙ habemus multa ieiunia & abstinentias, & cibum ordinis, & ꝙ habemus multa quæ humanam naturam destitutam grauãt: quæ sine moderata refectione portari nõ possunt, Ista tamen non sufficiunt ad præcedendum dominum Iesum cum Iohanne, nisi à cibo & potu, & alijs rebus concessis amore disiungamur, iuxta illud
Roma. 13 Apostoli: Curã carnis non feceritis in desiderijs. Qui enim amore inordinato ijs rebus inhęret, cum Iohãne in desertis non est, sed in mũdo & in carne. Amor tamen ordinatus, naturalis, rationalis, non separat à Iohanne. Qui ergo sine amore vtitur rebus concessis præfatis, veraciter vinum & siceram, hoc est, cereuisiam, vel omnem inebriatiuum potum non bibit. Et sic sentiendum de omnibus alijs rebus. Bibere enim communiter refertur ad bonos & malos, vti vero
Gregor. ad bonos tantum. Sic etiam loquitur beatus Gregorius: Si, inquit, nihil in hoc mundo amando possidetis etiam possidẽdo cuncta reliquistis. Qui vero cibis & potibus necessarijs non vtitur, cum Iohanne non est

(qui vtiq; cibum sumpsit) sed in terra inhabitabili, q̃ dæmonia exclusa ab obsessis mittũtur, & interimentes se tales semetipsos deuorant. Satagamus fratres, vt cum Iohanne spiritusancto repleamur, adhuc in vtero matris ecclesiæ commorãtes, cuius gratia purgati & illustrati, omnes ad nos venientes doceamus facere dignos fructus pœnitentię, nedum iuniores & filios, sed etiam seniores & patres, vt omnes per veram fidem tendant per iter rectum ad perfectionem charitatis, quatenus ex veniẽtibus ad nos faciamus cum Iohanne docendo plebem perfectam. Propter hoc erimus parentibus nostris, cognatis etiam & vicinis tam carnalibus quàm etiam spiritualibus, cunctisq; audientibus & cognoscentibus profectum & vtilitatem nostram in plebe domini gaudium & exultatio, in natiuitate nostra, quando nascemur in cœlo. Efficiemur etiam ex hoc magni apud dominum, gratia, merito & gloria.

DE BEATA MARIA MAGDALENA. Titulus tertius.

¶Peccatis omnibus oblatam esse remissionem, & quomodo beata Maria Magdalena Carthusiensibus sit patrona. Exhortatio I.

DIMISSA sunt ei peccata multa. Lucæ primo. Ad hanc vocem, vocem salutis, vocem lætiæ, quæ hodierna solennitate auditur in tabernaculis iustorũ, gaudete fratres charissimi, iterum dico gaudete. Gaudete inquam, & renouetur & cantetur paschale Halleluia. Ecce hodie declaratur & resoluitur, quod terribile sonat peccatori illud a- Philip. 4

postoli: Impossibile est em̄ eos qui prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam, &c. Ecce nunc per totum mundum publicatur, quàm flexibilis, quàm gratiosus, quàm misericors sit deus, q̄ facilis ad veniam. Ad solius quippe gemitus petitionem, peccatrix audire meruit: Dimissa sunt ei peccata multa. Et: Remittuntur tibi peccata. Et: Vade in pace. Gaude igitur frater peccator, qui ad eremum Carthusianam, p̄ pœnitentia accessisti, quia pro tua consolatione tāta solennitas in ordine instituta dinoscitur, vt haberes pœnitentiæ exemplum, facilis reconciliationis fiduciam, modum viuendi. Maria peccatrix pœnitentiam exhibuit veraciter pro peccatis dolendo, cito reconciliata est, omnium peccatorum plenariam remissionem accipiendo, in deserto vixit vitam contemplatiuam exercitando. Quam nobis à deo datam, & ab ordine nostro acceptam patronam diligenter attendamus, & omni deuotione colamus & imitemur. Pœniteamus ergo veraciter pro peccatis nostris. Notandum quòd ad pœnitentiam requiritur primo contritio vera. Est autē contritio dolor voluntarie pro peccatis assumptus cum proposito confitendi & satisfaciendi. Quod vt intelligatis, aduertite fratres, quòd sicut conteri aliquid dicitur, quando in minimas partes comminuitur, & quasi annihilatur: frangi autem quando solum in magnas partes diuiditur. Sic metaphorice & similitudinarie cor hominis durum dicit̄ quàmdiu suo sensui inhæret, perseuerando in peccatis, nec diuinæ inspirationi quasi manui se tangenti cedit (sicut durum est quod tactui nō cedit) sed obuiat, dum in affectu peccandi moratur. Conteritur aūt, quando affectus peccandi secundum omnem sui partem in eo totaliter destruitur, id est, quando voluntas, quę per superbiam deo resistebat, perfecte deo cedit. Frangitur autem solum, quando resipiscere incipit, quamuis non totaliter conuertatur: & sic dicitur

Hebræ. 6

Contritio quid.

atteri, non conteri. Attritio ergo non sufficit ad verã pœnitentiam & salutem: & est sine gratia gratum faciente, & ortum habet à timore seruili, quæ pœnam attendit. Est tamen dispositio ad contritionem & salutem. Contritio vero ortum habet à timore initiali vel etiam filiali: & est à deo & semper cum gratia gratum faciente, de qua dicit Augustinus: Contritio est dolor remittens peccatum. Et Gregorius: Contritio est humilitas spiritus annihilans peccatum inter spẽ & timorem. Qui ergo vult vere pœnitere, debet veraciter & totaliter ab omni peccato recedere, & illud ipsum execrari, & nulli peccato adhærere: alias seipsum fallit, nec pœnitet. De quo Ambrosius, vel secundum alios Gregorius: Pœnitentia est præterita mala deplangere, & plangenda iterum non admittere. Nã qui sic peccata deplorat vt alia committat, adhuc pœnitentiam agere aut ignorat, aut dissimulat. Et Augustinus: Nequaquam pœnitens sum, si nõ illecebras omnes delectationis carnalis postposuero, si in amaritudine mentis & afflictione corporis non satisfecero, si in cibos pauperum facultates meas non distribuero, si in amore charitatis flagrantius non efferbuero, si ab omni vanitate omnium membrorum mot⁹ non refrenauero. Debemus ergo ab omĩ illicito nos abstrahere. Insuper dolor iste voluntarie assumptus pro peccatis, debet esse maior omĩ dolore, sicut amor dei debet esse maior omni amore. Sicut enim deus plus placere debet quàm vlla res creata: ita nulla res tantum displicere debet quãtũ peccatum. Dolor ergo & displicentia peccati debet excedere omnem dolorẽ vel displicentiam. Vnde si contingeret, quod oporteret vel peccare mortaliter, aut sustinere damna temporalia, vel pœnas, vel mortem, tunc oportet de necessitate salutis propter amorem dei præeligere damna & mortem potius, quàm peccare. Et iste dolor vel displicentia peccati debet durare toto tempore

August.
Gregor.
Ambros.
Pœnitẽtia
Augustin.

vitæ huius. Non enim potest esse nimia, neque extensione magnitudinis, nec temporis sicut etiam amor dei non potest esse nimius. Non est tamen necessarie, quod semper homo de peccato & eius dolore vel displicentia cogitet, sed pro loco & tempore: & quando animo occurrit, tunc debet peccatũ detestari. Dolor tamen qui est in parte sensitiua, vel per redundantiam ab anima in corpus, vel qui infligitur pro satisfactione, non debet maior esse omni dolore sensitiuo: imo non licet taliter dolere, quia homo seipsum occideret per talem dolorem: sed debet secũdũ
Roma. 12 monita sancti Pauli, rationabile esse obsequiũ nostrũ. Præfatus ergo dolor assumitur (vt supra diffinitum
Peccatum non excusandum. est) cum proposito confitendi & satisfaciendi. In confessione cauendum est, nedum ne peccatum excusemus, vel minus ostendamus quàm est, sed etiam maius dicamus, vel accusemus quàm est: quia debet esse veritas in confessione, & tali voce debet fieri q̃ intelligatur quod dicitur. Est hic magnus defectus qui nimis submisse, & non distincte & intelligibiliter cõ
Satisfactio. fitemini. Satisfactio consistit in eo, q̃ restituat proximo in quo est læsus, siue in fama, siue in rebus, & luat in corpore quod deo non satisfecit dolendo sufficienter in mente. Moneo ergo vos charissimi fratres, ex quo propter amorem dei, & vestram salutem dedistis vos ad pœnitentiam, faciatis eã in oculis domini (q omnia intuetur) in veritate, prout iam præmonui, & succinctim declaraui, alia omissa per vosipsos indagate, & perseuerate in ea. Videte & recordamini, q̃ dominus Iesus pro nobis satisfacere volens, perseuerauit vsq; ad mortem, nec descendit de cruce (quam suis humeris baiulauit) sed mortuus, per alios, & nõ per seipsum depositus est, sic nec vos patiamini q̃ aliquis, quicunq; fuerit, vos viuos de pœnitentia & cruce Carthusiana, quam deo inspirante & adiuuante elegistis & suscepistis, deponat. Recordamini illud eu

angelij: Qui miserit manum suam ad aratrum, & respexerit retro, non est dignus regno dei. Recordamini vxoris Lot, quæ respexit & conuersa est in statuā salis, vt saliret & condiret nos. Recordamini professionis factæ coram deo & beata virgine Maria dei genitrice, & cæteris sanctis eremi huius de stabilitate. Nolite vacillare aut moueri falsis persuasionibus diaboli sub quocunq; colore, vel profectus, vel infirmitatis, vel vtilitatis, & cuiuscunq; motiui, quia profectus erit nullus, sicut experientia multa docuit. Nec obseruantia ordinis infirmitatem inducit, cum eam pueri possint obseruare, & faciunt, & vtilitas est ridiculosa. Imò si angel9 de cœlo aliud euāgelizauerit, anathema est. Cauete scandalum, quod fit confratribus & secularibus dicentibus: Talis instabilis factus est, & timet se iungere nobis. Sed perseuerate in vocatione qua vocati estis cum beata Maria Magdalena, eremum excolentes, diuinæ dulcedini & amori inhærentes. Ad cuius excellentiam peruenit domino Iesu & beato Petro & sancto Maximino obediēdo, & credendo. Sic vos maxime incipientes & neophyti faciatis, superiorum & maiorum consilijs obtemperando, & ea seruando. Sic diaboli laqueos superbię duritiæ, erroris, & vniuersæ malitiæ euadetis, dulcedine domini tanquā in paradiso perfruemini, & æternam vitam obtinebitis.

Lucæ 9
Genesi. 19
Coloss. 1

De spirituali osculo triplici, pedum, manuum & oris. Exhortatio II.

Osculum mihi non dedisti. Lucæ 7. Fidelis sermo & omni acceptione dignus: quia Iesus Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, & qui dignatus est nasci de Maria virgine, non solum nō dedignatus est osculari à Maria peccatrice, sed etiam ad hoc omnes inuitare vo-

1. Timo. 1

luit peccatores, obiurgãdo Simonem quod hoc face-
Luc. 7. re neglexerit, quasi singulis peccatoribus diceret: Osculum mihi non dedisti. Est autem triplex osculum, scilicet pedum, manuum, & oris. Spirituale osculum pedum domini est humilis & amorosa, post perpetrata scelera, ad deum conuersio.
Bernar Vnde dicit Bernardus super cantica, sermone quarto. Cum, inquit, humili & verecunda satisfactione emendatur superba trangressio, osculari solere pedes congrue iudicatur. In omnibus quidem charissimi fratres ita esse videmus, seruos offensorum dominorum osculari solere pedes, cum ab eis veniã petũt. Sunt autẽ pedes huiuscemodi duo quibus dominus vniuersas vias suas graditur vtpote pes misericordiæ, pes dexter, & pes iudicij, veritatis siue iustitiæ pes sinister. Quorum primum osculo spei & confidentię, ne quis desperet, secundum vero osculo timoris & reuerentiæ, ne quis præsumat amplecti necesse est.
Psal. 10 Vnde Psalmista: Misericordiã & iudicium cantabo tibi domine. Siquidem si quis eosdem delictorum pulueribus diffidendo aut præsumendo maculauerit, lauare habet contritiones lachrymis tergere & vngere satisfactionis operibus. Quàm religiose vero hæc sancta Maria Magdalena compleuerit, ex euangelio hodierno luce clarius patet. Non enim pedes domini I E S V destitit lachrymis vberrimis rigare, crinibus tergere, ore osculari, odoriferis vnguentis delinire, donec audire mereretur. Remittuntur tibi peccata tua. Hæc charissimi fratres est vera forma pœnitentium, qua prætermissa nullum erit perfectionis in nobis exordium. Vn-
Bernar. de beatus B E R N A R D V S super Cantica sermone tertio: Quæ inquit, anima adhuc onerata peccatis, suæque carnis adhuc obnoxia passionibus, quæ suauitatem spiritus necdum senserit, internorum ignara atque inexperta penitus gaudiorum, arroget sibi ad os serenissimi sponsi assurgere? Ostẽ

do tamen illi qui huiusmodi est, locum in salutari cō gruentem. Non temere assurgat ad os serenissimi sponsi, sed ad pedes seuerissimi domini, metu pauida iaceat, & cum publicano terram tremens, non cœlum aspiciat, ne confusa luminaribus cœli, facies assuetā tenebris opprimatur à gloria. Non tibi quæcunque es illa anima, non tibi locus ille vilis aut despicabilis videatur, vbi sancta peccatrix peccata deposuit, & sanctitatem induit: Huius igitur beatæ peccatricis exemplo prosternere & tu o misera, vt tu desinas esse misera, prosternere & tu in terram, amplectere pedes, placa osculis, riga lachrymis, quibus tamen non illum laues, sed te: vt fias vna de grege tonsarum quæ ascenderunt de lauachro. Ita sane vt suffusum pudore & mœrore vultum attollere nō ante audeas quàm audias & ipsa: Remittuntur tibi peccata tūa. Lucæ 18 Cant. 4

¶Secundum osculum dicitur osculum manuum, quod mystice nihil aliud est, quàm de beneficijs collatis ac conferendis digna gratiarum actio, & ad emendatius viuendum, deoque dignius conuersandum operosa intentio. Pauperes enim diuitum manus osculari solent, cum ab eis munus accipiūt. Per manus etiam opera signantur. Qualiter autem hæc beata Maria Magdalena impleuerit, apertissime in euangelijs & vitæ ipsius historia legitur. Huius igitur beatæ mulieris exemplo post pœnitentiam malorum præteritorum, si ad perfectionem venire cupimus, necesse est, vt bonis operibus & exercitijs feruenter proficiendo insudemus. Vnde loco quo supra B E R N A R D V S. Sumpto itaque ad pedes primo osculo, nec sic præsumes statim ad osculum oris assurgere, sed tibi gradus ad ipsum medium quoddam aliud osculum, quod secundo loco ad manū accipies. Et idē Bern. Nolo ait, repēte summus fieri, paulatim pficere volo. Quantum deo displicet

impudentia peccatoris, tantum pœnitentis verecun-
Eccle. 3 dia placet. Citius placas eum, si mensuram tuam seruaueris, & altiora te nõ quæsieris. Longus saltus & arduus de pede ad os, sed nec ascensus conueniẽs. Quid enim? Recenti adhuc respersus puluere, ora sacra continges? Heri de luto tractus, hodie vultui gloriæ præsentaberis? Item Hugo in Soliloquio de arra
Hugo Vi. animæ: Nescis ô anima, nescis quàm fœda prius fuisti, quàm polluta, quàm deformis & squalida, quàm destituta & dissipata, omni horrore & enormitate plena? Et quomodo tam cito in illum pudoris & castitatis thalamum introduci expetis, nisi prius saltem cura aliqua & studio exculta, ad pristinum decorẽ repareris? Prius stude formam tuam excolere, faciem ornare, habitum componere, maculas tergere, mores corrigere, disciplinam seruare: & omnibus tandem in melius commutatis, digno sponso dignam sponsam
Cantic. 5 reddere. Item de eodem Gilbertus, super illud: Manus
Gilbertus meæ distillauerunt myrrham. Quicunq; apparere cupit dilecto, suisq; amplexibus delectari, ipsum oportet primo operum meritis, contemplandæ veritatis aditum præparare. Bonę quidem myrrhatæ manus, quę carnis mortificationem operantur, quæ fluxũ eius compescunt, stringunt lasciuiam, vt latius influat oblectatio verbi. Has stillas myrrhæ congrue accipimus vigilias, ieiunia, parcitatem victus, asperitatem vestitus, plagas virgarum volũtarie susceptas, in matutinis psalmodiæ vociferationes non pigras.

¶ Tertium dicitur osculum oris, quod quantum commodius effari potest, nihil aliud est, quàm per cõtemplationem fruitiua adhæsio & vnio spiritualis sponsæ iam mundatæ & exornatæ cum suo sponso amantissimo. Anima enĩ amorosa tunc à suo sponso sempiterno, scilicet dei verbo, osculatur, quãdo intellectu & affectu quasi duobus labijs suis verbo aduna-
1 Cor. 6 tur, iuxta illud Apostoli: Qui adhæret deo, vnus spi-

ritus est cum eo. Istud vero osculum non potest ex
plicari quid sit, sed à mortali aliqualiter gustari. Vn Bernard.
de dicit Bernardus: Explorare velim, si cui vnquam
vestrum ex sententia dicere datum sit: Osculetur Cantico.1
me osculo oris sui. Ego arbitror neminem fa-
cile scire posse quid sit, nisi qui accipit. Est quippe Apocal.2
manna absconditum, & solus qui edit adhuc esuriet. Ecclesi.24
Est fons signatus, cui non cõmunicat alienus. Quali-
ter beata Maria Magdalena hoc osculum experta fu
erit, patet in eius legenda, quæ in triginta annis nul-
lum cibum vel potum sumpsit, nisi cœlestem, quod
osculum est sponsi. Itaq; fratres mei charissimi, sequa
mur patronam ordinis beatam Mariam Magdalenã
& curis, solicitudinibus, & occupationibus inutilibus
& nociuis, atq; superfluis reiectis, circa hæc anima-
rum nostrarum spõsi oscula die noctuq; occupemur
ne in die desponsationis, id est, iudicij singulis nobis
damnabiliter à sponso domino nostro Iesu obijciat:
Osculum mihi non dedisti.

¶ Ad peccatorum remissionem necessa-ria esse multa. Exhortatio III.

Remittuntur ei peccata multa, quoniam
dilexit multum. Lucæ.7. Sacer ordo no
ster Carthusiensis exordium sumpsit à
pœnitẽtia. Volebant enim primi patres Psalm.94
nostri faciem domini præoccupare in
confessione, nedum laudis, sed etiã pœ
nitentiæ, & lachrymis veræ contritionis, & satisfacti
one afflictiua placare regem gloriæ, ne perirent, sicut
ille doctor, quem propria confessione didicerant con
demnatum. Propterea elegerunt locum pœnitentiæ
aptum, eremum terribilem, quã decies inspexi. Nos
sumus filij patrum nostrorũ. Exhibeamus nos quales
les nos profitemur. Agamus pœnitentiam. Ad hoc

enim venimus. Raro ad ordinem nostrum venit ali quis, nisi prius fuerit aliquibus peccatis obligatus. Igitur præterita defleamus, donec nobis deficiant in ipsa hora mortis lachrymæ. Futura caueamus omni studio. Sic Maria Magdalena licet consequuta fuisset remissionem & gratiam, tamen vsq; in finem vitæ pœnituit, & futura declinauit, solitudinem & eremum muliercula colens: Fratres mei, non sufficit semel pro peccatis doluisse, sed oportet semper dolere, hoc est, auersionem à peccatis habere, quãdo mẽti occurrunt. Sed ipsa pœnitentia infructuosa est si-

1 Cor. 16. ne charitate, quia Apostolus dicit: Omnia vestra in

Lucæ 7 charitate fiant. Quapropter de beata Maria Magdalena in euangelio dicitur: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. In quibus verbis duo innuuntur: Primum peccatorum remissio, Secundum, remissionis ratio. Ad peccatorum remissionem plura sunt necessaria. Primum est peccati cog-

Bernar. nitio, vnde Bernardus: Scio neminem posse saluari

Seneca. sine propria cognitione. Et Seneca: Salutis initium est propria cognitio. Quomodo enim fieri potest, quod quis à peccato se auertat, de illo doleat, confessorem informet, nisi illud plene agnoscat? Quanta autẽ diligentia debeat exhiberi pro peccati cognitione necessaria, in doctoribus sanctis (quorum egregia scripta copiose possidemus) requirite, Non est negligendum, quia salus nostra ex eo dependet. Sed heu plures inueniuntur, quos tędet laboris, imò (quod peius est) nolunt se agnoscere, ne conscientiæ remorsu cõtristentur. Tempora vero pœnitentiæ indulta expẽdunt secundum desideria cordis ipsorum, in vanis & inutilibus, imò & nociuis, auertentes oculos à semetipsis, & conuertentes in alios, & curiositate ducti aliorum vitam discutiunt, dijudicãt, cõdẽnant, aliosq; ad idem inducũt, ducẽtes dies vacuos, & noctes in-

Bernard. somnes. Vnde Benardus: Multi multa sciũt, seipsos

nesciunt. Secundum quod requiritur, est considera-tio diuinæ offensionis. Hinc Augustinus: Pœnitens inquit non solum consideret quid fecit, sed quem offendit. Tertium est timor, vnde in Ecclesiastico scriptum est. Timor domini expellit peccatum. Quartum est remissionis fiducia. Vnde Salomon: Per misericordiam ait, & fidem purgantur peccata. Quintum est peccati verecundia. Vnde Gregorius, Faciliter ait culpa corrigitur quæ erubescitur. Et Ecclesiasticus ait: Est confusio adducens gloriam. Quanto enim verecundia maior, tanto pœnitens in oculis dei clarior. Sextum est, notitia damni, quod peccatum in nobis operatur. Damna quæ peccator acquirit p peccatū, sunt multa & grauia, atq; horrenda nimis. Priuat pctōr dei gratia & æterna gloria, acquirit sibi æterna tormenta, vulneratur spiritualiter, & peioratur natura eius atque corrumpitur. Odio habet altissimus peccatorem. Quæ omnia considerata, merito mouere debent peccatorem ad pœnitentiam atque dolorem, sicut mota fuit Maria Magdalena, quæ intantum doluit, vt resolueretur in abundantiam lachrymarum, quibus lauare potuit domini Iesu pedes. Vnde audire meruit: Remittuntur tibi peccata tua. Hinc exclamat Bernardus: O quanta vis est in lachrymis pœnitentis, abluunt culpam, extinguūt gehennam, ascendunt ad cœlos, descendunt in abyssos, ignem inferni extinguunt, in cœlo deum reconciliant, intus animam lauant. Et Chrysostomus: Nemo ait, flens ad deū accessit, qui nō impetrauit quod postulauit. Et Isidorus: Pœnitentis lachrymæ apud deum reputantur pro baptismate. Cum ergo tantæ efficaciæ sint lachrymæ in hac breuis temporis vita, quæ post vitam in sempiternum nullius erunt virtutis, mirum satis est, quod peccator sibi conscius q deū grauiter offendit, has lachrymas negligit, & totū fere tempus in lętitia inepta, in risu inutili &

Auguft. Eccleſi.1. Prouer.15 Gregori. Eccleſi.4. Sapi.17. Bernar. Chryſoſt. Iſidorus

gaudio decipiente consumit. Verũ ad remissiōem cul
pæ maxime valet, quod secundo loco in verbis the
matis subiũgitur, scilicet, quoniam dilexit multum.
Non est hoc intelligendum, quod dilectio fuerit in be
ata Maria Magdalena cum peccato, & per eam me
ruerit remissionem: quia impossibile est quod pecca
tum & dilectio dei sint simul in eodē, sed magna di-
lectio exterioribus signis exhibita, plenariã à pœnis
peccatorum obtinuit remissionem, & quandam ob-
tentæ veniæ assecurationem, quæ rursum remissio
auxit amorem, quia cui plus dimittitur, plus diligit.
Lucæ 7 Et nos fratres charissimi, consideremus quæ à deo
1. Cor. 1 donata sunt nobis, quantas offensas nobis dimisit,
quoties peccatis exigentibus in infernum iam diu de
scendissemus, nisi pietate diuina p̃seruati fuissemus.
Pro ijs omnibus deum multum diligamus, vt plena
riam remissionem peccatorum, & veniæ assecuratio
nem in affluentia diuinæ dulcedinis consequi merea
Apocal. 3 mur. Excutiamus nos à tepore, ne incipiat nos euo-
mere de ore suo. Qui enim multum diligit, nihil ne-
gligit, sed solerter circumspicit, ne aut in corde suo,
aut in mente sua, aut in anima sua, aut in omnibus vi
ribus suis, aliquid delitescat, quod oculos super oīa
dilecti domini dei & saluatoris sui offendere possit.
Naturalia sua vitiosa funditus relinquit, passiones
ad imperium rectæ rationis edomat, & nec sibi nec
vlli creaturæ, sed soli dilectissimo placere & ab eo di
Cantic. 8 ligi, anhelo spiritu desiderat. Fortis est enim in eo, vt
mors, dilectio. Quia sicut mors fortissime coniuncta
separat (scilicet animam à corpore) sic amor dei, mul
tus & fortis, vniuersa amabilia ab eo dissoluit, & ad
ea quasi insensibilem reddit, imitatione beatæ Marię
Magdalenæ, quæ amore Christi tædio vitæ affecta,
mundum, & amicos, etiam sanctos, & omnia dimisit,
& eremum intrauit, vt eo liberius soli diuino amo-
ri vacaret.

¶De modo syncero exercitioq; diligendi deum. Exhortatio IIII.

REmittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Lucæ 7. O verbum suauissimum & omni gaudio plenum. Remissio peccatorum fit per exercitium iucundissimum atq; dulcissimum, scilicet dilectionis. Nihil quippe dilectione suauius, qua diligens coniũgitur dilecto inquãtum bono. Loquimur tamen de dilectione recta & vera, qua deus diligitur, qualem habuit beata Maria Magdalena, q̃ sua peccata secundum textũ sancti euangelij p dilectionem deleuit. Contraria enim solent contrarijs curari. Peccando vero ipsa ab incommutabili bono se conuerterat ad bonum commutabile, in quo latet venenum infernale amarissimum: sed diligendo se cõuerterat à bono commutabili ad bonum incommutabile, scilicet deum, qui est ipsa dulcedo infinita & immensa. Ista beata Maria Magdalena nobis cũ magna solennitate in exemplum proponitur, quia eius vita est Carthusiensibus viuendi forma. Idcirco sancti patres ordinis nostri institutores, quærentes peccata delere, per exercitium dilectionis (quod est pars principalis in contemplatione) eius vitam imitari cupientes in solitudine, eam in compatronam solenniter venerandam elegerunt. Imitemur ergo fratres q̃ colimus, & toto mentis nisu multũ diligamus, vt multorum peccatorum plenam remissionem consequi mereamur. Pro certo sciatis, fratres, ꝙ nullo exercitio (quarumcunq; etiam magnarum virtutum) ita efficaciter atq; plenarie peccata soluuntur, quàm isto exercitio dilectionis. Qui autem exercitare se in dilectiõe desiderat, primo discat necesse est, quomodo diligere debeat. Est ergo sciẽdum, quòd diligere aliquẽ, est velle illi bonum. Bonum autem aliquod est quod præsentialiter habetur: Aliud quod nõdum habetur, sed po

test haberi. Deus autem bonum (quod ipsemet est) incommutabiliter habet, nec aliquid potest ei adiungi nec potest crescere in bonitate, quia infinitũ atq; immensum bonum existit. Sed proximus noster & habet aliquod bonum, & alia adhuc bona accipere potest. Proximum ergo diligimus, quando ei bona quæ habet & habere potest, volumus: Deũ vero diligimus quando bonũ quod ipsemet est & habet, ei volumus. Sed non debemus ei velle bonum quod non habet, qa hoc esset vanum, & etiã iniuriosum, quasi deo aliquid deesset perfectionis, quod ei vellemus adiungi. Tunc ergo deum diligimus, qñ cognoscimus & consideramus eius essentiã, æternitatem, omnipotentiã, infinitã sapientiam, immensam bonitatẽ, misericordiã, iustitiã, amorem, & cæteras intrinsecas perfectiones eius purissimas sine admixtione vlla contrarij: puta bonitatem ei⁹, sine vlla vel minima malitia aut malo, sapientiam sine vlla ignorantia, & sic de alijs, & volumus ei illas inesse, imò complacemus & gaudemus & delectamur in hoc ꝙ talis est deus noster: quanquam congaudere & delectari non sint dilectio, sed effectus dilectionis concomitantes, & signa intensæ dilectionis. Prædicta dilectio dicitur affectiua, qa dilectio est actus voluntatis in qua est affectio. Qua dilectione debemus deũ diligere, hoc est, ei bonũ q̃d est velle absolute, id est, propter seipsum, quiescendo in ipso, & non referendo ad aliquid aliud: vtputa nõ debemus diligere deum propter æternam vitam, nec propter beneficia p̃terita aut futura, nec qa redemit nos, & creauit, nec propter alia quæcunq;, inquãtum propter, dicit causam finalẽ, qa si sic diligeremus deũ tunc non eũ diligeremus tanq̃ supra omnia per se amabilem, sed propter alia nobis accommoda, & sic eũ haberemus viliorẽ q̃ illa propter q̃ eum diligeremus.
Philosop. Quia propter q̃d vnumquodq; tale, ingt Philosophus 1. posteriorũ, & illud magis. Et Bernardus in libro
Bernard.

de diligendo deum: Deum inquit amās anima, aliud præter deum sui amoris precium non requirit, aut si aliud requirit, illud pro certo, & non deum diligit. Item si propter aliud quodcunq; deum diligeremus, tunc eum dilectione concupiscentiæ diligeremus, sicut diligimus cibum & potū propter conseruationē vitæ, æquū & mulum propter agendum iter, quod esset turpe de dei dilectione sentire. Sed debemus deū diligere dilectione amicitiæ, fauendo & congaudendo ei in suo bono, quemadmodum diligimus hoīem virtuosum, affabilem, doctū, bonū, &c. licet eū nunq̄ viderimus, nec videbimus, aut aliqd boni ab ipso recepturi simus. Debemus tamē deum diligere propter æternā vitam & cætera beneficia, dilectiōe effectiua hoc est, pura dilectio dei mouere nos debet ad laudādum & benedicendum deum, qui tantū diligibilis est ac per hoc meremur vitam æternam: Quia omnis actio meritoria est, q̄ dilectione informat atq; mouet. Ipsa quoq; dei beneficia præstita atq; præstanda, nos mouere debent ad deum diligendum. Vnde quando dicit quod diligere debemus deum propter beneficia, ly propter, non dicit causam finalem, sed motiuam & effectiuam, Debemus etiam propter dilectionem dei, tanquam ab ea moti, mandata dei seruare, iuxta illud: Si quis diligit me, sermonem meū seruabit, & laudare ac benedicere deum, vt vitam æternam consequamur, id est, vt ad illum statum beatitudinis perueniamus, vbi perfecte & continue deum (prout a nobis est diligibilis) diligamus. Possumus enim licite vnum effectum dilectionis in alium referre, scilicet minus bonum in melius, non tamen sistendo in aliquo ipsorum, sed omnes finaliter in deum referendo. Et quia æterna beatitudo est multo melior q̄ sint ieiunia, eleemosyna, oratio, cōtēplatio, &c. ergo licite possumus omnia illa & similia propter vitam æternam facere, & ad eam referre, sed non ibi

Iohan. 14

quiescere finaliter, vt ibi, id est, in æterna vita, nobis bene sit. Hæc enim esset peruersitas grauis, sed nos & æternam vitam & omnia debemus referre in deũ, & gloriam eius. Prædicta tamen dilectio intelligenda est & accipienda tanquam charitate informata, quæ est habitus quidam infusus cum gratia gratum faciẽte, sine qua impossibile est esse meritũ. Dilectio generale est nomen, & deriuatur ad multas dilectiões. Ea vero qua deus diligitur & proximus meritorie, charitas nominatur.

¶ Quantum dilexerit beata Magdalena: & quomodo eandem debeamus imitari. Exhortatio V.

Remittũtur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Lucæ 7. Constat charissimi hanc mulierem multa cõmisisse peccata, quæ ei narrãtur remissa. Propterea sancti patres eam solenniter venerari sanxerunt in ordine nostro, vt eius exemplo ad spem veniæ, ad veram perfectamq; contritionem, ad pœnitentiam in solitudine, in silentio, in abstinentia & sobrietate, ad vitam contemplatiuã, & tandem ad feruentem Christi amorem prouocemur Quam vt facilius imitemur, per eandem quam ingressa est, viam ingrediamur. Hæc est via dilectionis. Dilectio eam ad omnia quæ fecit prouocauit, dilectio remissionem peccatorũ impetrauit. Testatur hoc dominus Iesus, dicens: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multũ. Alia quæ egit, huius dilectionis signa extiterunt: Quia (vt inquit Hieronymus) nihil amantibus durum, nihil difficile. Sed teste Gregorio, magna operatur amor vbi est. Ergó omnia illa quæ in sacro euãgelio, vel in historijs de hac muliere narrantur, ex dilectione prodierunt. Imitemur

Lucæ. 7

Hierony.

Gregorius

feruentem huius mulieris dilectionem, & non erit tædiosum pœnitentiam agere, nec difficile veniã impetrare. Quod tædium, tepor & murmur nos vexãt ex modica dilectione oritur. Vitrum enim quod in paruo igne ponitur, frangitur, quod tamẽ in magno igne consolidatur. Sic ignis diuini amoris (quem dominus Iesus misit in terram, & voluit vehementer accendi) si fuerit magnus, consolidat & corroborat hominem in bonis operibus, etiam vsq; ad gaudẽter susceptum martyrium. Si fuerit paruus, talis homo frangitur tędio, distrahit̃ in oratione, tepescit in operatione, ieiunat cum attediatione, obedit cum murmuratione. Beata vero Maria Magdalena fortissime deum dilexit, & eius dilectio potest comparari sex rebus fortissimis, quibus dilectio perfectorum per victoriam in Canticis Canticorũ exprimitur: Fortis (inquit ibidem Salomon) est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio: lampades eius lampades ignis atq; flammarum. Aquæ multæ non poterũt extinguere charitatem, nec flumina obruẽt illam. Si dederit homo omnem substantiam domus suæ, p dilectione, quasi nihil despiciet eam. Ecce sex fortissima scilicet mors, æmulatio, ignis, aquæ, flumina, substantia temporalis, quæ omnia superata sunt & victa per dilectionem, vel charitatem sanctorum. Quia de dignitatibus deijci, verberibus affligi, substantijs nudari, erat ipsis gaudium, & mori pro Christo erat eis tãquam lucrum & in desiderio. Dilectio igitur sanctorũ est omnium fortissimorum fortissima. Talis erat dilectio beatæ huius mulieris. Erat ergo dilectio eius sicut mors fortis, quãquam fortior. Fortis, quia sicut mors separat ea quæ fortissime sunt coniuncta, ita dilectio beatæ Magdalenæ, qua dominum Iesum dilexit, separauit ab ea omnem carnalem & secularem, omnem quoq; illicitum amorem, cui erat fortissime colligata, Ideo mundum & omnia in eo contenta, res

Lucæ 12

Cantico. 8

possessiones, amicos, voluptates & similia cuncta res liquit, & eremum triginta annis inhabitauit in oim rerum penuria, & sine vlla humana consolatione. Eremus nostra in qua professionem fecimus, & quã inhabitamus, satis delicata est fratres mei, solitudo satis socialis, silentium satis affabile, & humanę carnalesq; consolationes intantum exuberant, quod spirituales locum non inueniunt. Beata vero Maria Mag. in nullo cõsolari voluit, nisi in solo deo: & ideo spũales, diuinas consolatiões abũdãtissime inuenit. Vnde poterat dicere illud Psalm. Renuit consolari
Psalm. 76 anima mea, sc; in vlla creatura. Memor fui dei & delectata sum, & exercitata sum & defecit spũs meus. Et
Psalm. 72 illud in alio Psal. Inflammatũ est cor meũ, & renes mei cõmutati sunt, & ego ad nihilũ redacta sum, & nesciui. Ex q̊ renuit cõsolari in vlla creatura, renes eius cõmutati sunt. i. voluptates. In renibus eñ viget luxuria, quæ est omnium carnalium voluptatum voluptuosior. Idcirco per renes denotantur (tanquam à principali) omnes voluptates, sicut etiam in scripturis sacris per panem innuitur omnis cibus. Commutauerat ergo nostra Magdalena renes suos, id est, voluptates, & obtulerat in pœnitentia cum adipe deuotionis deo in sacrificium renunculos suos, secundũ figuram scripturarum. Eapropter exercitabatur in
Leuitic. 3 lege domini die ac nocte, memor dei amati sui, & in
Psalm. 1 flammatum est cor eius amore illius, & delectata est in ęo aĩa eius castissimis voluptatibus, donec deficeret spũs eius, & ad nihilũ redigeret. Dicit aũt spũs deficere, qñ amore vnit deo: non q̧ suũ esse naturale admittat, aut in esse ideale q̃d habuit æternaliter in deo transeat, sed qa mens amantis, nec circa seipsam, nec circa q̃dcunq; creatũ aliquẽ actum exercet, sed soli deo vacans, eidẽ per coniunctionẽ affectus spũalis adhęrens, vnus cũ eo spũs, tali modo efficit, & potius à
1. Cor. 6 spiritu dei, q̃ à proprio spũ agit, vt Apost. testatur. Et
Roma. 8

tunc amans(vt Bonau.dicit) non agit scdm propriā formā, sed scdm formā.i.voluntatē amati, participādo proprietatē amati, iuxta illud Aug. Aia verius est vbi amat(vcz scdm vires superiores, intelligendo, volēdo &reminiscēdo)q̄ vbi animat,i,vitā pstat, secundū vires inferiores. Addit ꝓo in Psal. Et nesciui qa hic amādi modus, oēm humanā &naturalē transcēdit cognitionē. Nā q amat deus, posuit tenebras latibulū suū, ad quas iuxta sentētiā Hug. de S. Victore sæpe amor intrat, vbi cognitio foris stat. Ecce mors spūalis.i.dilectio q̄ separauerat à B. Maria Mag. illicitū amorē in hac vita, ad quantā felicitatē eandē pduxit etiā in hac vita. Imitemur propositū nobis exemplar, in eremo, in solitudine constituti, imò in domo pharisæi, qa in hac domo conuersatione diuisi sum⁹ à secularibus hominibus. In hac domo q̄tidie Chrm̄ habemus, tractamus, & si voluerimus eius pedes lachrymis irrigare &cætera pietatis & religionis obsequia impēdere, possumus. ¶Scdo erat dilectio fortis sicut æmulatio. Aemulatio em̄ impioꝝ in psequutionibus cōtra sctōs erat dura sicut infern⁹. Sed fortior & durior erat dilectio sanctoꝝ, q̄ vicerūt oīa tormēta. Dilectio Mariæ Mag. indurata erat in Christo dilecto. Et sicut infernus tenet aīas inamissibiliter, ita tenuit Chrm̄ dilectio Mag. inseparabiliter. Ambulantē Chrm̄ seqbat, indigētē Chrm̄ alebat, ad sedētis pedes sedebat, vescenti astabat: & vt plene reficeret, caput & pedes pciosissimo vnguento vel liquore infundebat, in morte cū pia matre Iesu sub cruce stabat, & mortuo vnguentū pparabat. Impleuit ergo q̄d dicit in Poruerb. Omni tempore diligit q amicus est, &frater in angustijs comprobatur. ¶Tertio, dilectio beatæ Mariæ Magdalenæ erat fortis sicut ignis in consumendo & accendendo: Deus em̄ ignis consumens est ingt Apost. qa ipsa increata charitas manēs, creat in angelis & hominibus charitatem, per quam con-

Bonaue. Augustin. Psalm.17 Hugo. Vi. Lucæ.10 Iohan.12 Lucu. 23 Marc. 16 Prouer.17 Deuter.4 Hebr, 12

ſumitur rubigo peccatorum in hominibus, & ange-
los & homines quos dignatur in amorem ſui accen-
dit & inflammat. Hinc ſancti angeli lapides igniti &
ſupremi ſeraphin, quaſi ardentes nominantur, & ad
homines ignem miſit in terram, & voluit vehemẽter
Lucæ 12 accendi. Hic ignis in pœnitente Magdalena quantũ
flagrauerit, quantumue operatus fuerit in conſumen
do peccatorem rubiginem, veritas ipſa teſtatur, quã
do dixit: Remittuntur ei peccata multa, quoniam di
Lucæ 7 lexit multum. Nec ſolũ crimina abſumpſit, quinimò
cor eius ad meditandum de deo, & ad amandum eũ
ſuper omnia accendit, vt dicere poſſet: In meditatio
ne mea exardeſcet ignis: quando ſcilicet recordaba-
Pſalm. 38 tur meditãdo dulcedinem verborum Ieſu, vitam, a-
ctus & miracula quæ fecit. Exarſit plane ignis ille, q
Prouе. 30 nunquam dicit ſufficit. Amor enim diuinus nunquã
Deuter. 6 dicit ſufficit, quia eſt ſine modo. Hinc eſt quòd præci
Matth. 22 pimur deum diligere ex toto, nihil relinquẽtes in cor
Marci. 12 de, hoc eſt, in affectu, & volũtate, nec in mente, id eſt,
Lucæ 10 intellectu, nec in anima ſcilicet ſenſitiua, id eſt, ſenſi-
bus, nec in virtute, vel fortitudine, id eſt, in operatio
nibus, quin omnia tendant in amorem dei. Hæc tota
litas in ſcripturis, ſæpiſſime recenſetur. Confitebor
Pſal. 9. 85 tibi in toto corde meo. In toto corde meo exquiſiui
110. 137 te, & cæt. Fratres mei imitemur noſtram Magdalenã
Pſalm. 118 diligendo omni tempore in proſperis & aduerſis, &
ex toto. O quàm felices eſſemus, ſi ex toto diligere-
mus deum, ipſi totaliter conformes effecti. O quanta
dignatio dei, quod dignatus eſt præcipere & obliga
re nos ad totalem dilectionem, vt amoti ab omnibus
caducis rebus & viliſſimis, precioſiſſimæ diuinitati
copularemur. O ingratitudo noſtra, ó negligentia no
ſtra, ó infelicitas noſtra.

¶ Quarto, dilectio Magdalenæ noſtræ comparat
Eccleſia. 3 aquæ in extinguendo. Vnde in Eccleſiaſtico ſcriptũ
eſt: Ignem ardentem extinguit aqua. Sic dilectio Ma

gdalenæ, nedum ſeparauit amorem illicitum in ea, (vt ſupra dictum eſt) ſed totaliter extinxit, ſicut probat ſanctiſſima vita eius, & feliciſſimus exitus.

¶Quinto, dilectio Magdalenæ noſtræ comparatur flumini in obruendo. Quia dicitur apud Matthæum: Venerunt flumina, & venti flauerunt & irruerũt in domum illam, & cecidit. Sic dilectio dei, quaſi flumen irruit in domum peccatricis huius & cecidit, & facta eſt ruina eius magna, quia totaliter peccata dimiſit, & erexit domum dei: quia qui diligit me ait dominus Ieſus, ſermoẽm meum ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionẽ apud eum faciemus, quaſi in domo ſcilicet. Fratres mei, cadat per dilectionẽ dei in nobis domus vitiorum, & erigatur domus virtutũ, in qua deus habitare dignetur. Matth. 7 Iohan. 14

¶Sexto, dilectio noſtræ Magdalenæ comparatur ſubſtãtiæ temporali, in appetendo, quæ ſecundũ Philoſophum, creſcit in infinitum. Sic dilectio eius contempſit temporalia, & dilectio æternorum creuit ſine termino. Sic nos fratres omnia cõtemnamus, & ſine modo & termino deum diligamus, & oremus cum beato Auguſtino: Vnum precor à te domine, vt in nullo permittas me conſolari quàm in te, om̃ia amareſcant, vt tu ſolus mihi dulceſcas, omnia mihi mortua ſint, vt tibi viuam. Philoſop. Auguſtin.

¶Inter vitam actiuam & contemplatiuam diſcrimen quale. Exhor. VI.

MAria optimam partem elegit, Lucæ. 10. Ex verbis domini manifeſte habemus, quòd ſunt duæ partes humanæ vitæ: Quarum vna turbatur, eo ꝙ occupatur circa multa. Altera quieſcit, eo ꝙ vni intendit neceſſario, ad quod humana vita finaliter creata eſt, quod eſt prima incommutabilis veritas, in cuius cognitione & amore conſiſtit ve

ra felicitas. Has partes catholici doctores appellant primam vitam actiuam, figuratam per Martham. Secundam vitam contemplatiuam, significatam p Mariam. Beatus Augustinus ponit tertiam, ex vtraque compositam. Sed hoc non contrariatur primæ distinctioni, quia illa tertia virtualiter continetur in duabus, ex quibus est composita. Et quando plus habet de contemplatiua, tunc compræhenditur sub contemplatiua vita. Quando vero plus habet de actiua vita, comprehenditur sub actiua. Non est enim aliqua humana vita in aliquo homine, quæ ita sit cõtemplatiua, quod nihil habeat de actiua, vel econuerso. Quando vero id quod spectat ad vitam actiuã ordinatur in vita humana ad vitam contemplatiuam tanquam ad finem, tunc comprehenditur in vita contemplatiua, & econuerso. Omne enim quod ordinatur ad aliud sicut ad finem, trahitur ad speciẽ eius ad quod ordinatur, sicut ille qui mœchatur vt furetur, magis dicitur fur quàm mœchus, secundum Philosophum quinto Ethicorum. Et qui obedit vt præficiatur cæteris, magis est ambitiosus quàm obediens. Sufficienter ergo vita humana diuiditur, qñ in duas partes, authore domino Iesu, diuiditur. Vita autem humana est rationalis & intellectiua, quæ homini proprie conuenit secundum naturam, per quam etiam ab alijs creaturis secernitur, quanquam vim in se anima rationalis habeat, per quam vitam sensitiuam cum brutis, & vegetatiuam cum plantis etiam possideat. Quia ergo qdam hoies p intellectũ precipue intendunt contemplationi veritatis, tanq̃ fini, qdam vero intendũt principaliter exterioribus actionibus, diuersa in ijs viuẽdi modis hoies nomina sortiuntur. Quidam dicuntur contemplatiui, vt Carthusienses, quorum omnia studia tendunt ad cognitionem veritatis, tanquã ad finẽ. Quidã dicũtur actiui, q cuncta sua studia dirigunt ad bonos actus,

Augus.

quorũ tamen finalis & vltimatus finis est deus. Sancta Maria Magdalena elegit inter has partes, attestãte domino Iesu, meliorem, imo optimam. Diligenti ergo indagine inquirendum est nobis, quæ pars sit optima, vt insequendo patronam ordinis, piam Magdalenam, eam obtinere valeamus. Discutiamus ergo breuiter præfatas duas vitas, id est, modos viuẽdi, actiuam scilicet & contemplatiuam, vt sciamus bonitatem earundem. Ambæ enim sunt bonæ & sanctæ, nulla mala. Actiua vita est occupatio intellectus practici circa actus virtutum moralium. Vnde Isidorus in libro de summo bono dicit: In actiua vita prius per exercitium boni operis cũcta exhaurienda sunt vitia, vt in contemplatiua iam pura mentis acie ad contemplandum deum quisque pertranseat. Sed manifestum est quod exhauritio vitiorum non fit, secundum vitam humanam, nisi per actus virtutum moralium. Quapropter omnes actus virtutum moralium pertinent ad vitam actiuã. De quibus actibus loquitur beatus Iacobus: Religio inquit, munda & immaculata apud deum & patrem hæc est: Visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc seculo. quia enim dixerat factorem operis beatum, nunc quæ facta maxime placeant dicit, scilicet misericordia & innocentia. Nam in eo quod pupillos & viduas visitare iussit, cuncta quæ erga proximum agere debemus, insinuat. Quod immaculatos nos à seculo iubet custodire, vniuersa in quibus nos castos obseruare decet, ostendit. In quibus sunt & ea quæ ante hæc obseruare monuit, vt tardi ad loquendum, tardi ad iram. Et dominus in euangelio: Date, inquit, eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Ex quibus omnibus elicimus, quod per ea q̃ vel proximis, vel nobisipsis ex charitate impẽdimus in actibus virtutũ moraliũ in quibus

Actiua vita

Isidorus.

Iaco. I.

Luc. II.

præcipui sunt, misericordia ad proximum, & suijpsius à peccatis custodia) mundamur à vitijs. Concluditur ergo, quòd omnes actus virtutum moralium pertinent ad vitam actiuam. Ordinantur enim principaliter ad operandum, & non ad contemplandum.

Philoso. Vnde Philosophus dicit secundo Ethicorum: q̊d ad virtutem quidem scire parum aut nihil prodest,

Lucæ,12 imò obest plurimum: quia iuxta dictum Saluatoris nostri, sciens voluntatem domini seruus, & non faciens, vapulabit multis.

Matt.7 Et alibi: Non omnis qui dicit mihi domine domine, id est, cognoscens me dominum, intrabit in regnum cœlorum, sed qui fecerit voluntatem patris mei qui in cœlis est, hic intrabit in regnum cœlorum.

Iaco.1 Hinc Apostolus Iacobus: Estote inquit, factores verbi, & non auditores tantum, quia factor operis beatus in facto suo erit. Actꝰ ergo virtutum moralium essentialiter pertinent ad vitam actiuã. Ad actiuam q̊q; vitam ptinent omnia hæc præcepta decalogi: Vnum crede deum, nec iures vane per ipsum, Sabbata sanctifices, habeas in honore parentes. Non sis occisor, fur, mœchus, testis iniquus. Alterius nuptam, nec rem cupias alienam.

Matt.23 Item: Omnia quæ præceperint vobis facite. Item:

1.Pet.2 Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter deũ

Heb.13. Item: Obedite præpositis vestris. Item: Estote mi-

Luc.6. sericordes. Et omnia quæ de humilitate, obedientia, sobrietate, castitate, paupertate, prudentia, iustitia, fortitudine, temperantia, patientia, & omnibus alijs virtutibus præcipiuntur. (Præcepta enim dantur de actibus virtutum) ad actiuam vitam pertinent. Ex hoc itaque cognoscitur bonitas actiuæ vitæ, & q̃ grata sit deo, qa mũdat & exornat hoïem, & regno cœlesti dignũ efficit. Et hęc pauca de ea pro tẽpore isto, dicta sufficiãt.

Contẽplatiua vita quæ. ¶Contemplatiua vita, est occupatio intellectus contẽplatiui, tendens ex motu volũtatis in cõtẽplationẽ primę veritatis, i, dei, ꝓpter

amorem contemplati. Vita enim contemplatiua illorum est, qui principaliter intendunt contemplationi veritatis. Intentio autem est actus voluntatis, quia intentio est de fine, qui est voluntatis obiectum. Et ideo vita contemplatiua quantum ad ipsam essentiã actionis pertinet ad intellectum: quantum autem ad id quod mouet ad exercendam talem operationem, pertinet ad voluntatem, quæ mouet omnes alias potentias, & etiam intellectum ad suum actum. Et ideo actus omnium potentiarum, siue sit intellectus, siue sint sensitiuæ vires, nec boni sunt nec mali quoad meritum, nisi inquantum mouentur à voluntate. Voluntas vero quandoque mouet intellectum vt intelligat, solum propter amorem cognitionis, quam quis ex inspectione consequitur. Et hæc est speculatio philosophorum, & quædam curiositas sciendi, quæ non est digna nomine appellari contemplationis. Quandoque vero voluntas mouet intellectum ad actum intelligendi, propter amorẽ rei intellectæ, qa vt dicit Matthæus: Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Et si res intellecta & amata fuerit deus, ille talis actus est proprie & vnicus actus vitæ contemplatiuæ. Propterea beatus Gregorius constituit vitam contemplatiuam in charitate dei, inquantum scilicet aliquis ex dilectione dei inardescit in eius pulchritudinem conspiciendam. Vnde dicit super Ezechielem: Comtemplatiua vita est, charitatem dei & proximi tota mente retinere, & soli desiderio conditoris inhærere. Idem ibidem. Vita contemplatiua calcatis curis omnibus, ad videndã faciẽ sui creatoris inardescit, qa vnusqsq; delectať cũ adeptus fuerit id qđ amat, ideo vita cõteplatiua terminať ad delectatioẽm, q̃ est in affectu: ex q̃ etiã amor intẽdiť. Vnde Gre. ibidẽ: Cõtẽplatiua, inqt, vita amabilis valde dulcedo est. In libro q̃q; Sapi. habeť: Nõ habet amaritudinẽ cõuersatio illi⁹ nec tędiũ cõuict⁹ eius, sed lętitiã

Matt. 6
Grego.
Grego.
Sapi. 8.

& gaudium. Contemplatio veritatis competit homini secundum suam naturam, prout est animal rationale. Ex quo contingit quod omnes homines naturaliter scire desiderant. Propterea contemplatio est homini delectabilis: & adhuc magis fit delectabilis habenti habitum sapientiæ & scientię. Ex quo accidit quod sine difficultate aliquis contemplatur. Et quia vita contemplatiua præcipue consistit in contemplatione rei summe amabilis, (scilicet ipsius dei ad quam mouet charitas) idcirco est summe delectabilis ratione diuini amoris. Et hæc delectatio omnem delectationem humanam excedit. Quia delectatio spiritualis potior est carnali, & ipse amor (quo ex charitate diligitur deus) omnem amorem excedit.

Psal.33. Vnde dicitur in Psalmo: Gustate & videte, quoniā suauis est dominus. Quod autem contemplatiua vita consistat in solius deitatis contemplatione, & nō

Grego. in consideratione cuiuscunque veritatis, patet per sanctum Gregorium in sexto Moralium dicentem: In contemplatione principium quod est deus, quæritur. Vbi notandum quod ad vitam contemplatiuam pertinet aliquid dupliciter. Vno modo principaliter Alio modo secundario vel dispositiue. Principaliter quidem ad vitam contemplatiuam pertinet contemplatio D I V I N AE veritatis. Quia huiusmodi contemplatio est finis totius humanæ vi-

August. tæ. Vnde Augustinus dicit in primo libro de Trinitate, quod contemplatio dei promittitur nobis actionum oīm finis, atq; æterna pfectio gaudiorū. Quæ qdem in futura vita erit pfecta. Vñ videbimus eum

1.Cor.13 facie ad faciē, & pfectos beatos faciet. Nūc aūt contēplatio diuinæ veritatis cōpetit nobis impfecte, vcz

Ibidem p speculū & in ęnigmate. Vñ p eā fit nobis qdā inchoatio beatitudinis, quæ hic incipit, vt in futuro cō-

Philoso. tinuetur. Vñ & Philo. 10. Ethico. in contēplatione optimi intelligibilis ponit vltimam felicitatem hois

Sed quia per diuinos effectus in dei contemplationē manu ducimur, secundum illud Apostoli, Inuisibilia dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, inde est quod etiam contemplatio diuinorum effectuum secundario ad vitam contemplatiuam pertinet prout sc3 ex hoc manuducitur homo in dei cognitionem. Vnde Augustinus dicit in libro de vera religione, quod in creaturarum consideratione non vana & peritura curiositas est exercenda, sed gradus ad immortalia, & semper manentia faciendus. Quatuor ergo ad vitam contemplatiuam pertinent. Primo virtutes morales, inquantum impediunt vehementiam passionum, & sedant exteriorum occupationum tumultus. Et sic dispositiue pertinent ad vitam contemplatiuam. Secundo, alij actus præter contemplationem, scilicet acceptio principiorum, & eorundem deductio, & similia, de qbus iam nō est dicendū per singula. Tertio contemplatio diuinorum effectuū. i. creaturarū. Quartū vero contemplatiuū est ipsa contēplatio diuinæ veritatis in speculo & in ænigmate, vel in raptu, secundū quem contemplans medio modo se habet inter statum præsentis vitæ & futuræ: sed non potest videre deum per essentiā. Vnde Gregorius dicit sup Ezechielē. Quàm diu in hac mortali carne viuitur, nullus ita in contemplationis virtute proficit, vt in ipso incumscripti luminis radio, mentis oculos infigat. Tamen (teste eodem ibidem) contemplatiua vita hic incipit, vt in cœlesti patria perficiatur. Et tantum sit dictum de vita contemplatiua. ¶ Nunc breuissime concludamus ex cōparatiōe vtriusq; vitæ, quod contēplatiua sit melior actiua: Primo, qa dominus Iesus patris sapiētia, veritas æterna dixit: Maria optimam partem elegit. Per Mariā & actū eius, contēplatiua vita designat: ergo illa est melior q̄ actiua p Marthā designata. Est enim durabilior, quia ęterna: est principalis, quia actiua est

Roma. 1

August.

1. Cor. 13

Grego.

1. Cor. 1

Luc. 10

propter eam. Et sunt similes rationes multæ. Maria ergo optimam partem elegit.

De reparatione hominis lapsi, virtutibusque infusis & acquisitis. Exhortatio. VII.

OMnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsq; ad vnum. Psalmo. 13. & 52. Charissimi fratres hodierna solẽnitate nedum honoratur beata Maria Magdalena, sed etiam culpatur, quoniam peccatrix appellatur. Verum non solum illa, sed omnes etiam nosipsi hic sedentes (secundum verba Psalmi allegati) peccatores sumus, declinauimus & inutiles facti

Isaiæ 53 sumus. Itgem testatur Isaias: Om̄es, inquit, nos quasi oues errauimus, vnusquisq; in viam suam declinauit Posita vero est ipsa beata Maria Magdalena nobis specialiter & communiter omnibus in exemplum, vt sicut ipsa per dei gratiam erecta est & vtilis effecta sibi & alijs agendo pœnitentiam, ita quoq; nos faciamus. Quomodo vero hoc fieri debet, volo dicere in generali, ostendendo quare om̄is homo indigeat ope gratiæ. Omnes de illa traduce venimus, inquit sanctus Augustinus, de qua gemit Dauid, dicens: Ecce

Augustin. Psalm. 50 enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Quare hoc? Quia amisimus originalem iustitiam humano generi concessam. Homo quippe in natura rationali conditus, & ad supernale bonum, id est, ad diuinæ naturæ participationē ordinatus, per originalem iustitiam habebat inferiores vires subiectas rationi. Ratio vero à deo perficiebatur ei subiecta. Verum per peccatum primi parentis hæc iustitia originalis subtracta est. Et ideo om̄es

vires animæ proprio ordine(quo naturaliter ordinā tur ad virtutes) remanent quodammodo destitutæ. Et ipsa destitutio, vulneratio naturæ dicitur. Hæc autem vulneratio ad intima essentiamq; animæ pertingens omnes vires eius destituit, & hominem inutilē fecit, iuxta illud Psalmi: Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Considerare nunc debemus quàm multimoda gratia atq; virtute huic destituto & inutili homini opus sit, quo restitutus operetur ea quæ secundum naturam suam sunt, & ea quæ naturam suam excedunt. Primo, sicut omnes creaturæ, homo indiget virtute diuina in omnibus eum mouente. Quicquid enim mouetur, ab alio mouetur. Nam ad motū non solum requiritur ipsa forma, quę est principium motus vel actionis, sed etiam requiritur motio primi mouentis. Omnes autem motus tàm corporales q̃ spirituales, reducuntur in primum mouens simpliciter, quod est deus. Et ideo quantumcunq; natura aliqua corporalis vel spiritualis ponatur perfecta, non potest in actum suum procedere, nisi moueatur à deo. Ecce quàm pręsens est nobis deus in omnibus, vt neque digitum moueamus, neq; oculū claudamus, absq; eo intimissime nos intuente. Eapropter dicit Boetius Indicta est vobis magna probitatis necessitas, si dissimulare non vultis, quia omnia agitis ante oculos iudicis cuncta cernentis. In eo enim viuimus, mouemur & sumus.

Psal.13.52

Boetius. prosa.6 li. 5.consola. philoph.

Actu.17

¶ Secundo indiget homo virtute, id est, gratia diuina, quæ eum curet in ijs quæ sunt ei secundum naturam. Quia tametsi in statu naturæ integræ, quantum ad sufficientiam virtutis operatiuæ, poterat per sua naturalia velle & operari bonum suæ naturę proportionatum(quale est bonum virtutis acquisitæ) in statu tamen naturæ corruptæ, vt nunc est, etiam deficit ab hoc quod secundum suam naturam poterat, vt non possit totum huiusmodi bonum implere per sua

naturalia, ita vt in nullo deficiat. Potest tamen aliquod bonum particulare agere, quia natura eius nō est ex toto corrupta. Hoc ducebat philosophos in magnam admirationem, quia ratio dictabat bonum faciendum, & deficiebat ad perficiendum, ignorantes naturæ corruptionem per Adam factam.

¶ Tertio indiget homo virtute & gratia diuina in illis quæ sunt supra naturam suam, hoc est, ad promerendam vitam æternam. Actus eñ perducentes ad finem oportet fini esse proportionatos. Nullus autem actus excedit proportionem principij actiui. Puer eñ nō potest, quod potest vir fortis. Vita vero æterna est finis excedens proportionem humanæ naturæ. Concluditur ergo, hominem per sua naturalia non posse producere opera meritoria vitæ æternæ, quia opus est ad hoc altiore virtute, & hæc est virtus gratiæ. Perspicuum est igitur non posse hominem sine gratia mereri vitam æternam. Hac autem gratuita virtute superaddita virtuti naturæ indiget in statu naturæ integræ (qualis nunc non est) ad vnum dūtaxat, scilicet ad volendum & operandum bonū supernaturale. In statu vero naturæ corruptæ (qualis nunc est) quantum ad duo, videlicet vt sanetur, ac deinde vt bonum virtutis supernaturalis operetur, quod est meritorium. Oportuit ergo beatam Mariā Magdalenam, & nos omnes si debemus post declinationem nostram vtiles fieri ad promerendum ea q̄ supra naturam sunt, scilicet gratiam & gloriam, ꝙ erigamur per communem gratiam, sc; gratum facientem, vt sanemur à vulnere peccati primorum parentū, & à vulneribus propriorum delictorum. Et hæc gratia datur à deo. Est enim gratia supernaturale quoddam habituale donum, homini à deo infusum, scd̄m q̄d donū suauiter & prompte ab ipso deo mouetur ad bonū æternum consequendū, quemadmodum & res naturales à deo motæ ad bonū naturale habē-

Gratia qd.

dum, formas aliquas & virtutes habent, q̃ sunt principia actuum, vt scd̃m seipsas inclinentur in huiusmodi motus, vt sic motus, quibus à deo mouentur, fiant creaturis ipsis seu naturalibus connaturales & faciles, iuxta illud Sap. Disponit om̃ia suauiter. Istud Sapient. 8 donum gratiæ constituit hominem in naturam diuinam participatam, secundũ q̃ virtutes infusę ipsum scilicet hominem, disponunt, appellatq́ participatio ista lumen gratiæ. Sicut em̃ lumen naturale rationis est aliquid p̃ter virtutes acquisitas, q̃ dicuntur in ordine ad ipsum lumen naturale, ita etiam lumen gratiæ, q̃d est participatio diuinæ naturæ, secundum quod dicit B. Petrus, maxima & p̃ciosa vobis promissa donauit 2. Petri. 1 vt per hoc efficiamini diuinæ cõsortes naturæ, scd̃m q̃ etiam regeneramur in filios dei, est aliquid præter virtutes infusas, q̃ à lumine illo deriuantur, & ad illud lumen ordinant. Sicut enim virtutes acquisitæ perficiunt hominem ad ambulandum, secundum q̃ congruit lumini naturali rationis, ita virtutes infusæ perficiunt hoiem ad ambulandũ, secundum q̃ cõgruit lumini gratiæ. Quapropter sicut gratia est prior virtute, ita habet subiectum prius potentijs animę q̃ sunt ꝓpria subiecta virtutũ, ita q̃ sit in essentia animæ. Sicut enim per potentiam intellectiuam homo participat cognitionẽ diuinam per virtutem fidei, & scd̃m potentiam voluntatis amorem diuinũ p virtutem charitatis, ita etiã per naturã animæ participat secundum quendam similitudinem naturam diuinã p quandã regenerationẽ siue recreationẽ. Dictum est aũt supra, q̃ per peccatum anima vulnerata est, quæ vulneratio pertingit vsq; ad intima & essentiã eius. Idcirco vt sanet, essentię animæ gratia diuina infunditur, & in altiorem naturam transformatur, hoc est diuinam per participationem. Hoc em̃ per gratiã congrue fit, qa gratia nobilior est, q̃ natura animæ inquantũ est impressio vel p̃ticipatio diuinę bonitatis.

Non est tamen nobilior quantum ad modum essendi, cum natura animę substantia, gratia vero accidēs sit. Dixi etiam in superioribus, omnes animæ vires per peccatum manere quodammodo proprio ordine destitutas. Et ideo indigent virtutibus, quæ à gratia deriuantur ad cognoscendum, volendum & operandum bonum, non tantum secundum proportionem humanæ naturæ, verum etiam ad bonum excedens proportionem hanc, quod est meritorium vitæ æternæ. Vnde ponitur in intellectu virtus fidei, quæ est de credendis, quæ humano non perspiciuntur intellectu, nec ratione indagantur. Quæ ita diffiniri potest: Fides est habitus mētis qua inchoatur vita æterna in nobis, faciens intellectum assentire non apparentibus. Virtus spei ponitur in voluntate, & est secundum Magistrum sententiarum, certa expectatio futuræ beatitudinis, veniens ex dei gratia, & ex meritis præcedentibus. Virtus vero charitatis ponitur similiter in voluntate, & affectione, in qua est amor. Est enim charitas amor quidam fundatus super communicatione æternæ beatitudinis. Omnis quippe amor vel dilectio fundatur super aliquid quod amantibus est commune. Amor vero charitatiuus habet ęternam beatitudinem, quę cōmunis est deo, angelis hominibusq́; qui sunt in gratia dei. Et est secundum Magistrum, dilectio qua diligitur deus propter se, & proximus propter deum, vel in deo. Augustinus vero sic ait: Charitatem voco motum animi ad fruendum deo propter ipsum. Et hæ tres virtutes quantū ad habitum simul infunduntur, & sunt connexæ ad inuicem secundum esse suum perfectum. Sed quando sunt fides & spes informes & sine gratia, tunc etiam sunt sine charitate. Cōnexæ etiam sunt virtutes istæ donis spiritussancti. Quia qui habet charitatem, habet spiritum sanctum & dona eius, scilicet sapientiā intellectum, consilium, fortitudinem, scientiam, pie-

Fidei diffinitio.

Spei diffinitio.

3. Sent. di. 26. parag.

Est autem Charitas quid.

3. Sent. di. 27. parag.

Charitas est.

Augustin.

tatem &timorem, per quæ homo redditur prompte mobilis à deo. Ideo dicit Iohannes Apostolus: *Sicut vnctio docet vos de omnibus.* His etiam virtutibus theologicis connexæ sunt virtutes infusæ morales, secundum esse suum perfectum, quia non possunt esse perfectæ perfectione in vltimum finem tendente vel ducēte, nisi sint cum fide, spe & charitate. Per theologicas quippe virtutes, fidem, spem & charitatem perficitur anima, in quantum per eas ordinatur in deum immediate. Per alias vero virtutes infusas morales videlicet & intellectuales, vt sunt prudentia, iustitia, fortitudo, temperantia cum partibus suis perficitur circa alias res, in ordine tamen ad deum. Sunt quippe huiusmodi perfectæ virtutes simpliciter ad salutē necessariæ, quas nominatim exprimere esset prolixū nimis. De quibus vos singuli soliciti sitis, quia sine illis non potest homo spiritualiter viuere, cū sine ipsis (inquantum sunt acquisitæ) non potest homo viuere vt decet hominem viuere. Multum vtique inter se differunt virtutes morales & intellectuales infusæ & acquisitæ. Nam illæ à deo infunduntur, istæ ex actibus frequētatis acquiruntur. Illæ perficiunt hominem & disponunt ad supernaturalem beatitudinem, vt viuat secundum deum: istæ vero disponunt & perficiunt eum ad beatitudinem sibi cōnaturalem, vt viuat secundum dictamen rectæ rationis. Illæ corrumpuntur per vnum actum peccati mortalis: istæ non corrumpuntur per vnum actum contrarium. Illæ per actus suos merentur vitam æternam: istę non nisi gratia comite. Verum licet inter se multum differant, sunt tamen circa eādem materiam, & in eodem subiecto, & eisdem nominibus exprimuntur, & eodem modo diffiniuntur, caduntque sub præcepto: quia præcepta dantur de actibus virtutum, tenetur enim homo secundum naturam viuere, id est, secundum dictamen rectę rationis. Per has virtutes, maximeque

1. Iohan. 2

per infusas curantur vulnera naturæ per peccatum inflicta, quæ (teste venerabili Beda) sunt ignorantia curaturque per prudentiam: malitia, & curatur per iustitiam: infirmitas, curaturque per fortitudinem: concupiscentia, & per temperantiam curatur. Reparata vero sanitate, iam incipiunt animo sapere fructus sui, id est opera secundum rationem, vel ex dono spiritussancti facta, & sic peruenitur ad beatitudines, quæ gustantur in hac vita cum iubilo, & recipiuntur in cœlis, quo ad pręmia, cum æterno gaudio. Hæc præscripta beatam Mariam Magdalenam declinatam in peccata erexerunt, & inutilem ad merita vtilem fecerunt, & ad æternam beatitudinem peruexerunt. Eius charissimi fratres exemplis prouocemur, eius orationibus adiuuemur, vt à peccatis per gratiam erecti, & per merita vtiles effecti, æterna gaudia statim post hanc vitam consequi mereamur.

Beda.

DE SANCTO BRVNONE initiatore ordinis Carthusiani.

Titulus quartus.

¶ De virtutibus intellectualibus, moralibus ac theologicis, & quomodo ijs prędictus fuerit beatus Bruno. Exhortatio I.

SImilabo eum viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram. Matthæi 7. Quæ verba licet de omni viro euangelico dominus Iesus dixerit, singulariter tamen de beato nostro patriarcha Brunone ea expressit, quem inter suos præelectos talem futurum infallibiliter præ

uidit. Quapropter ea voluit quotidiana frequentati one in diuinis laudibus de ipso præ cæteris sanctis decantari. Impossibile est enim illam antiphonã fuisse impositam pro cõmemoratione sancti Brunonis nisi de consilio diuino. Nihil enim fit in omni creatura sine diuina voluntate mouente (per quam facta sunt omnia) nec aliquid in esse perseuerat. Quomodo enim posset aliquid permanere ait Sapiens, nisi tu voluisses? In verbis igitur præfatis, beatus Bruno à domino Iesu tripliciter commendatur: primo tãquam vir, secundo tanquam sapiens, tertio tanquam ædificans supra petram. Primo laudatur Bruno tanquam vir. Vbi notandum, quòd vir hic non accipitur pro sexu virili (de similato loquor) alioqui fœminæ essent exclusæ à perfectione euangelica: sed accipitur pro virili animo euangelicam perfectionem adimplente, quem innumeras fœminas induisse, & vsque ad mortem in exquisitis tormẽtis seruasse cognouimus De quo loquitur Apostolus: Non est masculus, neque fœmina. Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu. Vnde in Moralibus Iob ait sanctus Gregorius: Scriptura sacra viros vocare consueuit, qui nimirum vias domini fortibus & non dissolutis gressibus sequuntur. Vnde & Sapientia in Prouerbijs dicit: O viri ad vos clamito. Ac si aperte diceret: Ego non fœminis, sed viris loquor, quia hi qui fluxa mente sunt, mea verba percipere nequaquam possunt. Vbi manifeste indicat, quòd vir & fœmina non pro sexu, sed pro diuersa mente in sacro eloquio capiuntur. Dicit etiam idem Gregorius. In scriptura sacra aliquando viri angeli, aliquando autem perfectæ vitæ homines memorantur. Homines quippe vtriusque sexus animum gerentes virilem, in hac vita perfectionem, & in futura societatem sortiuntur angelicam. Idcirco nomine viri, angeli perfecti designantur. Virilis autem animus est, anima virtute formata.

Sapien. 11
Galat. 3
Li. 28. c. 14
Prouer. 8
Lbi. 27. ca. 7. mo.

Virtus autem est animæ summe necessaria, quia per eam potentiæ suæ disponuntur, & faciles redduntur ad actus per quos anima cõsequatur finem suum naturalem, & etiam supernaturalem. Est enim secun-
Augustin. dum Augustinum, virtus bona qualitas mentis, qua
Virtus. recte viuitur, qua nullus male vtitur, quam deus in nobis sine nobis operatur. Et ista diffinitio cõcernit solum virtutes infusas. Sed si tollatur vltima particula, scilicet quam deus in nobis sine nobis operatur tunc est communis omnibus virtutibus. Et Philosophus 2. Ethicorum: Virtus, inquit, est quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit. Est igit virtus qualitas quædam, quia est habitus per quem disponitur & inclinatur homo suauiter ad opus bonum, per quod suauiter veniat ad bonum finẽ. Quapropter in omni potentia animæ, q̃ potest esse principium humanorum actuum, necessaria est virt⁹. Huiusmodi autem sunt voluntas & intellectus cum potentijs sibi subiectis. In voluntate enim sunt virtutes morales, in intellectu, vel ratione virtutes intellectuales. Et hæ acquiruntur per humanam industriam & actus frequentatos, Ideo dicuntur virtutes acquisitæ & tendunt ad finem naturalem hominis. Sed quia ad beatitudinem supernaturalem homo & conditus & vocat⁹ est, deus sua liberalitate infundit essentiæ animæ gratiam gratum facientẽ, & consortem diuinæ naturæ participatiue efficientem. Potentiæ vero intellectiuæ fidem, voluntati spem & charitatem (per quas virtutes coniungitur deo) & cum his etiam infundit cæteras omnes virtutes, per quas ex charitate vel dilectione operetur, & tunc dicuntur virtutes infusæ. ¶ Virtus vero moralis diuiditur in quatu-
Prudẽtia. or virtutes cardinales & principales: Prima est prudentia, quæ est secundum Philosophos, recta ratio agibilium. Quæ si nobis inesset, nõ ageremus opa nostra ita stolide, sicut frequẽter agimus; seducti per er

rores, vel passiones tristitiæ, timoris, gaudij, & cæterarum, quia in agendis non habemus, nec cognoscimus veram & rectam ratiōem agendorum. Inde reddimur anxij, vel turbulenti, vel scrupulosi, vel dissoluti, vel præsumptuosi, & alias incompositi.

¶Secunda virtus dicitur iustitia, quæ est, secundū Iurisperitos, perpetua & constans voluntas, ius suū vnicuiq; tribuens: scilicet deo, parentibus, superioribus, proximis & sibijpsi. Iustitia.

¶Tertia virtus dicitur fortitudo, quæ est, secūdū Tullium, considerata periculorum susceptio & laborum perpessio. Et importat firmitatē animi in sustinendis, & repellendis ijs in quibus maxime difficile est firmitatem habere, scilicet in aliquibus periculis grauibus. Et propria est circa pericula mortis. Fortitudo Cicero.

¶Quarta virtus dicitur temperātia, qua secundū Isidorum libido & concupiscentia refrenatur, & est principaliter circa delectationes tactus, & secundario circa gustum, qui est quidam tactus, & circa delectationes aliorum sensuum. Ad istam virtutem spectat castitas contra omnem luxuriam, abstinētia contra abusum & excessum deliciasq; cibi, sobrietas contra excessus in potu. Ad has principales virtutes omnes aliæ reducuntur. Quæ simul iunctæ, hominē vtriusq; sexus virum efficiunt. Talis erat sanctus pater Bruno, de quo testatur venerabilis Guigo in Legenda sancti Hugonis Grationapolitani, dicens: Adest, inquit, Magister Bruno, vir religiosus, scientiaq; famosus, honestatis & grauitatis ac totius maturitatis quasi quoddā simulacrū. Et in Chronica dicitur, morum honestate præfulgens. In eo ꝙ dicit, vir religiosus, innuitur exercitium virtutū in diuinis. In eo vero ꝙ appellat eum honestatis & aliorum simulacrum, manifeste declarat in eo virtutum omnium perfectionem. Simulacrum enim in exemplum ponitur, cui se debent alij imprimere & conformare. Tēperātia Isidorus. Guigo.

tus sancti, secundum quod donum mens eius erat bene mobilis, per spiritum sanctum ad ea quæ sunt sapientiæ.

¶ Tertio commendatur sanctus Bruno tanquam ędificans supra petram. In hac similitudine accipitur sapientia pro arte. Aedificare em̃ est actus artis mechanicæ. Sic interdum ponitur ars pro sapientia, vt Augu. Non habet res dei, hoc est, sapientia dei, sed in similato capitur sapientia proprie. Cum enim sapiens de omnibus iudicet, sapiens est qui iudicat & sapit, ꝙ omnia debet sapere & intelligere secundum fidem, & cæteras virtutes implere propter Christum & sic ædificat sibi domum supra petram, id est, Christum. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, inquit Apostolus, præter id quod positum est, ꝗd est Christus Iesus. De hac spirituali domo habetur in epistolis Apostolorum Petri & Pauli. Hanc ædificauit sibi beatus Bruno. Vnde dicitur in Chronica: Erat cœlestium virtutum copioso thesauro ditatus ac dotatus, deo atq; hominibus dilectus ac gratus. Aedificauit etiam domum materialem Carthusiæ supra petram. Quod similitudini euangilicæ correspondet vt per hoc intelligatur quod ordo Carthusianus fundatus sit per patrem Brunonem supra petram Christum: nec pluuia, nec fluminibus, nec ventis, id est, diuersis tentationibus vnquam mouendus, sed in perpetuum permansurus. Itaq; fratres charissimi, simus viri cordati, & imitatores patris nostri Brunonis, & nihil nobis sanctitatis ex fallacibus signis deuotionis, genuflexionibus, orationibus, sensibili gratia, gemitibus & lachrymis ascribamus, per quæ multi decipiuntur, putantes se aliquid esse, cum nihil sint, nec terreamur propter diuersas occurrentes tentationes: quia virtus est (teste Philosopho) circa difficillima: nec metuamus, quia in virum euãgelicum nõ cadit metus, sicut in virum constantem, sed cõfortati

August.
1 Cor. 3
1. Petri. 2
Hebræ. 3
Matth. 7
1. Cor. 4
Philosop.

spiritu sancto ędificemus ex veris virtutibus nobis domũ, vt receptus Christus in ea hic à nobis, tandẽ dignetur nos meritis beati Brunonis recipere in domum suam non manufactam in cœlis.

De amore purissimo, euangelico atq; perfecto, propter quem omnia sunt relinquenda.

Exhortatio. II.

QVi non renuntiat omnibus quæ possidet, nõ potest meus esse discipulus. Lucæ 14. Ista sancti euangelij verba ex præcedentibus dependent, quæ in eodem loco leguntur. Ait enim Euangelista: Ibant autem turbæ multæ cũ Iesu. Et conuersus dixit ad illos: Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Turbis loquebatur, quos efficere voluit discipulos suos: & hoc per odium parentum & aliorum. Non vtique per odium peruersum, quo diabolus plenus est, & o-
Psalm. 10. mnes qui diligunt iniquitatem, & odiunt animas
Psalm. 118 suas: sed per odium rectum, quo deus plenus est, qui
odit iniquitatem, & omnes qui iniquos odio habent
Deut. 6. & legẽ dei diligunt, pleni sunt. Omnibus enim imita-
Matt. 22. toribus Iesu lex ista immutabilis & indispensabilis
Marc. 12 atque perpetue durabilis imposita est: Diliges domi-
Luc. 10. num deum tuum ex toto corde tuo. Idcirco tales odio habent, quicquid huic legi aduersatur, siue sint parentes, siue cęteri omnes, siue anima, id est, vita propria. Si enim vita propria conseruari nequeat sine præfatæ legis præuaricatione, potius ponens

da est & relinquenda, tanquam odio habita, quàm conseruanda. Simili modo res omnes possessæ relinquendæ sunt, si cum earundem possessione deus ex toto corde amari non poterit. Itaque dominus Iesus volentes ad suum discipulatum accedere monet, vt præcogitent, si hoc sanctum odium ad omnē rem pro amore sui seruare potuerint, ne res atq; labores sine mercede & optato fine impēdant, & illusioni pateant. Et ponit duo exempla, scilicet de ædificaturo turrim, & profecturo ad bellum. Quasi diceret: Sicut illi accessuri, siue ad ædificium turris, siue ad prælium, præcogitant antequā inchoent, si valebunt intentum perficere per subsidia quæ habent alioqui opera intermittunt, sic vos accessuri ad discipulatū meū, debetis pcogitare atq; pensare, si propter me velitis cuncta amata relinquere, antequam me relinqueretis, alioq melius est vos ad me non accedere. Hoc etiam testatur Beatus PETRVS in Canonica sua: Melius, inquit, erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato. Istud est mandatum relinquendi omnia pro amore dei. Sed posset aliquis dicere: Est nimis arduum, & quasi impossibile viuere cum vxore, & cum cæteris, & in tantis voluptatibus, honoribus atque fauoribus, in affluentia aut penuria rerum temporalium, in cura & solicitudine, & aliis quę viuenti in hoc mundo occurrunt, nunquam à perfecto dei amore declinare. Verum est hoc, & vltra quàm nos credere possumus periculosum est viuere in mundo, & labores maximi requiruntur ad resistendum concupiscentiis, & aliis quæ dei amori aduersantur. Idcirco adiungit dominus dicens: Qui non baiulat crucem suam & venit post me, non potest meus esse DISCIPVLVS. Oportet ergo cum cruciatu temperare voluptates, & cæte

2.Pet.2

Luc.14.

ra blandimenta mundi & carnis, & quotidie agonisare pro dei viuentis amore. Ideo dicit Apostolus:
Galat. 5 Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Cruciatio enim magna est in concupiscentijs & vitijs ambulare, & eis vltra metas non consentire. Quapropter oportet eum qui vult in dei amore perseuerare, magnum adhibere conatum, secundum illud domini dictum:
Lucæ. 13 Contendite intrare per angustam portam, Dicit nostanter, contendite, hoc est, arduum & magnum conatum adhibete.
Matth. 11 Regnum quippe cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Quasi diceret. Pauci intrabunt, & illi cum magis laboribus. Quia nisi mentis intentio ferueat, vnda mundi non vincitur, per quam anima ad ima semper reuocatur. Idcirco addit dominus: Multi dico vobis, quęrent intrare, & non poterunt. Quærunt enim tantummodo, sed nō contendunt intrare, & ideo intrare non possunt. Positi enim inter amorem dei & seculi, non conantur, per sanctum odium auertere se à concupiscentijs seculi, idcirco Christum non sequuntur. Hi tamen sine cruce non viuunt. Tanta enim ipsis cruciamenta inducuntur, siue à natura, vt patet in ægrotantibus: siue ex peruersa voluntate (vt patet in latronibus & sceleratis omnibus, & militaribus) siue ex necessitate victus, vt in nautis & mechanicis, & cæteris, etiam in hypocritis, qui omnes CHRISTVM non sequuntur, quod martyres diaboli vincunt plerumque in cruciatibus martyres Christi. Hæc dixerim de ijs qui volunt Christi discipuli fieri, & tamen manere in vita seculari, vt sciatis ad quid tales tenentur, & quanta ibidem imminent pericula. Sunt tamen tales vere discipuli Christi, & ita in actibus
Actu. 11 APOSTOLORVM sæpe appellantur, vbi etiam inter cætera ita habetur: Docuerunt (scilicet Barnabas & Saulus) turbam multam, ita vt co-

gnominarentur primum Antiochiæ discipuli Christiani.

¶Sunt præterea alij discipuli Christi, non in statu communi viuentes, sed in statu perfectionis, de quibus rursum in Actibus: Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, nec quisquam eorum q̃ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Illi enim in effusione vnguenti Christi, pinguedinem charismatum spiritussancti acceperant, atq; primitias: ideoq; magis à carne & seculo abstracti, diuino amori ardentius inhærebant. Isti itaque nedum illicito amori parentum, & om̃ium quæ possederant renuntiauerunt, sed ipsos parentes vxores, pariter & amicos, resq; omnes seculi realiter & perfecte relinquebant, vt soli deo vacarent, ab om̃ibus alijs liberi effecti & expediti. De ijs verificantur magis proprie verba thematis, & cætera verba euangelij: quia ea perfecte impleuerunt. Sed talibus quis se audebit coniungere, aut apicem huius discipulatus appetere? Scriptum est enim in actibus Apostolorum: Cęterorũ nemo audebat se coniungere illis. Nõ enim sine magna causa æterna sapientia monuit per exempla turris ædificandæ, & belli gerendi eos qui ad discipulatum eius aspirarent, vt bene deliberarẽt æstimarent & cogitarent, si possent perficere statum discipulatus huius, & ea quæ ad eum requiruntur. Nonne Ananias & Saphyra vxor eius volentes fi=cte omnia relinquere, & APOSTOLORVM condiscipuli reputari, propter falsitatem & fictionem suam in ACTIBVS narrantur pessima subitaneaque morte defuncti? Nos tamen fratres (deo propitio & aspirante) ad huius discipulatus fastigium conuolauimus. Beatus Bruno patriarcha noster, cuius hodie solennia agimus, post apostolos huius quem profitemur perfectionis viuendi modũ

Actu. 4

Roma. 8

Actu. 5

Lucæ 14

Actu. 5

instituit, docuit, & in eo integerrime vixit. Hic modus inter religiones, quę omnes rebus tēporalibus indigent, quanquam omnia relinquant, & vna pluribus alia paucioribus, & tertia cæteris minus indiget, media ponitur. In qua religione scilicet media, pauci sobrie rebus temporalibus curam impendunt, scilicet prior & procurator, cæteri soli deo vacant. Perpendat vnusquisq; vestrum, & conscientiam suam conueniat nunc, vtrum suos amicos, vxorem, id est, carnalia, animam suam, id est, voluntatem, affectiones. & res omnes quæ possideri quouis modo possunt, ꝑ amore solius dei, non propter metum, nec retributionem, &c. reliquerit, & gaudeat, quia cum sancto Brunone, & omnibus perfectis statim finito huius vitæ termino, ad magisterium cœlestis sapientiæ, tanꝗ verus discipulus admittetur. Qui autem adhuc amat suos & se carnaliter, adhuc voluntatē suam pręfert voluntati superioris, nec legem modi viuendi professi seruat, sed non curando contemnit, murmurat, nec æquanimiter & patienter (sequēdo Christū dominum) quæ sibi onerosa in obseruantia vitæ regularis occurrunt, siue sint naturalia, siue ordinaria statutorum, siue aliena, tanquam crucem sibi à deo impositam portat: Talis, inquam, formidulose expectet, donec in reprobam mortem ruat.

❡Quo pacto triplici vigilia vigilandum sit contra quęcūque vitia.

Exhortatio III.

Vigilate. Marci 13. *Sæpe fratres à duce salutis nostræ Iesu in euangelio, & à nuntijs suis in eorum epistolis monemur, vt vigilemus.* Hāc vocem (scilicet vigilate) beatissimus pater noster Bru

no audiuit, & vt eius vita probauit & exitus, efficaciter impleuit. Et nos charissimi (sicut decet bonos filios) patrẽ imitemur & vigilemus. In hodierno euangelio tangunt tres vigiliæ. Pro prima vigilia insinuo vobis fratres illud, vbi dominus ait apud Lucam: Attendite vobis ne forte grauentur corda vestra in crapula & ebrietate, & curis huius vitæ, &c. Et post pauca ait: Vigilate itaq; omi tempore. Notum est, quod monemur hic contra manifesta peccata vigilare, cũ dicitur in crapula & ebrietate. De quibus etiam Apostolus Paulus scribit ad Galatas: Manifesta sunt, inquiens, opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia. Qualiter autem cõtra hæc & alia manifesta peccata beatus pater Bruno vigilauerit, probat squalida solitudo, grauis miraq; abstinentia, & vitæ austeritas. Vigilemus & nos, ne iugulemur à dæmonio meridiano, q in manifestis peccatis pugnat. Si seculares deuicerit, non multum curabit, sed multam & magnam sibi gloriam promittit si religiosos potuerit superare. Hinc ambitiões, murmurationes, lites, iniuriationes, improperationes, detractiones, inquietudines, susurrationes, & similia suscitat inter religiosos. Peccatum illius, qui de habitu, de tonsura, de nomine religionis gloriatur, est maxime scandalosum suis cõfratribus & extraneis: est confusio ingens sibi, est apud iustum iudicem damnatione graui plectendum. Idcirco summopere cauendum. ¶Pro secunda vigilia insinuo vobis illud, quod in hodierno euangelio dominus dicit: Si sciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret vtique. Et statim infert: Et vos estote parati, id est, vigilate. Hic monemur contra furem & insidiatorem, cõtraque lupum infernalẽ vigilare, qui excursus suos fa

Vigilia 1.
Lucæ 12
Lucæ 21
Galat. 5
Vigilia 2.
Lucæ. 12

ciunt nocturno potius tempore, quàm diurno. Hæc sunt occulta peccata, vel ex natura (qa non possunt facile agnosci.) vel ex parte peccatoris excęcati per malitiam, vel ignorantiam. De his dicit Sapiens: Ex cæcauit illos malitia eorũ. Et Paulus Aposto. ignorãtes monet: Si quis ignorat, ignorabitur. Contra hæc vigilauit Beatus Bruno p bonitatem & scientiã. Et nos fratres vigilemus primo per bonitatẽ. Vbi sciendũ quod habitus virtutũ vel vitiorũ generatur p actus frequentatos, Hic scilicet habitus, inclinat per modũ naturæ ad similes actus perficiendos. Inde est, q consuetudo, secundũ Philo. dicitur quædam natura. Et quia difficile est contra naturam agere, q male habituati sunt excusant, & dicunt se non posse bene agere, aut mala dimittere. Vnde dicunt religiosi mali (vt seculares omittamus,) non possum obedire illi, quàm diu est in prelatione, nõ possum orare, non possum cantare, non possum ire ad chorum, non possum ieiunare non possum seruare silentium, nõ possum seruare ordinẽ &c. Et tamen alia grauiora vel similia, quę placent, agunt. Sunt enim qui formã sibi cõscientiam latam, imò latissimã, & iudicant peccata grauia non esse peccata, aut saltem non esse tam grauia sed leuia, puta cũ irascuntur, maledicunt, furiunt, & similia faciunt, postea se excusant, quod fuerunt per occasiones moti sicut homines. Vnde noui quendam q dicere consueuit postquã excesserat: Fuerunt primi motus. Fuerunt sibi primi motus. Sed o quales tunc fuissent tertij motus, vel sexti? Tales similes sunt lupo, cui prohibitum fuit comedere carnes in precio vltra vnum solidum. Qui cum videret vaccam cum vitulo & esuriret, dixit sibijpsi: Malum est habere arctam conscientiam, quia ædificat ad gehennam. Et fecit sibi latam conscientiam dicens: Ego vaccam æstimo pro quatuor hallensibus & vitulum pro duobus, iam non excedo regulam

Sapi. 2
1. Cor. 14.
Philoso.

mihi pfixam. Sicque rapuit secure. Itaque habitus contractus & cõsuetudo inolita ex frequentatis actibus, facit hominem corruptũ & malum, sicut pomũ putridũ dicitur malũ. Et peccata inde pcedentia, dicũtur ex malitia pcedere, quę malitia excæcat. Contra hęc fratres vigilate per habitus bonos, qui generantur ex actibus bonis & virtuosis frequentatis, & reddunt (secundũ diffinitionem habitus) hominẽ bonũ & delectabiliter bene operantem. Et talis appellat ab omnibus bonus. ¶ Secundo, vigilemus contra hæc peccata per scientiam, ne simus ignari legendo sacros codices scriptaque sanctorum: Quia ignorantia iuris non excusat. Vnusquisque em̃ tenetur scire quæ ad suum statum spectant. Pro tertia vigilia insinuo vobis illud Petri A P O S T O L I, cum ait: Vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanq̃ leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Hic monemur contra terrorem leonis infernalis vigilare. Aduertens quippe ipse (qui omnium discutit studia) q̃ bonos & deũ reuerentes nõ potest ad aperta peccata trahere, nec ad excusandũ peccata per remissam conscientiam seducendo inducere, conuertitur omni calliditate ad terrores & omnes scripturas infernalẽ ignem spirantes ad memoriam reuocat, inflexibilitatem tremendi iudicis commemorat, æterna supplicia exaggerat, vt deo deuotos ac reuerẽtiales, à dulcedine securi & filialis amoris reuocet, & in seruilem timorem perducat. Tunc arctatur conscientia, tunc formantur peccata vbi non sunt, tunc serenitati cõscientiæ succedunt nebulæ erroris, tenebræ perplexitatis, horrores desperationis, vmbræ perpetuæ mortis. Tunc incipiunt trepidare timore vbi non est timor. Contra hunc leonis rugitum vigilauit Beatus Bruno per discretionem & sapientiam, quibus erat singulariter dotatus. Et nos vigilemus, & non timeamus nec diabolum, nec totum

Vigilia tertia.

1, Pet. 5.

infernum simul, quia non possunt nocere nisi volen-
Lucæ 2 ti. Consolantur nos angeli cantantes: Pax hominib⁹
Lucæ 12 bonæ voluntatis. Et in euangelio piissimus dominus
dominus Iesus dicens: Nolite timere pusillus grex,
quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Pa
trem nostrum se deus appellare dignatus est, vt fidu
ciam filialem habeamus, & non timorem seruilem.
Timeant superbi, timeant inuidi, qui patrem habẽt
diabolum, timeant conscij sibi mortalium peccato-
rum, timeãt qui faciunt excusationes in peccatis. Ti-
mor iste merito anxiat, contristat, & conturbat cor.
Talis timor longe sit ab ijs, qui præsentiam domini
Psalm. 18 quærunt in puritate cordis. Sed sit in eis timor san-
ctus permanens in seculum seculi, qui plenus est sere
Ecclesia. 1 nitate animæ & gaudio. De hoc dicitur in Ecclesiasti
co: Timor domini gloria & gloriatio, & lætitia & co
rona exultationis. Timor domini delectabit cor, &
dabit lætitiam & gaudium in longitudine dierꝫ. Hic
timor sit pura mente colentibus deum. Hæc discre-
tio timoris sit in eis, & omnes suggestiones sibilãtis
draconis, & terrores rugientis leonis dissoluet' acce-
dente vera sapientia, quæ scripturas secundum regu
las æternas & incorruptibiles sapidas reddit, vt sci-
at gustans eligere, qd ad se pertineat, & fugere quod
eum foueat, refellere etiam quod eum impedit, infi-
cit atque conturbat.

De perseuerantia constantiaque, & viti is eisdem virtutibus contrariis Exhortatio IIII.

QVI perseuerauerit vsque in finem, hic sal-
uus erit. Matthæi. 10. & 24. Die isto cha-
rissimi felicissimum perseuerantiæ beati pa
tris nostri Brunonis finem cum iucũditate recolimus

nobis in suffragium & exemplũ, quatenus eius meritis adiuti, ad ea quæ in bono perseuerantibus promissa sunt, peruenire valeamus. Et quia tanti patris perseuerantia nobis filijs suis in exemplum proponitur, dignum duxi primo explanare quid sit perseuerantia, & quædam alia quæ circa eam scitu necessaria sunt. Secundo qualiter in his sanctus pater noster Bruno se consummauerit atque perfecerit. Quo ad primum est sciendum, ꝙ post corruptionem & destitutionem naturæ nostræ, per amissionem originalis iustitiæ, proni sunt sensus hois (testante scriptura) ad malum, & difficiles ad bonum. Quapropter ad reparationem nostram, vbicunq; in actibus humanis bonis habetur aliqua difficultas, ibi requiritur aliqua virtus animæ, per quam potest illam difficultatē superare, ne impediatur à bono opere, vel actu consono rationi. Si enim ab eo discederet, vel deficeret q̊d dictat ratio, tūc deficeret à natura sua: quia hominis esse, est secundum rationem esse. Idcirco virtus animę est homini necessaria, si debeat permanere in limitibus rationis. Quòd autem virtus sit circa difficile & bonum, testatur Philosophus secundo Ethicoꝝ. De qua etiam ibidem dicit: Virtus est quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit. Et eam sanctus Augustinus commendat in libro de moribus ecclesiæ, dicens: Nemo autem dubitabit, ꝙ virtus animam facit optimam. Nunc ad propositum descendo ad considerandum particulariter quid sit virtus perseuerātię, aut circa quam difficultatem operetur, est notandum quòd in opere virtutis inuenitur quædā difficultas ex parte diuturnitatis ipsius operis. Nā hoc ipsum quod est diu insistere alicui difficili, specialem difficultatem habet: & ideo diu persistere in aliquo bono vsq; ad consummationem, pertinet ad specialem virtutem. Et hanc appello perseuerantiā. Laus enim perseuerantiæ in hoc consistit, quòd ali-

Genesi. 8

S. Diony.

Philosop.

Augustin.

quis non recedit à bono propter diuturnam toleran tiam difficiliū & laboriosorum. Exempli causa. Qui ingreditur ordinem Carthusiensem, considerata diuturnitate operū difficillimorum, vt est obedientia, perpetua clausura, solitudo, & omnia alia ordinis exercitia, quæ diuturnitate extendūt se vsque ad finem vitæ, si elegerit perseuerare in his, hoc facit per virtutem perseuerantiæ, quia perseuerare vsque ad finem virtuosi operis, per se spectat ad perseuerātiam. Ideo peseuerans Carthusiensis, debet perseuerare in diuino officio, in obedientia, & in cæteris actibus virtuosis ordinem concernentibus, donec perficiatur imo vsque ad finem vitæ. Sunt enim quædam virtutes, quarum actus per totam vitam debent durare, sicut fidei, spei & charitatis, quia respiciunt vltimum finem totius vitæ humanæ. Et ideo, respectu harum virtutum (quæ sunt principales) non cōsummatur actus perseuerantiæ, nisi vsque ad finem vitæ

August. quis perseuerauerit. Hinc est quod dicit AVGVSTINVS in libro de perseuerantia: Nullus potest dici perseuerantiam habere quamdiu viuit, nisi perseueret vsque ad mortem. Accipit enim Augustinus perseuerantiam pro actu perseuerantię consummato, Sic etiam Carthusiensis, qui vouit stabilitatem non potest dici habere perseuerantiam, nisi perseuerauerit vsque ad mortē, consummatis actibus vir-

Iacob2 tuosis (ordinem concernentibus) vsque in finem. Sicut enī fides sine operibus mortua est, ita virtus perseuerātię, quę est habitus quidā animæ, sine operibus vel actibus meritoria nō est, sed mortua, nec prodest aliquando secundum virtutes fidei, spei, charitatis & professionis operari, sed oportet vsq; in finē opera-

Matt.10. ri: quia (iuxta veritatis vocem) qui perseuerauerit

24. vsq; in finē, hic saluus erit. Hęc aūt pseuerantia meritoria, si accipiatur pro habitu perseuerantiæ, indiget dono habitualis gratiæ, sicut & cæteræ virtutes

infusæ. Si autem accipiatur pro actu perseuerantiæ vsque ad mortem, non solum indiget gratia habituali, sed etiam gratuito dei auxilio conseruantis hominem in bono vsque in finem vitæ. Quia cum liberum arbitrium de se sit vertibile, & hoc ei non tollat per habitualem gratiam præsentis vitæ, non subest potestati liberi arbitrij etiã per gratiã reparati, vt se immobiliter in bono statuat. Quapropter summe necessarium est orare deum attentissime, quod donare dignetur auxilium perseuerandi vsque in finem. Ad peseuerantiam vero pertinet cõstantia. Perseuerantia etiam & constantia conueniunt in fine, quia ad vtramq; pertinet firmiter persistere in aliquo bono. Differunt autem secundum ea quæ difficultatem afferunt ad persistendum in bono. Nam virtus perseuerantiæ proprie facit firmiter persistere hominem in bono contra difficultatem quæ prouenit ex ipsa diuturnitate actus. Constantia autem facit firmiter persistere in bono contra difficultatem quę prouenit ex quibuscunque alijs exterioribus impedimentis. Exẽpli gratia: Aliquis debet ieiunare per totam quadragesimam. Hic contra tentationem diurnitatis ieiunij, indiget virtute perseuerantiæ. Sed si venerint boni socij inuitantes ad comedendum extra tempus vel gratus cibus alliciens, si debet perseuerare, indiget constantia. Carthusiensis contra tentationem diuturnitatis obediẽtię, castitatis, paupertatis, solitudinis, ieiuniorum ac cæterorum actuum bonorum ordinis, vel professionis, indiget virtute perseuerantiæ. Sed si tentatur aliunde, puto, videtur ei se malũ habere priorem, parcum procuratorem, durum vicariũ, peruersos cõfratres vel persequutores, debile caput, incõuenientia cibaria, locũ insanũ, & alia similia. Hic si debet pseuerare, indiget cõstãtia. Virtuti pseuerãtię opponũtur mollities & ptinatia. Mollities hic non sumit pro illa quã tangit Apost, ad Corinth, 1. Corin. 6.

quæ est species luxuriæ contra naturam, qua molles seipsos commaculant, sed est illa de qua dicit Philosophus: Proprie mollis dicitur, q recedit à bono propter tristitias causatas ex defectu delectationum, quasi cedens debili mobili. Nam molle dicitur quod facile cedit tangenti. Tristitia autem causata ex carentia delectationum, est debile mouens, quia carentia voluptatis est purus defectus. Ipsa vero voluptas præsens fortiter mouet. Fortiter mouebatur amissurus lumen oculorum propter incontinentiam suam, qui dicebat: Vale amicum lumen. Ergo mollis est monachus qui propter carentiam esus carnium, vel carnalis voluptatis, vel libertatis, vel confabulationis, vel dissolutæ vitę, recedit ab optimis virtutibus, optimis meritis, libertate spiritus, gaudio in spiritu sancto, & cæteris spiritualibus diuitijs innumeris. Pertinacia opponitur perseuerantiæ, quia perseuerantia persistit secundum ꝙ oportet, pertinacia plus q̃ oportet, mollis minus q̃ oportet. Ideo secundum Isidorũ in libro etymologiarum, pertinax dicitur aliquis, q est impudenter tenens, & quasi ad omnia tenax, qa in suo proposito quasi ad victoriam perseuerat, plus q̃ oportet. Et habet ortum ex inani gloria, quia ideo aliquis nimis persistit in propria sententia, quia per hoc vult suam excellentiam manifestare. Nihilomin⁹ potest habere pertinacia varias causas, scilicet superbiam, inobedientiam, zelum iustitię, sine scientia, melancholiam, & scrupulositatem, aut inordinatũ timorem, & cætera eiusmodi. Item si quis firmat se in sua sententia, ita ꝙ etiam si ecclesia determinaret contrarium in eo q̄d pertinet ad fidem, vel bonos mores, teneret oppositum, peccat mortaliter, & sapit hæresim vt patet distinct. 8. canone, Qui contempta, alias est veniale, nisi ratione scandali, vel inobedientiæ, vel periculi. Vnde inuenti sunt monachi qui ita pertinaciter suo errori inhæserunt, ꝙ maxima scandala emerse-

Mollis. Ambrosi. Pertinacia Pertinax. Isidorus.

runt, nec curauerunt. Alij per nullam obedientiam à suo sensu auerti potuerunt. Alij periculis corporis, & consequenter animę per maledictam pertinaciam se tradiderũt. Pertinacia est semen diabolicum, ideo producit fructum æternæ damnationis. Cauete hoc malum fratres & filij mei dilectissimi. Sequimini monita & consilia, atq; voluntatem maiorum vestrorum præcipue quando plures in vnam sententiam concordant, & humiliter credite vos potius errare quàm cæteros, qui videntur curam vestri habere, & quorum regimini commissi estis.

¶ Subinde qualiter sanctus Bruno perseuerauerit, & se habuerit in prædictis, breuissime dico, quod venerabilis sanctus pater noster Bruno virtute pseuerãtię per totam vitam suam excellẽter ornatus fuit, vt ex historijs & testimonijs multarum ecclesiarum comprobatur. Tamen cum à domino papa (suo superiore) vocaretur, & relinquere Carthusianam vitã prælectam cogeretur, nõ armauit se pertinacia, sed humili obedientia, & perseuerantiæ virtute seruata in habitu, licet non in actu quo ad assumptam religionem, eandem, hoc est, perseuerantiam excellentius in melioribus actibus & virtutum operibus conseruauit, donec facultate data, pristinam vitam recuperare, & in ea quousq; hodierna die ad cœlos ascenderet, feliciter perseuerare commeruit. Sequamur ergo hunc patrem sicut legitimi filij, & in veris bonis perseueremus discrete, quatenus singulis nobis eueniat: Qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Matth.10

¶ De dignis fructibus pœnitentiæ. Exhortatio V.

FAcite fructum dignum pœnitentiæ Matthæi.3 Beatus Iohannes Baptista patronus noster, quondã peccatores interrogãdo monuit dicẽs: Quis Matth.3 Luc.3.

demonstrabit vobis fugere à ventura ira? Et quasi illi respondissent (sicut forte fecerunt) qd faciemus? Subiunxit: Facite fructum dignum pœnitentię. Iam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur, id est, omnis homo qui non facit fructum bonum dignum pœnitentiæ, per sęueritatē diuinæ iustitiæ excidetur in morte, & in ignem æternū mittetur. Sic sanctus Bruno pater noster, videns iram dei iam desęuisse in eum qui se accusatum & iudicatū atque damnatum clamauerat, & per sęueritatem diuinæ iustitiæ in gehennam demersum, socios suos, patres & antecessores nostros monuit, vt dignum facerent fructum pœnitentiæ. Quod etiā perfecerunt, & suis posteris, i. nobis salutis exemplū saluberrimum trāsmiserunt. Omnibus seculi pompis ac dignitatibus, oībus delitijs & voluptatib9, omnibus etiā solatijs & vanitatibus spretis & abnegatis, in horrendā eremū inter mōtes & saxa, inter niues & frigora se receperūt, in ieiunijs & abstinentijs, in pane arido & aqua frigida, in sacris vigilijs, in hispida veste cilicina, in duris lectisternijs, habentes pro domibus parua tuguria, temperatissime vixerunt. Sic iram venturam, & ictum securis euaserunt, & ita in actiua pariter & contemplatiua vita profecerunt, quód citissime ad æternam beatitudinem peruenerunt. Idcirco vero præsentem beati patris nostri BRVNONIS festiuitatem celebramus, vt ad imitationem vitæ eius excitari valeamus. Itaq; fratres charissimi, quia omnes peccatores sumus (quamuis diuersimode) fructum dignum pœnitentiæ, prout vnicuique nostrum congruit, ꝓferre deo studeamus. Et quia à patrum ꝑcedentium perfectiōe longe distamus, ea quæ pro moderna ordinis obseruantia in cōmuni agimus, strenue & hilariter impleamus & semper nostrā impfectionē humiliter agno-

scamus. Nos em̄ sumus in quos feces religionis præ tepore nimio peruenerunt. Blandimur nobisipsis & parcimus propter naturę debilitatem, & indulgemus etiam vltra necessitatem. In communi tamen viuentes vitare debemus singularitatem, cum potior pars digni fructus pœnitētiæ in corde habeatur. Exteriora vero opera indicant fructū in corde latentē. Vt vero peramplius humiliemur, opera antiquorum patrum attendamus, vt nostra in eorum comparatione quàm vilia sunt, veraciter cognoscamus. Inter opera pœnitentiæ sanctorum, nuper satis admiranda reperi in scriptis Iohannis Climachi, vbi inter cætera inuenitur scriptum de loco pœnitentium in quo morabantur, qui fructum dignum pœnitentiæ facere conabantur. Nulla erat ibi consolatio corporalis, nec vnquàm apparebat ibidem ignis, aut vinum, aut oleum in cibo, aut aliquid coctum, nisi solum aqua, panis & herbæ, nec stabant simul, sed separatim, vel ad plus, duo simul. Ibidem seipsos affligentes, quidā stabant tota nocte fixis pedibus immobiliter, & discooperti ad aerem, improperiis semetipsos confundenes, & nullam sibi requiem dantes. Quidam stantes in oratione habebant manus post terga, more latronum ligatas, facie obscura & lachrymosa terram respicientes, indignos seipsos iudicantes respicere cœlum. Quidam sedebant in terra vestiti sacco. Quidā continue percutiebant pectus suū, suā vitā ad memoriam reuocantes. Quidam lachrymis irrigabant terram. Quidam (qui non poterant lachrymari) verberabant se disciplinis. Quidam lamentabantur & vlulabant super animas suas, non valentes sustinere intensam angustiam & conturbationem cordis. Quidam ex fletu & vehementi amaritudine cogitationum, erant quasi stupidi & muti & quasi insensibiles, mente iam ingressi abyssum humilitatis, & igne ignominiæ oculorum lachrymas

torrentes. Quidam præ multitudine genuflexionum habebant genua arida & cõsumpta, oculos vero ad intra regressos & priuatos pilis, vt vix viderentur. Præ feruore autem lachrymarum habebant genas adustas & vulneratas. Facies eorum erant tam aridæ & pallidæ, vt non differrent à facie mortuorum. Pectora erant plena vulneribus, doloribus, & liuoribus sanguinis coagulati ex verberibus & tonsionibus. Vestimenta eorum erant dirupta, sordida, fœtida, & plena bestijs immundis, scilicet pediculis & pulicibus. Hæc & similia multa habentur ibidem. Idem Iohannes ibidem dicit: Lamentatio plorantium mortuos, in dolore exultantium, tremor eorum qui ducuntur ad patibulum, vere nihil sunt in comparatione pœnę voluntariæ illorum pœnitentium. Et subdit: Rogo vos fratres ne reputetis ista fabulas. Sæpe enim dicti pœnitentes rogabant suum iudicem & angelicum pastorem, quòd astringeret manus, & pedes, & colla eorum ferro & cyppo, nec eos liberaret vsque ad sepulchrum. Rogabant etiam quòd corpora eorum post mortem priuarentur sepultura, imò ab abbate iuramentum exigebant cum morti appropinquabant, q̃ corpora eorum proijcerentur in flumen, vel in campum ad bestias. Legimus in gestis beati Hieronymi, & patrum nostri ordinis & aliorum, feruorem pœnitentiæ, sed hæc insolita & rara etiam commemorare volui, vt occasionem darem vobis attentius cogitandi de qualitate & feruore contritionis, fidei, charitatis, humilitatis, patientiæ, longanimitatis, perseuerantiæ antiquorum patrũ, ex quibus virtutibus tã nobilis fructus dignus pœnitentiæ prodibat, vt in comparatiõe eorũ viles nobis essemus, q̃rum vitã imitari nõ possumus, sed admirari. Nihilominus licet eorũ exteriorẽ vitã imitari nõ possumus nec debemus (qa talia nos nõ decẽt) animi tamẽ virtutes p̃scriptas æmulari de-

Hieronymus.

bemus,quibus noster q̄liscūq; fructus pœnitentię san ctificetur,vt acceptus fiat deo,q plus interiora pon derat q̄ exteriora. Vt vero efficacius ad feruorem di gnæ pœnitentiæ accēdamur,sileamus quid spiritua les patres & monachi pœnitendo fecerūt,& confide remus q̄lem pœnitentiā cunctis fidelibus sancti pa tres diffinierūt. Chrysost.Homilia 41. de pœnitenti bus sic ait: Pœnitentiā exhibuit Beatus Dauid,ita di cens: Lauabo p singulas noctes lectū meū,lachrymis meis stratū meū rigabo. Et oli patratū peccatū,post tot annos,post tot generationes, q̄si nup accidisset, lugebat. Pœnitentē irasci nō oportet,neq; sęuire,sed cōteri tanq̄ condēnatū,tanq̄ nō habentē fidutiā tan q̄ iudicatū reū, tanq̄ ex sola saluari misericordia de bentē,tanq̄ ingratū erga benefactorē redargutū,tan quā iniucundū &reprobum,tanq̄ innumeris dignū supplicijs. Si hæc cogitet,non irascetur,nō indigna bitur,sed lugebit,flebit,gemet,&conquereſ noctem &diem. Pœnitentē nunquā oportet obliuioni pctm̄ tradere,sed deū qdē rogare,ne eius meminerit: ipsū vero nunquā ipsius obliuisci. Si nos eius nō recorde mur,deus ipsius non obliuisceſ. Si nos eius memine rimus,deus obliuisceſ. A nobisipsis vltionē sumamus nosipsos accusem⁹,& ita placabimus iudicē. Itē Am bro.ad corruptā quandā ait: Secundū consciētię mo lē exhibenda est pœnitentię magnitudo,ꝓprij facti tu ipa iudex esto crudelior. Imprimis oīs cura vitę in terimēda tibi est,&q̄si mortuā te existimās (sicut es) q̄ō posses reuiuiscere cogita. Deinde lugubris tibi ac cipiēda est vestis,& mens ac mēbra singula digna ca stigatione punienda. Amputentur crines q per vanā gloriā occasionē luxurię ꝑstiterūt. Defluant oculi la chrymas,qui masculum simpliciter non aspexerunt Palleat facies, quæ quondam viguit impudice. De inde totum corpus incuria maceretur, cinere asper sum, & opertum cilicio perhorrescat, quia male

Chrysost.

Psal.6.

2.Reg.11.

Pœnitentem qualem esse oporteat.

sibi de pulchritudine placuit. Cor vero sit liquescēs sicut cera, ieiuniis inquietans seipsum, & cogitatio nibus ventilans quare sit ab inimico subuersum. Sensus etiam crucietur, quia in membra corporis cū haberet dominatiōem, malo cessit imperio. Possent innumera his similia adduci, sed pro nunc ista suffici unt, ad notandum qualem feruorem habuerūt antiq patres, vt vel ipsi vel alii fructus facerēt dignos pœni tentiæ. Nec solum magni peccatores, sed etiam viri iusti fructū dignū pœnitentiæ facere conati sunt: vt testatur Hieronymus de sancta Paula, q̃ minora pec cata ita deflebat quasi maiorū criminum rea fuisset. Et B. pater noster Bruno vere dignos pœnitentiæ fructus fecit, vt patet ex decursu vitę eius. Cuius rei infallibilis testis deus, testimonium præstitisse videt quando locū in quo prostratus sub diuo & pœnitēs iacere consueuerat, sine germine quarumcunq; herbarū esse perpetuo voluit, cum tñ in circuitu (quod inspectantium oculis mirabile est) oīa virescant, q̃si locus ille à feruore viri dei, & amaritudine lachrymarum eius adustus, & amaricatus relictus sit. Fecit ergo fructum pœnitentiæ, cum tamen probitatis & honestatis vitæ, nec non & sanctitatis eius, tantarum relucent testimonia ecclesiarum, vt deflendæ & castigandæ vitæ præteritæ nullum indicium, vel opinio relinquatur. Meo iudicio, tot bonorum hominum testificationes, vincunt miraculum. Sed & ipse moriēs aliud de seipso testimonium dare non potuit, sicut simile legitur de sancto Ambrosio. Magnum igitur bonum est pœnitentia, quam etiam sancti fecerunt, sed melior est obedientia propter q̃ sanctus Bruno ad tēpus pœnitentiam dimisit, vocatus à papa. Et Propheta, melior est, inquit, obedientia q̃ victimæ. Hoc etiā manifeste statuta nostra volunt. Melior longe est comedens & bibens ex obedientia, q̃ nihil comedens ex pœnitentia. Et Climachus ait: O pugil, curre abs

(margin: Hierony. — Obediētia p̄stat pœnitentiæ. — Climach.)

que timore, præcucurrit Petro Iohannes, sic præordi
natur obedientia pœnitentiæ. Pœnitentiæ Petrus fi- Iohan. 20
gura est. Eo enim tempore, scilicet passionis, Petrus
erat in pœnitentia, Iohannes in obedientia, seruiens
matri Iesu. Studeamus ergo fratres charissimi face- Iohan. 19
re fructus dignos pœnitentiæ pariter & obedientiæ,
vt cum sanctissimo patre nostro Brunone mereamur
effugere venturam iram, & ictum securis non time-
re, & post modicū tempus pœnitentia & obedientiæ
ad æternam felicitatem citius peruenire.

De animi quiete ac delectatione recreationeque ac vitijs contrapositis. Exhortatio VI.

BRuno honestatis & grauitatis, & totius maturitatis quasi quoddam simulacrum. His verbis innuit venerabilis & reuerendus pater Guigo, quondam prior quintus maioris Carthusiæ, perfectiōem virtutum sanctissimi patris nostri Brunonis. Fructus enim cum peruenerint ad perfectionem incrementi, sunt pōderosi, graues atq; maturi. Nos vero fratres in schola virtutum domini Iesu Christi commorantes, ad exemplum tanti patris (qui positus est in simulacrum perfectionis, q̄d omnes pro imitatione debent aspicere) debemus studere honestati vitæ, grauitati morum, & omnium virtutum perfectioni. Idcirco his contraria, leuitates & dissolutiones, debemus diligenter à nobis excludere, q̄a deturpant valde virum religiosum, & impediunt contemplationem. In regno enim dei, non erunt ludicra, & similia, per q̄ hoīes in hac vita reficiūt. Solę diuinæ consolationes, & honestissimę voluptates erūt in cœlo. Debemus ergo ad imperiū ratiōis exteriora

nostra membra mouere, q̃d pertinet ad virtutem modestiæ, & valde ornat hominem, ad quod monachi sancti Benedicti specialiter imbuuntur. Homo enim non sibi soli viuit, sed his quoq; quibus conuiuit, quibus debet esse exemplum in ædificationem, & nō in scandalum. Quod si natura in contrarium inclinat, sicut quidam sunt naturaliter tristes, alij sunt læti, alij veloces, alij tardi, &c. & ab his quæ insunt à natura secundum Philosophum, nec laudamur, nec vituperamur. Tamē tenetur homo circa naturalia sua vigilare, & ea quæ desunt naturæ implere per industriā, sicut ait B. Ambrosius in primo de Officijs: Motū natura informat, si quid sane in natura vitij est, industria emēdet. Si ergo fuerit aliqua inordinatio in homine ex natura, vel tristi, vel leui, & ex similibus, industria per virtutem animi debet emendare, & moderamen interponere in ludis, in verbis, in factis & conuersatione, ne aut nimis dissoluatur, aut nimis arduis opprimatur. Sicut enim homo indiget corporali quiete ad corporis refocillationem, quia non potest continue laborare, cum sit finitæ virtutis: ita etiam ex parte animæ (quæ etiam est finitæ virtutis) requiritur reqes, præsertim qa in operationibus aiæ simul etiam laborat corpus, inquantum scilicet anima intellectiua, vtitur viribus per organa corporea operātibus. Quando enim anima vltra sensibilia eleuatur nascitur quædam fatigatio animalis, maxime si operibus contemplationis intendat, quia per hoc magis à sensibilibus eleuatur. Sicut autem fatigatio corporalis soluitur per corporis quietem, ita etiam oportet, quòd fatigatio animalis soluatur per animæ quietem. Quies autem animæ est delectatio. Et ideo remedium contra fatigationem animalem adhibetur per aliquam delectationem, intermissa intentione ad insistendum studio rationis. Vnde sanctus Iohannes euangelista dixit iuueni: Citius animus hominis fran-

Philosop. (margin, beside "secundum Philosophum")
Ambrosi. (margin, beside "sicut ait B. Ambrosius")

geretur, si nunquam à sua intentiõe relaxaretur. Et noster pater Bruno, præposito Remensi scribens de amœnitate loci cui inhabitabat in Calabria, cum meliora talibus intulisset dicens: Alia sunt oblectamēta viri prudentis gratiora & vtiliora valde, quia diuina statim intulit: Verumtamen arctiori disciplina studiisq; spiritalibus animus infirmior fatigatus sæpius his releuatur ac respirat. Arcus enim si assidue sit tensus remissior est, & minus ad officium aptus. Dicta autem vel facta in quibus non quæritur nisi delectatio animalis, vocantur ludicra, vel iocosa. Et ideo necesse est talibus interdum vti, quasi ad quandam animi quietem. Circa quæ tamen videntur tria esse præcipue cauenda. Quorum primum est principale, quod prædicta delectatio non quæratur in aliquibus operationibus, vel verbis turpibus, vel nociuis. Vnde Tullius dicit libro primo de Officijs, q vnum genus iocandi est illiberale, petulans, flagitiosum, obscænū. Aliud autem attendendum est, ne totaliter grauitas animę resoluatur. Vnde Ambrosius dicit libro primo de Officijs: Caueamus ne dum relaxare animum volumus, soluamus omnem harmoniam, quasi concentum quendam bonorum operum. Et Tullius primo de Officijs, q sicut pueris non omnem ludendi licentiam damus, sed eam quæ ab honestis actionibus nō sit aliena: sic in ipso ioco, aliquid probi ingenij eluceat. Tertio autem attendendum est (sicut & in omnibus humanis actibus) vt congruat personæ, tempori & loco, & secundum alias circunstantias debite ordinetur, vt scilicet sit tēpore & honore dignus, vt Tullius ibidem. Huiusmodi autem secundum regulam rationis ordinantur. Habitus autem secundum rationem operās, est virtus moralis. Et ideo circa ludos, ūba iocosa & motus corporis, potest esse aliqua virtus, quam Philosophus εὐτραπελίαν nominat, quā

Ludicra.

CICERO

Ambrosi.

Cicero.

nos possumus dicere iucunditatem. Et dicitur aliqs εὐτράπελος à bona conuersatione, quia scilicet bene conuertit aliqua dicta vel facta in solatiũ. Et inquantum per hanc virtutem homo refrenatur ab immoderantia ludorum, sub modestia continetur. Inquantum vero per exteriores motus ordinamur ad alios

Affabilitas pertinet ad affabilitatem: quæ est quædam specialis virtus, ordinans hominem ad cõueniẽter conuersandum ad alios homines, tam in factis quàm in dictis, secundum ꝙ decet debitum honestatis, Quia enĩ homo naturaliter est animal sociale, debet ex quadam honestate veritatis manifestationem alijs hominibꝰ sine qua societas hominum durare non posset. Sicut autem non posset homo viuere in societate, sine veritate, ita nec sine delectatione, quia sicut dicit Phil. 8. Ethicorum, nullus potest per diem morari cũ tristi, nec cum nõ delectabili. Et ideo tenetur homo ex quodam debito honestatis naturali, vt alijs delectabiliter conuiuat, nisi propter aliquam causam necesse sit aliquando alios vtiliter contristare. Hinc virtus hæc est pars iustitię, &c. Et de actu eius dicitur in Ec

Ecclesi, 4 clesiastico: Congregationi pauperum affabilem te facito, Ex dictis patet quòd moderantia in ludis, in verbis iocosis & factis, cum honesta cõuersatione est virtuosa, & per consequens meritoria, dissoluta vero & nociua est vitiosa. Sic etiã q deficit, & nõ impẽdit p̃fatã moderantiã, vitiosus est. Omne enĩ q̃d est contra rationẽ, in rebus hũanis, vitiosum est. Est aũt cõtra rationẽ, vt aliqs alijs onerosum se exhibeat, puta dũ nihil delectabile exhibet, & etiam alioꝝ delectatiões

Seneca. impedit. Vñ Seneca dicit: Sic te geras sapiẽter, ꝙ nullus te habeat tanq̃ asperũ, nec contẽnat quasi vilẽ. Illi aũt q in ludo deficiunt, nec ipsi dicũt aliq̃d ridiculũ & dicentibus molesti sunt, quia sc3 moderatos alioꝝ ludos non recipiunt, & ideo tales vitiosi sunt. Et dicũ

tur duri & agrestes vt Philosopus dicit quarto Ethi corum. Sed quia ludus est vtilis propter quietem & delectationem: delectatio autem & quies non propter se quęritur in humana vita, sed propter operationē (vt dicitur decimo Ethicorum) ideo defectus ludi minus est vitiosus, quàm ludi superexcessus. Vnde Philosophus dicit nono Ethicorum, quod pauci amici propter delectationem sunt habendi, quia parum de delectatione sufficit ad vitam quasi pro condimento, sicut parum de sale sufficit in cibo. Ea vero quæ in scripturis sacris aut authenticis, ac sanctis doctoribus, aut Philosophis prædictis contraria habentur, intelligenda sunt de nimia immodestia, vel nimia duritia, aut agrestitate. Vñ est illud: Vę vobis qui rideris nunc, quia flebitis. ABRAHAM enim & Sara & Iob legūtur risisse. Et in Iudith, iucūdus erat populus secundum faciem sanctorum. Et similia habētur in scripturis, q̄ non carebant iucunditate risus: cum ridere sit homini proprium. Et Apostolus monet Philippenses: Gaudete in domino semp iterum dico gaudete. Primo in domino, secundo cū fidelibus. Et ne excedant, statim subiungit. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Et ad lætā dum sæpe monemur in scriptura, & à tristitia cauendum. Vnde in Ecclesiastico legitur: Omnis plaga tristitia cordis: Et iterum: Tristitiam longe expelle à te, multos enim occidit tristitia. Vnde Paulus Corinthijs scribit: Seculi tristitia, mortem operatur. Est tamen aliqua bona tristitia, de qua idem ibidem dicit: Quæ secundum deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Et ECCLESIASTES ait: Per tristitiam vultus, corripitur animus delinquētis. Tamē certissimū est q̄d in Prouerbijs dicit: Sicut tinea vestimēto, & vermis ligno ita tristitia viri nocet cordi.

Luc. 6. Gene. 18. Iob. 31. Phil. 4. Ecclesiast. 25. & 30. 2. Cor. 7. Eccl. 7. Prouer. 18

Prouer.17 Sed animus gaudens ætatem floridam facit. Religiosis timentibus deum, & maxime solitarijs suadendũ est, quòd timorem atq; tristitiam à se expellant. Vehementer enim impediunt profectum spiritualem. Itaq; charissimi fratres, exemplo nostri beatissimi patris Brunonis, exerceamus nos pleno corde, & desiderãti animo, in veris virtutibus, donec maturescãt vt in eis maturi & graues (hoc est perfecti) esse mereamur. Et sit nostra adinuicem conuersatio charitatiua, pacifica, iucunda, inuicem supportantes, affabiles modesti & patientes: quia patientia opus perfectum habet. vt hoc in loco quasi in terrestri paradiso conuiuentes, ad cœlestem paradisum tandem conscendere mereamur. Prestante domino nostro Iesu Christo qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat deus vnus benedictus in secula, Amen.

DE SANCTO HVGONE Lyncolniẽsi Episcopo, & monacho Carthusiensi. Titulus quintus.

¶ De laudibus sancti Hugonis, & peccatum veniale quàm sit perniciosum. Exhortatio I.

EVGE serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Matthæi 25. O si cordis palato sapere possemus fratres mei dilectissimi, quid admirationis, quid gaudij, quid dulcedinis habuerit pater noster sanctus Hugo, quando dominus noster Iesus Christus secundum promissum suum ipsi cum cœlesti curia occurrit, tanquam fideli

& bono seruo, hilariter eum in suum gaudium suscipiendo & dicendo: Euge serue bone & fidelis, &cæ. vt & nos ad ipsum adipiscendum gaudium incitari possemus. Vere perpaucis hic gustus conceditur, & multo paucioribus talis Christi domini gaudiosus occursus. Nihilominus ad hoc huc vocati sumus, & introducti, vt in hac vita istud gustemus, & in exitu nostro percipiamus, & æternaliter teneamus. Vnusquisque sibi prospiciat, ne hoc quod in euangelio promittitur, amittat: Qui reliquerit patrem, aut matrem &c. centuplum accipiet in hac vita, id est, spiritualia bona, & vitam æternam possidebit. Qui iam multis annis cuncta temporalia propter deum dimisit, & adhuc spiritualia dona, scilicet odium vitiorum, seculi & carnis fastidium, Christi & sanctorum consortium, desiderium æternorum, & his similia in se minime recognoscit: gemat, & cur à largissimo fœneratore, & beneuolentissimo remuneratore, atque fidelissimo promissore, spiritualem vsuram, sicut debuerat, non receperit, diligentissime aduertat. Ex se enim, & non ex deo est illa spiritualis pecunię defraudatio. Et si multæ sint causæ tanti mali, pro præsentibus tamē sufficiat vnum ex omnibus tangere, quod quanto putatur leuius & minus nocere, tanto difficilius euitatur. Est autem peccatum veniale scienter & ex proposito commissum. Quod quia à deo æternaliter nō separat, à multis quasi nihil, paruipenditur. Sciēdum est tamen, & diligenter aduertendum, quód peccatū veniale viro religioso magnum impedimētum est in profectu vitæ spiritualis: quia initium vitæ spiritualis est mortificatio venialium peccatorum, præcipue eorum quæ fiunt ex proposito & desiderio. Omnia enim venialia euitare non possumus quæ ex subreptione, aut infirmitate, aut ignorātia fiunt, tñ (auxiliante deo) bene possumus venialia vitare, quæ ex certa scientia fiunt, aut ex desiderio propter delectatio-

Matth. 19

Venialis peccati nocumenta.

nes quæ in creaturis inueniuntur. Debemus autem venialia pro posse euitare, propter quatuor. Primo, quia vitam contemplatiuam impediunt, eo ꝙ cubiculum dilecti obfuscant, ne sponsa Christi lumen veritatis clare cognoscat. Lectulum dilecti cōmaculāt, vt in amoris castissimi amplexibus, donec sponsa velit, requiescere non valeat: gustum inficiunt, vt dulcedinem mellis & lactis eius percipere nō possit, & alia innumera in contemplatiua aīa operant̃ ipsa peccata venialia, à qubus S. pater noster Hugo alienus inuẽtus est, dū nec per occupationes multas & curas magni episcopatus, nec per labores itineꝝ à dulcedine & raptu contemplationis impediri poterat, sicut clarius in eius legenda inuenitur. ¶ Secundo, euitare debemus præmemorata venialia peccata, quia deum offendunt. Quod quantum sit malum, ex sentētia beati Anselmi perpendi potest, qui scripsisse legitur, ꝙ

Anselm. si optio sibi daretur peccare venialiter, ne omnis creatura periret, quod maluerit omnem creaturam perire, quàm semel deum venialiter offendere. Et vere hoc ad verum pertinet amatorem, etiam malle sustinere pœnam Laurentij. Duo enim sunt mala: Vnum est malum pœnę, quod non est verum malum sed solum scd̃m quid. Aliud est malū culpæ, sicut mortale & veniale peccatum. Et illud peccatū veꝝ & solum malum est. Et ideo malum pœnæ, sicut minus malū eligendū est. O q̄ longe sunt à perfecta charitate, quibus ista intantum aliena videntur, & pro modica re & vili libenter & optate peccant. ¶ Tertio, euitare debemus ꝑ fata peccata venialia, qa ad mortalia disponunt. Vnde August. Hoc facit sentina neglecta, q̇d

Augustin. facit fluuius irruens. Et ideo maxime sunt venialia

Origenes. vitanda, qa iustus non subito cadit, scd̃m Origenem, sed paulatim, sicut gutta cauat lapidẽ, non vi, sed sæ

Iob. 14 pe cadendo. Sic iustus sæpe cadendo assuescit cadere & tandem cōmittit ruinam magnā. Ideo dicitur in

Ecclesiastico: Qui parua despicit, paulatim decidet. Ecclesia. 19
Et econtrario: Qui timet deum, nihil negligit. De sen Eccl. 7
tina neglecta vidi circa Embricam hoc anno magnã
nauim in portu ad littus, scilicet ciuitatis, ex negligē
tia submersam. ¶ Quarto, euitare debemus venia-
lia peccata, quia habent pœnam mortalium peccato
rum in quatuor: Primo, quia sicut mortalia, ita & ve
nialia priuant illo magno bono, etiam iustum virum
scilicet, Euge serue bone & fidelis, &c: quia istud dū-
taxat dicetur à domino Iesu statim post mortem illi
seruo qui mundus fuerit ab omni delicto. Secundo,
quia sicut propter mortale peccatū peccatores ad pœ
nam deducūtur, ita etiam propter veniale ad pœnã
ducunt, licet temporalem, cum priuatione tanti ho
noris prædicti, qa Christus talibus peccatoribus festi
uus non occurret, sicut perfectis, sed à facie eius tan
quàm à iudice ad purgandū ducent. Immunditia em̃
spiritualis etiam venialis impurior est & fœtidior, q̃
vlla immundicia corporalis. Et dicent mundicordes
oēs in cœlo cõtra maculatū veniali peccato, nihil im- Apoca. 21
mundum intrabit huc, fœtet em̃. Primo expiet. Ter-
tio, qa sicut propter peccatum mortale maximū bo-
nū amittitur, sc; felicitas vera, ita etiã propter veni
ale peccatū illud maximum bonū amittit ad tempus
cui amissioni (licet temporali) non potest aliq̃d malū
temporale cõparari, nec per aliquod bonū compensa
ri, nisi per bonū gratiæ aut gloriæ. Quarto, qa sicut
peccata mortalia æternaliter puniētur, sic & venialia
q̃ cū mortali inuenient. In inferno em̃ nulla est redē
ptio. Qui em̃ in mortali peccato discedit, ei venialia
non dimittunt: & sic ęternaliter puniet pro illis. Qui
aūt cum venialibus sine mortali discedit, puniet, pœ
na purgatorij, quæ est grauissima. Vnde Augustinus Augustin.
Grauius est esse in purgatorio quãdiu potest oculus
claudi & aperiri, quàm omnis pœna quam sustinuit
Laurentius in craticula. Et HIERONYMVS: Hierony.

Leuissima pœna purgatorij, est acerbior quàm omnium martyrum tormenta. Vt ergo tanta mala euadamus, & tanta bona acquiramus dilectissimi fratres, omnia peccata, etiam quæ minima dicuntur, studeamus diligentissime euitare, inhærendo vestigijs pij & optimi patris nostri Hugonis, qui purus hinc abscessit, & securus ad cœlos accessit, vt pijs eius patrocinijs adiuti, cito & immediate ad æterna gaudia peruenire valeamus.

¶ De gaudio sanctorum, de bonitate diuina, de syncerissimo item amore, quo deo in æterna afficiemur beatitudine.

Exhortatio II.

INtra in gaudium domini tui. Matthæi 25. Ipsum istud est gaudium de quo Isaias loquitur, dicens:
Isaiæ. 35 Gaudium & lætitiam obtinebunt, scilicet beati. Et
Isaiæ. 65 iterum: Gaudebitis & exultabitis in ijs quæ ego creo
Isaiæ. 66 Et iterum: Gaudete gaudio vniuersi. Replicatur hic gaudium propter duplicem lętitiam tunc perfecte habendam, scilicet interius & exterius ex gloria animę & corporis. De corporis tamen glorificatione anima principaliter non gaudet, sed de beatifica visiõe dei.
Bernard. Illud inquit, mellifluus Bernardus, est verum gaudiũ quod non de creatura, sed de creatore concipitur, in cuius comparatione omnis iucunditas mœror, omne dulce amarum, omne decorum est fœdum. Fruetur enim in illa felici visione seruus fidelis dei bonitate.
Gaudium Gaudium vero est quies de bono adepto. Et quia deus est plene bonus, & solus bonus, & super omnia bonus, & infinite bonus: idcirco gaudium resultans ex illo bono adepto inamissibiliter est plenum gaudium solum gaudium, super omnia gaudia gaudium, & pa

riter infinitum gaudium. Sed quia nos circa creata bona etiam minima occupamur, bonum illud quod deus est, non agnoscimus, & ideo gaudium eius non sapit nobis, propterea nec amamus, nec concupiscimus. Ad excitandum ergo corda vestra, volo aliqua proponere de hac bonitate vtcunque cognoscenda. Deus ergo super omnia bonus est, iuxta illud Augustini: Neque vlla anima poterit cogitare vere aliquid quod sit te melius, qui es summum bonum. Omnis enim bonitas cœlestium & terrestrium comparata diuinæ bonitati, malitia est. Hæc immensa bonitas, neque scribi, neque dici potest, neque cogitari. Si enim oēs cœlestes spiritus & maligni, & omnes animæ creatæ & creandæ scribere vellent bonitatem diuinam, & si quælibet haberet maris abundantiam pro atramēto, & cœlum pro pergameno, tam immense bonus est deus, quòd antequam mediam partem bonitatis scriberent, mare cuiuslibet esset siccum, & cœlum cuiuslibet esset repletum, quòd nec capere vnam literam posset. Sed verbum est citius dictum quàm scriptum. Et si omnes stellæ & singulæ guttæ pluuiasque essent linguæ, & proponerent diuinam bonitatem eloqui, tam ineffabilis est bonitas dei, antequam tertiam partem bonitatis enarrarent, omnes pariter essent mutę. Citius vero est aliquid cogitatum, quàm vel dictum, vel scriptum. Vnde si tota arena maris, & singula semina orta de terra essent corda, & vellent scrutari bonitatem dei, tam superbonus est deus, antequam decimam partem bonitatis eius inuestigarent, omnia corda citius scinderentur. Ecce audisti scriptores innumerabiles, cœlos pariter & maria innumerabilia, nec tamen ex eis vel in eis posse diuinam bonitatem describi vel in parte. Audisti quòd nec dici, nec cogitari potest. Addamus & nos quòd omnes & singulæ creaturæ sunt ad deum quasi vestigium eius, quanquam intellectuales & rationales dei imaginem præferant. Augustin.

Omnes ergo præsentant deum diuersis & innumera bilibus modis, & suum creatorem prædicant, non tamen manifestant, nisi quantum vestigium, vel imago. Et quid est vestigium vel imago ad eum cuius est vestigium vel imago? Vere nihil: Quia infinita vestigia vel imagines fieri possent, & tamen nec ad minimam bonitatem vel preciositatem attingerent vestigiati, vel imaginati, Sic omnis creatura ad deum nihil est etiam. Fruitio itaq; infinitę huius diuinę bonitatis producet gaudium immēsum. Et hoc ipsum est de quo fideli seruo dicit dominus: Intra in gaudiū
Matth. 25 domini tui, & non dicit, intra in gaudium tuum. Sed est sciendum quod homo cadendo à deo suo, reflexus est inique ad semetipsum, & debitus in eo ordo quo ad deum dirigebatur, peruersus est & destitutus. Hic est quod deū non diligit, sed semetipsum, semper quęrens quæ sua sunt. Cum vero per gratiam sanatus fuerit, & debito ordine ad deum suum principium, à quo omnia defluunt, restitutus fuerit (quod plene fiet in renouatione æternæ felicitatis) tunc deum diliget propter deum, & seipsum etiam propter deum, tanquam propter suum finem vltimum. Anima enim ibi diligit deum, non ob hoc solum quod sibi bonus est, largus & misericors, sed ob hoc multo fortius, quia simpliciter in se est bonus, largus & misericors. Et quanto syncerius amat deum propter innatam sibi bonitatem, & non propter participationem beatitudinis ipsius, tāto beatior est anima, licet communicatio beatitudinis diuinæ nequaquam ipsam moueat ad illam synceritatem amoris. O quanta iucunditas animæ nascitur, quando creatori vicem rependit in synceritate amoris, quem nulla sanctitas vel bonitas in anima, vel vtilitas traxit ad amorem animæ, sed innata bonitas, vt communicaret animæ æternam beatitudinem in seipso. Ibi etiam anima fruetur deo propter deum, Hoc proprie est frui, rei

amore inhærere propter seipsam, non propter aliud commodum. Delectatio etiam qua deum anima apprehendit, accendit eam ad desiderandum multo vehementius propter diuinæ gloriæ manifestationem quàm propriam beatitudinem. Et tanta puritate afficitur anima circa deum, vt si vnum deberet eligere de duobus, vel æterna carere beatitudine, vel diuinã voluntatem vel in se, vel in aliis impedire, multo libentius vellet æterna felicitate priuari, quàm dei voluntatem in aliquo retardari, & magnam sibi repræsentaret beatitudinem cum proprio detrimento diuinam implere in omnibus voluntatem. O fratres quã longe est hæc amoris synceritas à nobis, qui voluntatem dei impedimus & intermittimus pro minima re atque vilissima, imò pro vnico verbo quod nolumus propter deum tolerare. Ibidem ergo non hic implebitur, secundum sancti dicta Augustini, præceptum de diligẽdo deum ex toto. Sentiet enim anima & certissime sciet se deum perfecte, & ex omnibus viribus veraciter diligere. Insuper sentiet, & certa erit mille millies amplius se diligi à deo summo amatore & amabili quàm ipsa diligit. O quale gaudium talis amor generabit. Vtiq; illud quod dominus Iesus appellat in euangelio plenum, ad quod hodie sanctũ Hugonem intromisit, dicendo: Intra in gaudium domini tui. Gaudium enim sanctorum est de gaudio dei sui. Ipse gaudet de seipso, ipsi vero gaudent de deo suo. Gaudium hic inchoatur in hac vita per degustationem, propter cordis mundiciam, & in futura vita perficitur, cum perfecte recipitur. Tanta familiaritate beatus Hugo coniunctus erat deo suo ex consortio sermonis domini per iugem contẽplationem, & omnium virtutum adornationem, vt in extremis tota fiducia dicere auderet: Non iudicii, sed gratiæ & misericordiæ dies erit, q̃ ego defungar. Impleuerat enim quod Apo. Petrus monet, vt per bo

Matth. 22
Matth. 25
2. Petri. 1

na opera certam nostram vocationem faciamus. Ex
legenda (quæ nobis sub prandio recitabitur) perpē
damus, Beatus Hugo quibus operum meritis & vitæ
sanctimonia ad tantam securitatem, & ad gaudium
domini sui peruenerit. Ibidem inter cætera ita habe
mus: Promotus Beatus scz Hugo, ad sacerdotij statū
attentissime tanti soluit debitum officij, nouaque ac
insolita mens eius deuotione perfundebatur. Doma
re arctius corporis membra studuit, vigilijs, flagellis,
ieiunijs, & (iuxta morē ordinis) cilicio, & potu aquæ
cum pane arido. Nihil omisit de austeritate commu-
nis regulę, imò peculiaria plurima supererogauit. Vn
de & meruit intrare gaudium domini sui.

¶ Talenta a deo concessa vtiliter esse mul tiplicanda. Exhortatio. III.

HOmo quidam peregre proficiscens, vo
cauit seruos suos, & tradidit illis bona
sua, Matthæi vigesimo 5. Hæc san-
cti Euangelij verba frequenter nobis
recitantur, nō vt tędium ingerant, sed
nouum feruorem, nouam solicitudinē,
nouā attentionem, nouam gratiarum actionē. Hoc
quippe in nobis verba sancti spiritus agere debent (si
vere filij dei sumus) vt semper nouā deuotionem in-
gerant, semper in spiritu nos renouent. Dominus em̄
Iesus postquam post mortem (per quam vniuersum
mundū viuificauit) cœlos ascendit, non solum dona
hominibus dedit, sed etiam monitionē saluberrimā
reliquit, vt vnusquisque studiose pensaret, qualia &
quę ab ipō dona accepisset, & de reportādo fructu so
licite cogitaret. Nō negligenter itaq; & perfunctorie
audiamus monitionem eius fratres mei: qa dona sua
in nobis p̄ciosa multiplicauit dominus Iesus valde.
Omnia em̄ quę in nobis sunt (excluso peccato) dona

eius sunt. Obruit nos beneficijs suis, quis ea numerabit? Pro singulis tamen rationem reddemus. Euigilent ergo ad sancti euangelij monitionem corda nostra. Pauca tangere volo, ex quibus alia perpendere potestis, quæ nos cũ beato patre nostro Hugone possidemus (qbus cũ reportatione bonorũ fructuũ vsus est ipse) vt & nos simili modo, ipsius adiuti meritis & exemplis, donis dei cum merito reportare contendamus. ¶ Inueniuntur aliqui naturaliter læti & hilares. Hi donum lætitiæ, & talentum accepe rũt hilaritatis. Talentum hoc nobile est & preciosum. Videant qui huiusmodi sunt, quod talẽtum hoc in laudem dei, & suæ salutis profectum expendant. Lucrum huius est materiam laudabilis lætitiæ studiose quęrere & inuenire. Lętari de suo & proximi profectu spiritali, de interna gustata requie gaudere, de pace dei & fiducia futuræ beatitudinis hilarescere, sicut monet scriptura: Lætamini in domino & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde. Et: Seruite domino in lætitia. Non est delectamentum super cordis gaudium. Lætitia sempiterna super capita eorum, gaudium & lætitiam obtinebunt. Sunt antem nonnulli qui hoc talentum ad lucrum spirituale non expendunt: quia laborare in spiritali negotiatione nolunt, sed totum gaudium suum in carnalibus voluptatibus, in honoribus & dignitatibus & terrenis commodis ponunt. Hi lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Talentum quippe nobile est, sed raro vtiliter expenditur, quia in terra absconditur.

Psal. 31. Psal. 99. Eccles. 30. Isaiæ. 35. Prouer. 2.

¶ Sunt alij qui naturaliter sunt tristes. Hi talentum tristitiæ acceperunt. Ponderosum est talentum hoc. Lucrum huius est, tristari de sua & seculi iniquitate compati proximo, cõdolere dño Iesu Christo, super dilatione glorię sempiternæ contristari. Et si ponderosum sit hoc talentum, tamen bene in negotiatione expensum fructiferum est valde. Hi beatificantur à

Luc. 6. Matth. 5 domino. Ait enim: Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Et alibi: Beati qui lugent quoniam ipsi consolabũtur. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Sunt tamen nonnulli qui tristitia opprimuntur & absorbentur, quia loborare fortiter in negotiatione tristitiæ recusant. Tales dolent de paupertate, & super his quæ à deo iuste in se & seculo permittuntur. Dolent etiam de profectu proximi, & tabescunt inuidia & odio, & replentur iniquitate. Murmurant & detrahunt, & nunquam quietantur, quia terrena sapiunt, in quibus talentum abscondunt. ¶ Item sunt alij ex natura fortes, & sani. Hi receperunt talentum sanitatis. Lucrum horum est insistere operibus bonis secũdum statum eorum in quo positi sunt. Monachi Carthusienses laborant in ieiunijs in abstinentijs, in solitudine, in silentio, in orationibus, in meditationibus attentis, sicut coram deo, quẽ sentiunt præsentem & intuentem, in laboribus manuum, in cantu quotidiano, non parcendo vocibus, etiam si voces non sint sonoræ, tamen tantum laborant, quasi alia vox sonora nõ audiretur: quia paruæ voces melodiam reddunt, sicut paruæ musæ in organo quod organisatur perficiunt, & sicut paruæ stellæ firmamentum illustrant, quanquàm non videantur.

Eccles 9. Hi tales monentur ad laborem. Vnde Ecclesiastes dicit: Quodcunque potest manus tua, instanter operare. Et Apostolus: Labora sicut bonus miles Christi.

2. Tim. 2 Sunt tamen nonnulli qui talentum fortitudinis & sanitatis in terra recõdunt, q̃a sola terrena q̃rũt, vt sũt plures mercatores, p̃dones, stipẽdiarij, latrones, & alij innumerabiles, habentes sanitatẽ venales p̃ floreno, aut paucissimis nummis. ¶ Sunt & monachi q̃ pro laboribus sui ordinis solũ humanũ fauorẽ, aut terrenę retributionis mercedẽ quęrũt. Et si q̃d ex iniunctiõe op̃ari debẽt, nisi mercede aliq̃, aut grã concilientur, inuolũtarios se exhibẽt, Alij nõ aliud, q̃ q̃d ex p̃prio

arbitrio volunt, operantur. Hi talentum non multiplicant, sed in terra abscondunt. Sunt alij qui ex natura sunt infirmi & debiles. Hi talentum infirmitatis acceperunt. Talentũ istud est magni pcij, & bene expositum, multiplicat meritum. Lucrum eius est æq animo dolores & pœnas, cæteraque incõmoda ęgritudinis tolerare. Patientia ergo est eis necessaria: Patientia autem opus perfectum habet. Hos cõsolatur Apostolus, dicens: Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam. Et Gregorius: Cõsideratio præmij, minuit vim flagelli. Et Isidorus in libro de summo bono: Qui vitę futuræ prẹmia diligẽter cogitat, omnia mala præsentis vitæ æquanimiter portat. Sunt tamẽ nõnulli, qui talentũ infirmitatis in terra abscondunt, qui corporis sui terrestris voluptates diligunt, qui eius incolumitatem contra conditoris sui ordinationem quærunt, idcirco contra deum murmurant, sanctis eius maledicunt, ministros suos contristant, & delectationes quas in corpore sano habere nõ possunt, in cõfabulatiõibus, in remissionibus & recreationibus, in cibis & potibus, & ijs similibus indecenter requirunt. Tales ergo talentum infirmitatis eis datum, in lucrum non expendunt. Hos monet Apostolus: Ne murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. O quot sunt murmuratores contra infirmitatem nescientes quòd vtilior sit eis infirmitas quàm sanitas. Vnde cum quidã à Iohanne eremita peteret, vt à tertiana sanaretur, respondit: Rem tibi necessariam cupis abijcere? Hæc charissimi fratres (licet inculte) tamẽ pio & amoroso corde ex officio pastoralis curæ vobis proponere curaui, vt ex his quæ vix pro talentis numerantur (& tamen veraciter talenta sunt) alia multa in vobis similia inquiratis. Et omnino satagite, vt sine fructu aut lucro cum illis ad domum non redeatis.

Iacob. 1
Roma. 8
Gregor.
Isidorus.
1. Cor. 10

¶De pietate, miseratione, &c. & de operibus misericordiæ corporalibus & spiritualibus. Exhortatio IIII.

AB infantia mea creuit mecũ miseratio, Et de vtero matris meæ egressa eſt mecum. Iob. 31. Diuersi homines ex cõplexione naturali habẽt varias inclinationes ad actus virtutum, quia aliq sunt proni ad liberalitatem, aliqui ad castitatem, & sic de aliis, & talis inclinatio crescit per exercitium: Sic beat⁹ pater Hugo cum sancto Iob, ex cõplexione ad misericordiam pronus erat. Et hæc inclinatio per continuum exercitium in eo creuerat. Possunt hæc ex gestis eius colligi, quæ vtinam oĩa conscripta essent. Nostri enim patres, suorum mortuorũ acta parum curare videntur, committentes bonorum operum remunerationẽ deo. Hic accidit ꝙ cõscriptor gestorum sancti Hugonis, ordinis nostri non fuit: Laudauit Hugonem os alienum. Inter cætera vero laudum præconia, miserationes eius commendãtur,

Iob. 31 vt merito de eo dici possit sentẽtia S. Iob prophetę: Ab infantia mea creuit mecũ miseratio. O quantum hoc consonat humanæ naturæ, quæ secundum se præfert miserationem, Eſt quippe homo animal rationale, mansuetum, sociale. Ratio dictat miserationẽ

Ambrosi. quia, vt ait beatus Ambrosius, nihil eſt sic secundum naturam, quàm iuuare consortem naturæ. Mansuetudo vero portat onus miserationis, socialitas exigit. Beati igitur misericordes ex naturali com-

Matthæ. 5 plexiõe, Beati ex exercitio, beati ex gratia, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Quare? Quia miseratio hominem per gratiam consortem facit dei. Sicut ergo homo ex miseratione iuuat consortem naturæ suæ, ita deus (cui proprium eſt misereri semper

& parcere) vult iuuare consortem naturæ suæ. Optima ergo virtus, quæ hominem in condita ad imaginem & similitudinem dei natura conseruat, & diuinæ naturæ consortem facit, & in filium dei commutat. Ideo dicit dominus: Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est. Homo ergo misericors, filius dei patris est. Itaq; fratres charissimi, cum beato patre nostro Hugone, iuxta hortamenta Apostoli Pauli, dei imitatores estote, sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut Christus dilexit vos. Et denuo: Induite vos sicut electi dei, sancti & dilecti, viscera misericordiæ, &cæ. Quia, vt testatur Ambrosius, omnis summa Christianæ disciplinæ consistit in misericordia & pietate, quæ virtus secundum Cyrillum, nos deo reddit conformes. Sed nūc attendamus quid est misericordia. Dicit Augustinus 9 de Ciuitate dei: Misericordia est alienę miserię in nostro corde compassio, qua (si possumus) subuenire compellimur. Hæc est maxima virtus secundum se considerata, quia deo propria est: Non secundum q̄ sonat passionem, sed secundum effectum, qui est quod alij se effundat, & q̄ plus est, quod defectus aliorum subleuet. Et hoc inquit, maxime superioris est. Vnde & misereri ponit proprium deo. Et in hoc maxime dicitur eius omnipotentia manifestari. Inter oēs etiam virtutes quæ ad proximum pertinent, potissima est misericordia, sicut etiam est potioris actus. Nam supplere defectus alterius, inquantum huiusmodi est superioris & melioris. Gaudete igitur fratres, qui cū deo & sancto Hugone, & alijs magnis sanctis, aliorū fratrum miserias, infirmitates, onera morum & corporum portatis, & defectus (eis seruiendo) impletis. Magna em̄ misericordia veniet super vos, & releuabit in tempore necessitatis. Sunt aliquæ virtutes quę conueniunt cum misericordia in eodem effectu, scilicet ꝓhibere, vel portare, aut supplere defectus proxi

Lucæ 6
Ephesi. 5
Coloss. 3
Ambrosi.
Cyrillus.
Augustin:
Misericordia.

morum, ſed differunt quantum ad motiuum, quia miſericordia hoc facit ex amicitia vel amore, reputans malum alterius tanquam ſuum, propter vnionem amicitiæ, vel naturæ. Pietas facit hoc ex reuerentia, quam habet ad ſuperiorem, ſcilicet parentem. Manſuetudo facit hoc, inquantum remouet iram incitantem ad vindictam. Clementia vero facit hoc ex animi lenitate: & hæc proprie eſt diminutiua pœnarum cui opponitur crudelitas, quæ excedit in pœnis. Propter hanc vicinitatem ſæpiſſime fit, quòd vna virtus ponitur pro alia. Quia miſericors ſemper appellatur pius, manſuetus & clemēs, qui etiam dicitur bonus & charitatiuus. Et prorſus quicqd animi dulcedinem redolet, miſericordi aſcribitur. Ecce quantis bonis ditatur & decoratur homo, & frater miſericors. Sed

Eccleſi. 19 ſicut eſt qui nequiter ſe humiliat, interiora vero eius plena ſunt dolo, ita inueniūtur qui exterius videntur velle ex charitate alienam miſeriam tolerare, ſed in-

2. Cor. 11. terius potius quærunt aliis dominari. Quandoquidem angelus tænebrarum trāsfigurat ſe in angelū lucis, & malitia hominis in vmbram virtutis. ¶ Cōſequenter cōſideremus aliqua de operibus miſericor-

Matt. 25 diæ corporalibus & ſpiritualibus. Sunt autem ſex opera miſericordiæ à domino in euangelio commendata, quæ impenduntur viuentibus, quæ tam grata ſunt ipſi domino deo noſtro, vt reputet ſibi facta, q̄ noſtris proximis fuerint impenſa. Et ſunt hæc paſce-

Miſericor re eſurientem, potare ſitientem, veſtire nudum, recol-

diæ opera. ligere hoſpitem, viſitare infirmum, redimere captiuū His vero additur ſepultura mortuorum, vt patet per

Auguſtin. Auguſtinum in libro de cura pro mortuis agenda. Quia pertinet ad defunctum quid de eius corpore agatur, quia eius honor dehoneſtatur, ſi inſepultus relinquitur, quem honorem viuentes debent cuſtodire, ſicut vellent ſibi fieri. Et ſecundum hoc cōmen-

Tobi. 2 dantur aliqui de mortuorum ſepultura, vt Tobias, &

illi qui dñm sepelierũt. Cõmendatur de hoc p̄cipue, & etiã alijs misericordię opibus noster pater sanctus Hugo. Et quis digne laudare potest opus illud misericordiæ, quo furem ab imminente morte atq; suo stipendio liberauit? Et vos fratres, licet relinquẽdo omnia nihil reseruastis pauperibus tribuẽdũ, nec visitare potestis infirmos, &c. tamen inuicem ministrando, excellẽtius præscripta misericordiæ opera implere potestis, cibando, potando, vestiendo, recolligẽdo ad diuersa loca cellæ, & visitando fratrem infirmum, non ad fabulandum (vt assolet fieri) sub prętextu operis misericordiæ, imò vere propter opus dissolutionis, sed propter opus ministrationis ac subuentionis, quia melior est (vt dicit in libro de ecclesiasticis dogmatibus) pro intentione sequendi dominum insimul donare, & absolutũ solicitudine egere cũ Christo, quàm facultates cum dispensatione pauperibus erogare. Simili modo potestis redimere captiuum, vt puniendũ, si affuerit, p̄ eo rogando, & sepelire defunctum. Hæc sufficiant de operibus misericordiæ corporalibus dicta. Opera misericordię spiritualia sunt hęc Docere ignorantẽ, consulere dubitanti, consolare tristẽ, corrigere peccantem, remittere offendenti, portare onerosos & graues, & p̄ oĩbus orare. O quã magnifice enituerunt hæc in beato nostro patre Hugõe vt patet intuenti decursum vitæ suæ. Et p̄cipue in eo q̄d est difficillimũ, sc3 corrigere peccantẽ, in q̄ p̄seuerauit, etiã inter micantes gladios, & alia grauissima p̄icula. Ex q̄ lucide patet, q̄to studio alia leuiora misericordię op̄a p̄fecerit, & in ipsis p̄seuerauerit. Idcirco (haud dubiũ quin in testimoniũ miserationũ eius) in die eleuatiõis seu trãslatiõis, ossa eius diuinitꝰ manare oleũ rep̄ta sunt. Hęc misericordię op̄a fratres, sicut veri religiosi implere possumꝰ & tenemur, Sed quid p̄dest, si q̄s proximo misericors fuerit, & sibi ipsi crudelis? Certe nihil. Ea p̄pter cõsulit singulis in li. Eccl. vbi

Matth. 27
Marc. 15.
Lucæ 23
Iohan. 19

Augustin.

Ecclesi. 30 dicitur: Miserere animæ tuæ placens deo: Igitur esu
Iohan. 3 rienti primo animæ præstãdus est cibus: Meus cibus est, dicit dñs Iesus, vt faciam voluntatem eius q misit me. Sit etiam noster cibus electus. Optimus cibus hic omni animæ viuenti, quia restaurat deperditum, pascit, nutrit, & fouet atq; confortat hominem in vita
Gregor. diuina viuentem. Ideo dicit Gregorius, q cibus mẽtis est verbum veritatis. Illud enim docet voluntatẽ dei. Qui ergo vult viuere in deo, perpẽdat semper an faciat voluntatem dei.

¶Secundo, potus præstandus est aĩæ sitienti, q est
Ecclesi. 15 aqua sapientiæ salutaris. Hæc aqua vigorosior vino, lætificat bibentem atq; inebriat. Quæ si defuerit cõsedenti, cibus ei nihil proderit, Oportet enim nedum facere voluntatem dei, sed etiam diligere. Dilectio vero cognitum, suaue reddit & sapidum. Vnde dicitur sapientia quasi sapida scientia, & est proprie diuinorum. Quæ si defuerit seruienti deo, non diu perseuerabit in bono. Ipsam igitur petere debemus à deo, & omni studio adipisci, vt animam nostram potemus. Potus corporalis est vehiculum cibi, quo nutrimentũ ad nutrienda membra deuehitur, Sic est spirituali cibo sapientia.

¶Tertio, vestiẽda est anima veste charitatis, quę
Matt. 20 est vestis nuptialis, ne torpeat in tepore acediæ, aut frigore tabescat iniquitatis, aut nuditate meritorum quia sine charitate nulla sunt opera bona, aut merita & in multitudine peccatorum & ignominia confun
1. Petri. 4 datur. Charitas enim operit multitudinem peccato-
Prouer. 10 rum, & vniuersa delicta, sicut dicit scriptura. Sine hac veste, nec cibus prodest animæ, nec potus, quia sine charitatę vana sunt omnia opera & scientia.

¶Quarto visitanda est anima ægrotans in variis defectibus vt adiuuetur per salutarem pœnitentiam.

¶Quinto animam inter varia & multiplicia pericula exulantem recipere debemus in hospitio veram

virtutum, vbi tute ſe valeat conſeruare ab inuaſione latronum & crudelium beſtiarum.

¶Sexto incarceratam in hoc mortali corpore animam educere debemus, per contemplationem æternorum. ¶Septimo, mortuam animam ſepelire debem⁹ in deo, iuxta illud Apoſtoli: Mortui enim eſtis ſcilicet peccato. Sed vbi ſumus ſepulti? Sequitur. Et vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo. Felix ſepultura, quam etiam ſequitur beatiſſima reſurrectio. Coloſſ.3

¶De cognitione diuina omnium ſecretorum, & de occultis luxuriæ motibus. Exhortatio V.

REnum illius teſtis eſt deus, & cordis illius ſcrutator eſt verus, & linguæ illi⁹ auditor. Sapiētiæ primo. Ad fructuoſum auditum & ſalutarem intelligentiā præfatorum verborum fratres chariſſimi requiritur attenta & illuminata fides. Quamuis enim fides ipſa ſit lumen, nonnunquam tamen eſt nubiloſa, vt ſecundum eam fiat conſideratio vel nulla, vel modica. Et tunc eſt actu infructuoſa. Quapropter neceſſaria eſt oratio, ſicut fecerunt Apoſtoli, & eccleſia, vt augeatur nobis fides, id eſt lumen fidei. Hæc fides neceſſaria eſt ad fructuoſe audiendum & intelligendum verba prædicta. Nam vt inquit ſanctus Auguſtinus, multi idcirco male agunt, quia putant ſe non videri à deo. Sed audiant tales & intelligant ꝙ dicitur à ſpiritu ſapientiæ & veritatis: Renum illius teſtis eſt deus, & cordis illius ſcrutator eſt verus, & linguæ illius auditor. Aſtipulatur ĳs verbis Apoſtolus, dicens: quod deus diſcretor eſt cogitationum & intentionū cordis, & ꝙ non eſt vlla crea

Auguſtin.

Sapient.1

Hebræ.4

tura inuisibilis ei, sed omnia nuda & aperta sunt eius oculis. Ipse quippe est prima causa omnium, sine qua nullæ causæ aliquid possunt. Ipse est ipsum esse, sine quo non potest aliquid esse. Ipse est primum mouens sine quo nihil mouetur, nihil operatur, siue malum siue bonum Ipse est ipsa cognitio & notitia, ergo oīa sunt ei nota ab æterno vsque in æternum. Ergo inquit Augustinus, velis nolis videt te. O quale gaudiū ex hoc hauriunt casti renes, & munda corda, & linguæ bene regulatæ. Excedit gaudium hoc omnia gaudia mundi atque delitias. Vnde dicit Psalmista: Cor meum & caro mea, exultauerunt in deum viuum. Et: Memor fui dei & delectatus sum. Econtrario de malis dici potest: Timor & tremor venerūt super nos, quia veniunt in cogitatione peccatorum suorum timidi. Videntes enim deum omia videre, turbantur timore horribili, eo quod deus terribilis est in consilijs super filios hominum malos. Præsentia quippe dei, quæ est iucunda mentibus nitidis, hæc est pœna maculosis. Putant tamen quidam deum nō videre omnia, non quia non potest videre, sed qa nō vult videre. Ita enim putant deum videre sicut videt homo: & cum multa sunt vilia & turpia, credunt ꝙ deus dedignatur videre talia. Vnde dicit Augustin⁹: Turba dicit: Ecce modo inde cogitat deus, vt sciat quid facio in domo mea? & curat deus quid velim agere in lecto meo? Quasi diceret turba: Non decet hoc deum, quia homo talia non solum videre, sed etiam dedignatur audire. Hic errat turba, putans ꝙ notitia dei, vel scientia est similis humanæ sciētię vel notitiæ, cum tamen sit maxima differētia atq; distantia, Homo quippe sensibilium reꝝ accipit notitiā per sensus, colligendo per similitudines rerum phantasmata, à quibus abstrahēdo pecies intelligib i es, en sim venit in notitiam rerum intellectualem. Ex hoc patet ꝙ turpes species rerum homo in sua cognitiōe

Augustin. (margin)
Psalm. 83
Psalm. 76
Psalm. 54
Sapient. 4
Psalm. 65
August. (margin)

recipit. Quapropter inoleuit apud omnes laudabilis consuetudo, vt cum velit quis referre aliqua, in notitiam deducenda per phantasmata, vel turpia, vel irritatiua, semper pręmittit hæc vel similia verba, salua reuerentia, vel cum licentia vestra: & hoc quo ad turpia, vel salua pace vestra: & hoc quo ad prouocantia quia iniuria quædam videtur, alcui turpia vel prouocatiua ingerere, dicendo aliqua de immunditia renum, id est, luxuriæ, vel stercorum, vel calciamentorum, aut certe dicendo: tu parcis veritati, aut, hoc nõ est verum, &c. Deus vero omnia agnoscit per essentiam suam vnico contuitu & actu incommutabiliter & infallibiliter. Quæ cognitio excedit intelligentiã nostram, vbi omnia sunt munda atq; purissime, ac pacatissima. Possem similitudinẽ adducere corporalem, q̃ tñ in infinitum distat à deo, ponamus tñ: Sol purissimus scrutatur suis mundissimis radijs cloacaꝝ sordes, exiccat atq; purificat, nec tñ radij inficiunt, nec solis essentia. Itaq; citra oẽm iniuriã cognoscit deus oẽm creaturã, & vniuersa, quę aguntur in ea. Renum ergo testis est deus. Nouit & intuetur oẽs motus luxurię, secundum oẽm differentiã eius clarissime. Scrutatur & discutit plenissime causas & origines occultissimoꝝ motuum & stimuloꝝ carnis. Multitudinem ac numerum stimulorum simplicium ac libidinosoꝝ secundum oẽs gradus eorundem considerat & delectationes, demerita quoq; iustissime ponderat. Cogitationes circa hæc, resistẽtias, ac displicentias, vel auersiões. Insup negligentias, dissimulatiões, cõplacẽtias, semicõsensus, aut plenos cõsens⁹ plenissime scrutatur, redditur⁹ vnicuiq; scd̃m merita sua. Et cũ sufficeret monuisse hoiem, pro sua vigilantia excitãda, deũ cordis fore inspectorẽ (in q̃ formaliter cõficitur pctm̃) tñ placuit deo vt intermissis oĩbus secretoꝝ aiæ sedibus sup secretis renũ deo cognitis, specialiter homo cõmoneretur qa in ipsis maior est naturę destitutio, & procli

tura inuisibilis ei, sed omnia nuda & aperta sunt eius oculis. Ipse quippe est prima causa omnium, sine qua nullæ causæ aliquid possunt. Ipse est ipsum esse, sine quo non potest aliquid esse. Ipse est primum mouens sine quo nihil mouetur, nihil operatur, siue malum siue bonum Ipse est ipsa cognitio & notitia, ergo oia sunt ei nota ab æterno vsque in æternum. Ergo in-
Augustin. quit Augustinus, velis nolis videt te O quale gaudiũ ex hoc hauriunt casti renes, & munda corda, & linguæ bene regulatæ. Excedit gaudium hoc omnia gaudia mundi atque delitias. Vnde dicit Psalmista: Cor meum & caro mea, exultauerunt in deum vi-
Psalm. 83 uum. Et: Memor fui dei & delectatus sum. Econtra-
Psalm. 76 rio de malis dici potest: Timor & tremor venerũt su-
Psalm. 54 per nos, quia veniunt in cogitatione peccatorum su-
Sapient. 4 orum timidi. Videntes enim deum oĩa videre, tur-
Psalm. 65 bantur timore horribili, eo quòd deus terribilis est in consilijs super filios hominum malos. Præsentia quippe dei, quæ est iucunda mentibus nitidis, hæc est pœna maculosis. Putant tamen quidam deum nõ videre omnia, non quia non potest videre, sed qa nõ vult videre. Ita enim putant deum videre sicut videt homo: & cum multa sunt vilia & turpia, credunt ꝙ deus dedignatur videre talia. Vnde dicit Augustin⁹:
August. Turba dicit: Ecce modo inde cogitat deus, vt sciat quid facio in domo mea? & curat deus quid velim agere in lecto meo? Quasi diceret turba: Non decet hoc deum, quia homo talia non solum videre, sed etiam dedignatur audire. Hic errat turba, putans ꝙ notitia dei, vel scientia est similis humanæ sciẽtię vel notitiæ, cum tamen sit maxima differẽtia atq; distantia, Homo quippe sensibilium reꝝ accipit notitiã per sensus, colligendo per similitudines rerum phantasmata, à quibus abstrahẽdo pecies intelligib i es, en sim venit in notitiam rerum intellec͠ualem. Ex hoc patet ꝙ turpes species rerum homo in sua cognitiõe

recipit. Quapropter inoleuit apud omnes laudabilis consuetudo, vt cum velit quis referre aliqua, in notitiam deducenda per phantasmata, vel turpia, vel irritatiua, semper pręmittit hæc vel similia verba, salua reuerentia, vel cum licentia vestra: & hoc quo ad turpia, vel salua pace vestra: & hoc quo ad prouocantia quia iniuria quædam videtur, alcui turpia vel prouocatiua ingerere, dicendo aliqua de immunditia renum, id est, luxuriæ, vel stercorum, vel calciamentorum, aut certe dicendo: tu parcis veritati, aut, hoc nō est verum, &c. Deus vero omnia agnoscit per essentiam suam vnico contuitu & actu incommutabiliter & infallibiliter. Quæ cognitio excedit intelligentiā nostram, vbi omnia sunt munda atq; purissima, ac pacatissima. Possem similitudinē adducere corporalem, q̄ tñ in infinitum distat à deo, ponamus tñ: Sol purissimus scrutatur suis mundissimis radijs cloacarū sordes, exiccat atq; purificat, nec tñ radij inficiunt, nec solis essentia. Itaq; citra oēm iniuriā cognoscit deus oēm creaturā, & vniuersa, quę aguntur in ea. Renum ergo testis est deus. Nouit & intuetur oēs motus luxurię, secundum oēm differentiā eius clarissime. Scrutatur & discutit plenissime causas & origines occultissimorū motuum & stimulorū carnis. Multitudinem ac numerum stimulorum simplicium ac libidinosorū secundum oēs gradus eorundem considerat & delectationes, demerita quoq; iustissime ponderat. Cogitationes circa hæc, resistētias, ac displicentias, vel auersiōes. Insup negligentias, dissimulatiōes, cōplacētias, semicōsensus, aut plenos cōsens⁹ plenissime scrutatur, redditur⁹ vnicuiq; scdm merita sua. Et cū sufficeret monuisse hoiem, pro sua vigilantia excitāda, deū cordis fore inspectorē (in q̊ formaliter cōficitur pctm) tñ placuit deo vt intermissis oibus secretorū aiæ sedibus sup secretis renū deo cognitis, specialiter homo cōmoneretur qa in ipsis maior est naturę destitutio, & procli

uior ad peccatum inclinatio. Rapitur ad oblectamenta eorundem facilius animus, & in tanta caligine res hæc periculosissima agit, vt inter delitias venenosissimas & semiuigilias, vix aut non omnino discerni valeat qd animus velit, quid nolit. Patimur hęc propter originale delictum, interdum vero propter peccata propria, per q̃ natura vitiata, ad consuetos actus nititur redire. Et interdũ hæc maledicta lues in tm̃ sequit, vt inter nefarios prurit⁹ & motus, fœdissimos humores nequaq̃ euadat. Ingens & periculis plena in conspectu diuinæ maiestatis pugna, raro plena victoria. O q̃ pauci sunt vere virgines. Triumphus vero est

Cyprian. gloriosissimus, de cuius laude sanctus Cyprianus in lib. de virgin. Nunc, inquit, nobis ad virgines sermo est, quarũ quo sublimior est gloria, eo maior est cura. Flos est ille ecclesiastici germinis, decus atq; ornamẽtum gratiæ spiritualis, illustrior portio gregis Christi. Quæ illustrietas intelligenda est in genere castitatis, quia præfertur castitati viduali & matrimoniali. Manifestum est enim quód sunt aliæ virtutes pręstãtiores virginitate, vt sunt virtutes theologicæ, reli-

Aug. gio atq; martyrium. Vnde Aug. in libro de virginitate ait: Nemo, quantum puto, ausus fuit virginitatem præferre monasterio. Ecce fratres propter virtutem religionis, esse in monasterio præfertur virginitati.

Idem. Item Augustinus: Præclarissimum testimonium perhibet ecclesiastica authoritas, in qua fidelibus notum est, quo loco martyres, & quo defunctæ sanctimoniales ad altaris sacramenta recitentur. Per quod datur intelligi quod martyrium virginitati præfertur, & similiter monasterij status. Felix in quo præclarę virtutes nitore virginitatis decorantur. Igitur charissimi fratres, siue virginali castitate, siue viduali præcincti estis, oportet contra illecebras carnis præliari. Et curate ne pro momentanea libidine, scilicet execrabili fœdissima voluptate, omnes labores vestros

Christo impensos, æternam quoq; felicitatem perdatis. Multum iuuat certantem consideratio præsentiæ infallibilis testis, de quo dicit: Renum illius testis est deus. Humilis quoq; & feruens ad eundem intuẽtem certamen, pro auxilio obtinẽdo, deprecatio. Valent etiam hæc contra omnia vitia deuincenda, quorum radix latet in corde. Vnde sequitur: Cordis illius scrutator est verus. Veraciter enim cognoscit deus omnes motus cordis, etiam abditissima ipsius intẽtionis antra scrutatur, quę sæpe latent & fallunt ipm cogitantem & intendentem. In omni ergo tentatione, præsentem dei vultum cum reuerentia & metu, & humili prece requiramus, vt omnes laqueos peccatorum euadamus. Qui autem voluerit in promptu vultum domini inuenire, necesse est quod in diuina præsentia sicut eum intuentem, se studeat seriosissime firmissima fide exercitare, donec sentiat se à deo continue videri. Cum vero ad hoc peruenerit, vt credat & sentiat quod renum eius testis est deus, & cordis eius scrutator est verus, tunc facillime sciet, quod linguæ eius etiã auditor sit, & operũ inspector, iuxta quod ait Psalmista: Qui intelligit omnia opera eorũ. Tunc demum (nisi omnino cum Balaam obduratus fuerit) nedum facile declinabit à malo & faciet bonũ sed etiam intimo corde tantæ præsentiæ maiestatis, castissimam reuerentiam, & tali amabili ac amatori, purissimam impendet dilectionem. Hoc sensisse videtur sanctus Boetius, quando dicebat: Indicta est vobis magna probitatis necessitas, si dissimulare nõ vultis, quia omnia agitis ante oculos iudicis cuncta cernentis. Intueamur charissimi fratres sanctum patrẽ nostrum Hugonem, cuius nobis hodie ad imitandum sanctitatis imago proponitur. Hic credens renum eius testem deum, cum fatigaretur, carnis tentationibus, & ardentissimis eius stimulis vrgeretur (quamuis virgineæ esset puritatis, & continentissimæ &

Sapient. 1

Psalmi. 32

Numer. 22

Boetius prosa 5. li. 5. Consol. philosop.

abstinētissimæ vitæ)perseuerauit in bello, fortissime renitendo, ab imaginatione libidinosa auertendo, deum inspectorem contemplando, ipsum deprecando, per meritum dei genitricis, sancti quoque patris Basilij remedium impetrando, donec tandem triumphum gloriosum reportaret. Credens etiam cordis eius scrutatorem verum existere deum, seruare studuit innocentiam, vitæ vacando contemplatiuę, quę cordis requirit mundiciam. Vnde ab ineunte pueritia vitam duxit monasticam. Sciens vero deum auditorem fore linguæ, factus est diligētissimus custos oris sui, donec aperiret domin⁹ os ipsius, & linguam reseraret: & tunc non siluit amplius. Factum est Hugoni sicut auibus qui recluduntur in tenebris & solitudine, vt discant canere, tandem in lucem feruntur vt suo cantu homines melodia afficiant. *Sic* sanctus Hugo primo reclusus in solitudine & silentio, tandē eductus à domino, melos dulcissimum edidit, doctor factus sermocinando egregius, consultor optimus, iudex rectissimus, defensor iustitiæ etiam inter micātes gladios inuictissimus. Itaq; tametsi persequutor sanguinem nō fuderit & (vt de sancto Martino canitur) animam eius gladius persequutoris non abstulit, dignitatem tamen martyrij non amisit: Et qui sæpius pro iustitia & pro subditis suis animam suam posuit, sciri potest, qualis est & quantus in cæteris animæ virtutibus & meritis fuerit.

¶De gaudijs diuersis. Exhortatio VII.

INtra in gaudium domini tui. Matthæi 25. Multa fratres charissimi gaudiorum genera in scripturis sanctis legimus, sed ex tanta numerositate, fideli seruo in præmium vnum tantum promissum ex istis verbis intelligimus: gaudium videlicet domini sui. Primum igitur (ad euitandam ęquiuocationis fallaciam) dicendum erit de gaudij diuersa acceptione.

Secundo de gaudio domini (in quod sanctum Hugonem hodierna die recolimus ingressum) referendum erit. Quantum ergo ad primum, vt differentias gaudiorum facilius intelligamus, descriptionem gaudij audiamus. Gaudium est passio concupiscibilis, proueniens ex adeptione boni proprij coniuncti, siue præsentis. Sciendnm, q; extēto nomine, bonorum quoddam est vanum & periculosum, sicut est prosperitas mundi, quoddam est pernitiosum & insanũ, sicut est voluptas peccati, quoddã est laudabile & gratiosum, sicut est operatio iustitiæ, quoddam est bonum verũ & gloriosum, sicut est visio dei. Ex horũ itaq; bonorũ principali adeptione, gaudiorũ diuersitas oritur. Ex primo namq; bono, sc; prosperitate mundi, oritur gaudium mũdi. Ex secũdo bono, sc; voluptate peccati, nascit̃ gaudiũ peccatoris & impij. Ex tertio bono, sc; operatione iustitiæ, procedit gaudium iusti & electi dei. Ex quarto bono, sc; visione dei, exurgit gaudium dñi nostri. Eã vero hæc gaudia inter se habent connexionẽ, vt ex primo scd̃m, ex tertio vero proueniat quartũ. Ad euitandũ igitur scd̃m, declinandũ est a primo. Ad consequendũ quartũ, inhærendũ est tertio. Quod q̃ studiose fecerit S. Hugo, eius legenda testat̃. Nam militiç spũali penè ab infantia traditus, ita vanum & periculosum gaudiũ mundi declinauit, vt ipsi nec modicũ qd ipsius cũ coæuis puerulis gustare concessum sit. Fidelis per oia seruus & prudẽs, q iugũ dñi ab adolescentia portauit, mũdi vanitatẽ seu gaudium, gloriam generis, diuitiarum affluentiam, ciborum delitias, carnis voluptates, ludos & iocos, similium quoque mundanarum rerum solatia tam solicite fugit, vt seculi vanitates in monasterio, nec alijs quidem referre, vel voluerit, vel quiuerit: quia talia nunquam didicerat. Vsquequo igitur nos graui corde fratres mei, vt quid diligimus vanitatem, mundanorum conuersationem & fabulamenta, inania

Gaudium.

Threno. 3

Psalm. 4

gaudia & solatia iam iamque peritura, quæ omnia militant cõtra nomen nostrum? μόνος enim græce, vnus latine dicitur, ἄχοσ grȩce, tristis latine sonat. Vnde μοναχόσ vnus tristis dicitur. Agnoscat igitur monachus nomen suum, sedeat tristis, & officio suo vacet. Officium autem istud quale sit, diuus

Monachi officium quid.

Hieronymus ostendit, dicens: Monachus plangentis habet officium, qui vel se, vel mundum lugeat. Vere salubre hoc officium, sed nõ tantum monachis, sed omnibus discipulis Christi necessarium, & à domino commissum in vltimo vale, cum dixit: Mundus

Ioha.16

gaudebit vos autem contristabimini: Sed ó beata tristitia, quæ & consolationem & gaudium in repromissionem accepit, Consolationem quidem, cum ait: Be

Matth.5.

ati qui lugẽt, quoniã ipsi consolabũtur. Gaudiũ vero

Ioh.16.

cũ dicit: Tristitia vestra ꝟtetur in gaudiũ. Hoc nimi

August.

rum est, quod diuus Augustinus libro soli loquiorum ad dominum loquitur, dicens: Tu consolatio sempiterna, qui solis illis te tribuis, qui consolationem huius mũdi pro tua perpetua consolatione contemnũt. Nam qui hic consolantur, indigni tua consolatione habentur. Sed qui hic cruciantur, à te consolantur. Et qui participant passionibus, participant & consolationibus. Nemo enim potest in vtroque seculo cõsolari, nec potest quis hic & in futuro gaudere, sed vnum necesse est vt perdat, qui alterum voluerit possidere, quia iustum est vt amittat te, quicunque in ali

Eccl.2.

quo alio magis consolari elegerit quàm in te: Sapiẽs denique huius mundi gaudij vanitatem simul & periculositatem intelligẽs, dixit: Risum reputaui errorẽ, & gaudio dixi: Quid frustra deciperis? Plane decipitur

August.

& desipit. Quia (vt Beatus Augustinus testatur) verum gaudium in hoc mũdo nec fuit, nec est, nec esse poterit. Sanctus igitur Hugo ad imitandum nobis propositus, quia primum gaudiũ scz mundanũ, prus

denter declinauit, ideo secundum gaudium, sc; pecca
toris & impij, vitare facilius potuit, Hoc gaudiũ illo Prouer. 2
rum est qui iuxta Salomonis testimonium, lætantur
cũ male fecerint, & exultãt in rebus pessimis. Quod Augustin.
quã perniciosum sit, testatur Beatus August. dicens:
Nec quodlibet scelus coram deo tam abominabile est
quàm peccata sua vnumquemque nostrum gaudẽdo
reminisci, inde & exultare, atque in eis semper iacere
Huiusmodi & si gestire videantur, gaudere tamẽ nõ
possunt, quia non est gaudere impijs dicit dominus,
Sicut autem luctui sanctorum consolatio & gaudiũ
succedunt, ita pecca torum insana gaudia luctus co-
mitatur, dicente scriptura: Risus dolore miscebitur Prou. 14
& extrema gaudij luctus occupat: Occupat sane,
& diu subsistere non sinit. Gaudium enim hypocri-
tæ ad instar puncti, ait I O B. Et iterum: Tenent Iob. 20
tympanum & cytharam, & gaudent ad sonitum or- Iob. 21.
gani, ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad infer
na descendunt, vbi (iuxta dominicam sententiam)
erit fletus & stridor dentium. Sed longe hoc à Beato Matth. 13 & 22.
H V G O N E, cui hodie dictum est: Intra in gau
dium domini tui. Quod (vt dictum est) illis concedi Matth. 25
tur qui inhærent tertio gaudio, q̊d gaudiũ iusti vo-
catũ est. Virtuosus ẽm (vt A R I S T O T E L E S
libro nono Ethicorum testatur) his qui secundum
virtutem sunt actibus gaudet. Hinc & per Salomo-
nem dicitur: Gaudium est iusto facere iudicium. Sic Prou. 21.
simili ratione gaudium est casto seruare continentiã
gaudium est pacifico facere pacem. Gaudium est pa
tienti iniurias patienter ferre: quemadmodum &
A P O S T O L I gaudentes ibant de conspe Actu. 5
ctu concilij, quoniam digni habiti sunt pro Christo
contumeliam pati. Gaudium est humili despici. Gau
dium est obedienti obedire. Quicunque vero non
gaudet in operibus virtuosis, hic virtuosus non est.
In hoc possunt singuli seipsos cognoscere quales sint

plius manere in ea quam vnius diei mora, propter hoc solum innumerabiles anni huius vitæ pleni delitijs, in omni affluentia rerum temporalium, recte meritoque contemnerentur, Non enim falso, aut paruo affectu dictum est: Quoniam melior est dies vna in atrijs tuis super milia. Nihil omnino comparandũ in terris huic gaudio, quod nascitur ex inuisibilibus & incorporeis, ex societate sanctorum angelorum, & iustorum omnium, ex certa scientia & cognitione ipsius diuinæ naturæ, & ex dei ipsius facie ad faciem beata visione. Cuius pulchritudinem mirantur angeli, cuius imperio suscitantur mortui, cuius sapientiæ non est numerus, cuius regnum finem nescit, cuius gloria nequit variari, cuius lux tam solem obscurat, vt eius comparatione nullam habeat lucẽ, cuius dulcedo tam mel superat, vt ei comparatum velut absynthium sit amarissimum, cuius faciem si omnes carcere inferni inclusi viderent, nullam pœnam, nullum dolorem, nullamque tristitiam sentirent, cuius præsentia si in inferno cum sanctis appareret, continuo infernus in amœnum conuerteretur paradisum.

Psalm. 83

Psalm. 146

De virginitate, multiplici castitate, insomnijs turpibus & coniugatorum miserijs. Exhortatio VII.

SVnt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum. Matthę. 19. Verba prolata à dño nostro Iesu Christo, nedum pro nostra consolatiõe, sed etiã, p sanctissimi patris nostri Hugonis cõmendatiõe, apte in p̃senti eius solẽnitate, pponi possunt & recitari. Ipse siquidẽ singulari inter cęteras virtutes, virtute castitatis emicuit, puta

virginali,conseruata inter prælia fortissima castitatis. Et cum fortissime præliaretur, coronam meruit à domino, non solum in cœlis, vbi coronam præmij essentialis, & virginitatis atque doctoris aureolas obtinuit, sed etiam in præsenti vita, quando in luctamine bis quasi triumphator emeritæ militiæ releuamẽ & consolationem accepit à domino. Et merito: Castrauerat enim se propter regnum cœlorum, hoc est, vt placeret regi cœlorum, quatenus ad sui visionem, perfectum amorem & interminabilem posset peruenire fruitionem. Castrauerat se, non membra abscindendo, quod nefas est fieri, nisi ob conseruationem corporis, sed perpetuam castitatem seruando, cum voto virginitatis. Virginitas enim (quæ aureolam meretur) virtus est, & importat propositum voto firmatum integritatis perpetuo seruandæ. Dicit enĩ

Augustin. sanctus Augustinus in libro de virginitate, quod per virginitatem integritas carnis ipsi creatori animę & carnis vouetur, consecratur & seruatur. Et idem ibidem Nec nos, inquit, in virginibus prædicamus quod virgines sunt, sed quod deo dicatæ pia continentia virgines

Gerson. sunt. Hanc venerabilis Cancellarius Gerson in libro de Cœlibatu ecclesiasticornm appellat diuinalem, in comparatione ad castitatem moralem & heroicam, quæ moralem præcellit. Hi sunt coniugati. Dicit enĩ sic: Moralis castitas habet proximum finem se continere secundum dictamen rectæ rationis per naturam hominibus inditæ. Heroica tendit altius, in primam causam se resoluens & exaltans. Diuinalis vero finem attingit eundem, qui deus est, sed eminentiori modo porpter tria: Primo, quia voto firmatur: Secundo, quia fide, spe & charitate Christo dedicat, qui simul in vnum, deus & homo est, dñs & proximus, frater, amicus & sponsus. Tertio, quia sacrosanctis mysterijs hæc castitas applicatur, Porro moralis castitas est velut incipientium & purgandorum. He-

roica, velut perficiendorum & illuminandorum. Diuinalis, tanquam perfectorum in æterna beatitudine consummandorũ. Talis esse debet castitas ecclesiasticorum, præsertim sacerdotum, & maxime prælatorum. Ab hac diuinali castitate non excluditur castitas vidualis, sed potius includitur. Etenim secundum naturam suam cadit sub voto, sicut castitas virginalis. Non tamen meretur aureolam sicut virginalis cũ voto oblata. Omnis autem castus, castrat se, sed sanctus pater Hugo in excellentissimo gradu, si singula requisita ad castitatẽ considerentur, vt perlucide eius gesta declarant. Et hoc à pueritia vsq; in finem dierum suorum beatorum peregit. Dominus vero in euangelio loquitur de castratione diuinali, quam oẽs professi sumus. Gaudeamus ꝙ in consortium præcipuorum sanctorum assumpti sumus fratres. Iam facilius intendere possumus primæ veritati (quæ deus est) & in quo consistit vera perpetua felicitas, ad quã creati sumus, & prægustare gaudia cœlestia, ad quæ peruenire desideramus. A quibus nedũ luxuria, sed etiam castitas coniugalis vel moralis præpediunt. Dicit enim idem venerabilis Gerson: Nihil credo plus obesse veritati, vel acquirendæ vel speculandę (potissimum de causis altissimis) quàm voluptatem veneream, quàm contactum illum corporum, sine q̃ vxor cum liberis haberi non potest. Vbi sorbetur & absorbetur rationis iudicium, vbi nihil virile, nihil altum, nihil cœleste mens quę tali se dederit passioni, sinitur meditari. Hanc passionem idem appellat tyrannicam moribundi corporis rabiem, reuocantem, retrahentem & deturbantem animum ad alta tendentem. Ad quanta & abominabilia sordentia mala continuus, vel etiam interpolatus fœminę vsus animum pertrahit, & fœdis imaginibus depingit, propter communẽ honestatem non sunt hoc in loco recitãda, imo nec à religiosis mentibus vnquam cogitanda. Quot em̃

Apostolum Paulum, qui ait: Noli quærere vxorem. 1.Cor.7.
Non dixit meretricem, quod prohibitum est à domino, dicente & iubente: Non mœchaberis, sed dixit Exod.20
vxorem, quod permissum est, quoniam bonum, inqt est homini sic esse tanquam misericordiam consequuto à domino. Magna misericordia est esse absolutũ ab vxore. Quia qui sine vxore est, solicitus est quę domini sunt, quomodo placeat deo. 1.Cor.7. Talis enim habet aptitudinem, vt solicitus sit de bonis spiritualibus & æternis. Talis cum sapientia habitat, & habet eã spõsam, cuius non habet amaritudinem conuersatio, nec tędium conuictus, sed lætitiam & gaudium. Sapi.8. Sed dicet aliquis: Qualis est nostræ castrationis castitas, qui quotidie carnis stimulis agitamur, qui libidinosis sæpe motibus vexamur, qui frequenter fragilitate perfundimur, & somniis turpissimis inquinamur? Ad hæc respondebo summatim iuxta sententias sanctorum & catholicorum patrum. Omnia illa obiecta castitatem non adimunt, sed ornant, meritum non minuunt sed augent, gratiam non tollunt, sed firmant: tantummodo talibus dæmonum iaculis voluntas non consentiat. Vnde sanctus deo plenus AVGVSTINVS: Peccatum, inquit, adeo Augus. voluntarium est, quod si non esset voluntarium, non esset peccatum. Et intelligitur de actuali (iuxta famosam sententiam) non de originali. Rursus, ista est expressa determinatio eiusdem primo libro de Ciuitate dei capite 25. loquentis de violenta corruptione virginis alicuius. Quãto magis, inquit, absq; culpa est in corpore nõ cõsentientis, si absq; culpa est in corpore dormientis? Ibi enim manifeste dicit, quod in dormiente voluptas carnis atq; pollutio, peccatum nõ est. Et ex illo (tanq̃ maximo) ꝓposito infert, q̃d in vigilia per violentiã illata virgini corruptio, & carnis inuolũtaria ingesta voluptas, peccatũ nõ est. Quid ergo? Reuera meritũ magnũ est, & martyriũ. Mauult ṽgo

deo deuota amittere caput, quàm integritatem. Ergo castissima virgo permanet etiam corrupta. Concordant verba spiritus sancti ex ore (quam impleuerat) sanctæ Luciæ dicentis: Non inquinatur corpus, nisi de consensu mentis. Et subiunxit: Si me inuitam corruperis, mihi castitas duplicabitur ad coronam. Et qm̄ inuiti & inuoluntarij patimur supra dicta ad luxuriam incitamenta, castitas nostra ornatur continētia, meritum augetur præmio, gratia firmatur ad aug-
2.Timo.2 mentum & gloriam. Nemo enim coronabitur, nisi
2.Cor.12 qui legitime certauerit, & virtus in infirmitate perficitur. Facile dare potest humilitatis verba, qui nunq̃ contemnitur aut vilificatur. Facile se pœnitentiam seruare dicit, qui nihil aduersi sentit. Facile ieiunat, qui nunquam sitit aut esurit. Facile castus & virgo perseuerat, qui castitatis prælia ignorat. Bella ergo virtutem non perdunt, sed præstantiorem reddunt. Dormiens & somnians se fornicari, quasi vigilaret & consentiret, nullum facit peccatum. Quia ille actus licet videatur humanus, & ex libero arbitrio descendere, liber tamen non est, quia somno deprimitur, & habet dormiens quasdam reliquias rationis & similitudines, non tamen rationem liberam, nec plus peccat quàm fatui, qui peccare non possunt, quia ratio & arbitrium non est liberum. Potest tamen esse peccatum tale somnium, quādo aliquis in vigilia optat sibi fieri tale somnium cum pleno cōsensu. Quando tamen pœnitet antequam dormiat, tollitur ratio peccati, si pollutio sequatur. Datur fragilitati interdum occasio per gulam, & calida sumendo vel calefactiua prouocantia pollutionem seu fragilitatem, tunc est sequela peccati. Quando tamen non intenditur per se pollutio, non est mortale peccatum. Quandoque cogitatio præcedens præstat occasionem.

¶ Cogitatio formata de peccatis mortalibus, fit diuersis modis. Interdum vtiliter, quando scilicet cogi

tatur de materia peccatorum, propter sermonem fa
ciendum, vel disputationem, vel confessionem audi-
endã, &c. & tunc est meritoria. Quandoq; fit sola cu
riositate, & quandoq; sentitur in tali cogitatione in-
utili delectatio in sensualitate sine voluntate & cõsen
su rationis, & est veniale peccatum. Quandoq; cum
consensu & voluntate. Et hoc fit dupliciter: Primo,
quando quæritur voluptas in sola cogitatione (&
maxime hoc fit in carnali cogitatione) & voluit se co
gitans scienter & volens in voluptate cogitationum
rerum prohibitaꝝ à deo, & delectatur in illis, & hoc
est mortale peccatum, etiam si opus nunq̃ velit perfi-
cere. Et si pollutio vel fragilitas sequitur ex tali car-
nali cogitatione, erit mortalis. Quod si adiuncta fue
rit voluntas operis, grauatur peccatum. Quod si in-
uitus aliquis patitur prauas cogitatiões, & renititur
coronam meretur ex pugna. Cogitatio quandoq; se
quitur fragilitatem: si tunc cogitans detestatur dele
ctationem meretur, si complacet, delectatio fragilita
tem quidem peccatum esse non facit, sed ipsa cogita
tio & consensus detestabilis est & peccatum. Stimulos 2. Cor. 12
carnis Paulus magis inuite pertulit quàm carceres &
verbera, per quos tamen stimulos humiliabatur.

¶De cogitationibus bonis & malis, quando scilicet venialia efficiantur peccata, quando mortalia. Exhortatio VIII.

PER Versæ cogitationes separant à deo
Sapientiæ 1. Beatissimus pater noster
Hugo, cuius sempiternam gloriam ho-
die temporaliter celebramus, mũdo cor
de, & syncerissimis cogitationibus ad
eam peruenit. Sicut enim peruersæ co-
gitationes mentem commaculant, & à deo separant,

sic cogitationes bonæ & rectæ mentem sanctificant & deo coniungunt. Ipse vero studuit ab ineunte ne- dum adolescentia, sed etiam à pueritia cordis mundi- tiei, vsque in senectam & senium. Vnde vt in legen- da eius innuitur, diabolus de nulla contra eum vnq̃ potuit victoria gloriari. Hoc sane intelligitur de pec- cato mortali. Quapropter secure gloriabatur in fine vitæ dicens: Non iudicij, sed gratiæ & misericordiæ dies erit, quâ ego defungar. Perfecti quippe non iu- dicantur, sed assessores sunt iudicis. Quæ vtique est maxima gratia & misericordia: Talis erat ipse H V G O sanctissimus, hoc est, mundissimus. Soliciti si- tis fratres dilectissimi, vt in die defunctionis vestræ totaliter mundi inueniamini. Ille enim erit dies fe- stus vester, quo veniet sponsus omnium animarum I E S V S, & occurret tota curia cœlestis ad viden dam nouam nuptam sponsam agni, egredientem ob- uiam Christo domino, mundã de thalamo corporis mundo. O quàm magnum & verum gaudium erit tunc animæ mundæ. O quàm magna confusio tũc erit animæ immundæ, coram tota curia cœlesti pro- pter immundas cogitationum maculas erubescere. Hoc modo est præmeditandum, dum adhuc tempus datur maculas abstergere & bonis cogitationibus ani mam ornare. Vnde A V G V S T I N V S ad Demetriadem virginem scribit: Tutissimum atq; perfectum est vt animus assuescat discere cogitatio- nes suas, vt bonas alat, malas occidat, quia in his fõs boni est, & origo mali. Omnium vero cogitationum siue de bonis siue de malis, inspector est deus. Vnde ait sanctus Iob: Nulla te latet cogitatio. Et Aposto lus dicit: quòd deus discretor sit cogitationum, & in- tentionum cordis. Et similibus testimonijs scriptura plena est, sicut nouit charitas vestra. Dignum igitur est pro reuerentia quàm diuinæ tenemur maiestati, & summe necessarium pro nostra salute, vt inter tot

August. — Iob 42. — Hebræ. 4.

milia imo innumerabilia irruentia cogitationum agmina, oculos internos semper habeamus ad inspectorem dominum, diligentissime scrutantes quid in illis ei aut displicet, aut placet. Quia sicut Augustinus testatur in eis fons boni & origo mali est. Et gloriosus Hieronymus: Nunquam, inquit, vagis cogitationibus pateas, quę si in animo sedeant dominabuntur tui, & te ducent ad delictum maximum. Cogitationes quippe prius habent rationem peccati, quàm actus exteriores. Quamuis enim cogitare sit actus virtutis apprehensiuę, id est, intellectus & rationis, & ex hoc argui posset quod non esset peccatum in cogitatu, cum dicat Augustinus in libro de duabus animabus, quod non nisi voluntate peccatur. Et in libro de libero arbitrio: Peccatum adeo est voluntarium, quod si non sit voluntarium, non est peccatum. His tamen non obstantibus, sicut cogitationes bonę sunt fons boni, ita malæ sunt origo mali & peccati, etiam maximi, & per prius quàm actus exteriores habent rationem peccati, vt prædictum est. Vnde ait æterna veritas apud Matthæum: De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, & blasphemiæ. Ecce ex cogitationibus malis prodeũtia mala peccata, & delicta (vt prædictum est) maxima. Quapropter sciendum est quod voluntas mouet omnes potentias ad actum, memoriam intellectiuam, hoc est, intellectum possibilem ad recipiendum species intelligibiles, vel exhibẽdas receptas, intellectum agentem ad actu intelligendum, rationem ad discurrendum & cogitandum sensualitatem ad sentiendum, virtutes motiuas & exequutiuas ad exequendum foris quod a voluntate imperatum est. Et quando omnia prædicta bene secundum deum mota sunt, tunc diligitur deus ex toto corde, ex tota mẽte, ex tota anima, & ex tota virtute, quando vero male mota sunt, tunc cor meditatur

Augustin. Hieronymus. Augustin. Matth. 15 Matth. 22

cogitationes pessimas, vnde omnia mala & peccata egrediuntur. Et omnia mota secundum proprium obiectum, subiecta sunt peccatorum, inquantum pti cipant cum voluntate, ab ea sc; mota ad suos proprios actus, sc; cogitare, intelligere, sentire, &c. Voluntas em̃ habet propriũ obiectũ. i. bonum, & propriũ actum, hoc est, velle. Et ille dicitur actus eius el citus. Actus vero aliarum potentiarum ab ea motarũ, sunt eius actus imperati. Hinc bene sequitur, quód nõ peccatur nisi voluntate, sicut primo mouente, alijs autẽ potentijs peccatur sicut ab ea motis. Idcirco cogitationes possunt etiã per prius habere rationẽ peccati, quàm actus exteriores qui ex ipsis prodeunt, quia viciniores sunt motui voluntatis. Quod enim nõ cogitasti, non facies. Exteriores actus distant à voluntate intantum, quód interdum non habent rationem peccati, sicut patet in amentibus. Quapropter vigilãdum est circa cogitationes, quia peruersæ separant à deo. Homini vigilanti semper fiunt incidentiæ quæ nec sunt bonæ moraliter, nec malę: hoc est, nec meritoriæ nec demeritoriæ. Idcirco multum errant qui de illis confitentur tanquam de peccatis. Sunt tamen quasi semina in mente, vnde radices accipiunt cogitationes bonæ vel malæ ad fructificandũ. Rationis vero est illas appetiuæ virtuti, id est, volũtati præsentare. Voluntatis vero est, vel recipere eas, vel refellere. Et secũdum hoc est meritum, recipere bonas vel demeritum recipere malas. Ante hunc actum voluntatis non est in incidentijs peccatum, nisi ex accidente: quia sc; homo dedit occasionem, ratione cuius fit peccatum, quód alias in se peccatum non est, sicut fit dormienti, qui peccat dormiendo, quia facit, vel patitur aliqua quæ imputantur ad peccata propter antecedentia in vigilia, vel sequẽtia post somnia. Sic patitur quis tempore diuinorum incidentias malas, propter ea quæ ante male tractauit, & non perfecte

ſe preparando ante orationem, ſecundum conſilium Sapientis, patitur euagationes, quæ reputantur ei ad culpam. Incidentiæ autem non ſunt cogitationes. Cogitatio enim dicitur à cogendo, quādo ſcilicet cogitur incidentia ſtare, aut manere, vel quando quis prouocat & cogit ſeipſum aliquid in ſeipſo tractare, vel quando incidentias non repellit dum eas aduertit, tunc enim dicitur interpretatiue eas tenere, & vertuntur in cogitationes. Cogitationibus igitur veris, iam præſentibus in mente cogitantis, ſi bonæ fuerint, & in eis aliquis delectatus fuerit, bene facit & meretur. Tales ſunt cogitatiões de deo, & beneficijs ab eo collatis, de paſſione domini, de virtutibus, & ſimilibus. Quòd ſi malæ fuerint cogitationes, hoc eſt, de peccatis, & aliquis in eis delectatus fuerit, peccat. Vbi tamen eſt diligenter notandum: quòd ſi quis delectatur de ſola & nuda cogitatione, & non de peccato, vel actu peccati, puta, inuidiæ, odij, homicidij, fornicationis, imò actus horum, vel ſimilium peccatorum, diſplicet, ſed ſola cogitatio placet, quia ſcilicet eſt pulchra adinuentio, non eſt peccatum mortale talis cogitatio cum delectatione, ſed veniale. Veniale quidē, eo ꝙ inutiliter conſumitur tempus, ſicut etiam in alijs cogitationibus, quæ non ſunt de peccatis mortalibus, ſed venialibus, vel etiam de vanis rebus non poſſibilibus, ſcilicet præteritis, vel futuris, quæ in ſe nullum ſunt peccatum: ſuper quas tamen aliquis format cogitationes, & phantaſiatur montes aureos in Arabia. Et illa ſunt communiter venialia peccata, niſi forte quis tales cogitationes reciperet ad repellendum per eas alias periculoſas cogitationes illecebroſas, tunc poſſent eſſe nullum peccatum. Quòd ſi quis præfatas cogitationes de peccatis mortalibus reciperet cum delectatione (vt prædictum eſt) quia placet ſola cogitatio, vt poſſet de ipſis peccatis prædicare, vel diſputare, vel alios docere & informare, iam ma

Ecclesi. 18

Cogitatio vnde dicatur.

teriam peccatorum intelligens per pulchras de eis cogitationes præhabitas, talis meretur. Quod si quis delectetur in cogitationibus nudis peccatorum mortalium cum displicentia delectationis actus peccatorum inutiliter, tamen immineret sibi periculum, vel consentiendi in actum peccati, scilicet inuidiæ, odij, homicidij, vel ruendi in molliciem, sicut contingit in cogitando de actu luxuriæ aliquando habito, vel habēdo, vel de muliere, &c. & sentit se trahi ad lapsum, tunc quia exponit se periculo non repellendo cogitationes illas, peccat mortaliter. Quod si repellat cogitationes, sed tepide, ita quod statim reuertantur, secūdo, & tertio ac pluries ad pulsandum mentem, in dubium vertitur an sit peccatum mortale, nisi aduerteret periculum superius expressum, sibi imminere, quia tunc tenetur viriliter & feruenter repugnare. Secus vero vbi periculum non imminet, aut non perpenditur. In delectationibus vero cogitationum, si cogitetur de actu peccati mortalis, puta fornicationis, vel omnis luxuriæ, vel etiam aliorum omnium peccatorum mortalium, cum intentione perficiendi peccatū, cogitatio illa est mortalis: & dicitur propositum peccandi. Si vero cogitetur de actu peccati mortalis sine intentione perficiendi peccatum, vel actum eius (q̄d idem est) tamen cum intentione oblectandi se in cogitatione actus peccati (quod manifestius clarescit in cogitatione actus luxuriæ) consentiendo scilicet in delectationem quæ est de actu illo, cogitatio etiam illa est peccatum mortale. Et dicitur cogitatio vel delectatio morosa, non à mora temporis physici siue cōtinui, quia potest esse repente, sed à mora quam circa voluptatem ratio facit, dum eam non repellit, sed acceptat, quod esse potest in instanti temporis discreti.

Delectatio morosa. Delectatio nanq; dicit̄ morosa, non ex mora tēporis sed ex eo q̄ ratio deliberans, circa eā immoratur, nec tn̄ eam repellit, tenens & voluens libenter, q̄ statim

vt attigerũt animũ, respui debuerunt, vti Aug. dicit 12. de Trinitate. Quę cogitatio morosa habet locum non solũ in turpibus, sed etiam in homicidio, & omi bus peccatis de se mortalibus. Hei quot fiunt peccata in cogitationibus illorum, qui partibus fauent, optã do aduersæ parti mortẽ subditorũ suorũ. Summa stul titia est sola cogitatione se pcipitare in mortalia pec cata, cũ tñ propter tales cogitationes nihil mutat in rebus. Caueamus fratres dilectissimi hos diaboli la queos: Peruersæ enim cogitationes separant a deo. Augustin. Sapient.1

¶Quomodo iustitia vnicuique ius suum tribuat. Exhortatio IX.

IVstum deduxit dominus per vias rectas, & osten dit illi regnum dei. Sapientiæ 10. Iustus iste dedu ctus per vias rectas dici potest beatus pater Hu go, qui iustus fuit per iustitiam, quæ est virtus ani mi, & perpetua constansque voluntas, ius suum vni cuique tribuens: quod fecit semper ab ineunte pueri tia vsque in finem vitæ. Hunc patrem sicut boni filij imitemur, & tribuamus omnibus ius, diabolo tria: primo inimicitiam, quia ipse implacabilis hostis no ster est. Vnde beatus Petrus ait: Fratres sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus quasi leo rugiens, circũit, quærens quem deuoret. Debemus ta men inimicitiam hanc discrete impendere, vt secun dum Gregorium, diligamus qd factus est, & odio ha beamus mala quæ fecit & facit. Natura diaboli est bo na, sed culpa eius est maledicta. Vnde iuxta sententi am Iudæ Apostoli, archangelus Michael non ausus fuit diabolo nomen inferre blasphemiæ, id est, male dictionis, nec peccatores hoc facere debent, cum scri ptum sit: Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam, Quia in quo ipse DIABOLVM 1. Petri.5 Grego. Iudas. Ecclesi.2

iudicat, in illo scipsum damnat, cum sit ipsemet impius, sicut diabolus. ¶ Secundo tribuamus diabolo resi-
1.Pet.5 stentiam. Dicit enim Beatus Petrus: Cui (scilicet di
Iac. 4. abolo) resistite fortes in fide. Et Iacobus: Resistite di-
Hierony. abolo, & fugiet à vobis. Hieronymus quoque: Debilis est hostis, non potest vincere nisi volentem. Et tamen cum vincimur, culpam diabolo vel carni imponimus, cum sit culpa fatuæ animæ consentientis. Dum quædam puella iret ad quoddam castrum vt seruiret ibidem, obuius diabolus dissuasit ei. Cum ergo post tempus esset impregnata & expulsa, obuius diabolus requisiuit, vnde veniret. Illa ignorans eum in forma viri esse diabolum, dixit. Diabolus suasit mihi vt irem ad illud castrum, vnde descendo iam grauida. Et ille: Falsum est, inquit. Ego enim sum diabolus qui in hoc loco dissuasi tibi. ¶ Tertio tribuamus dia-
Gregori. bolo pugnam continuam, quia (iuxta Gregorium) diabolus continue tentat, vt saltem tędio vincat. Cum autem eum superamus, vires eius debilitamus. Sicque eum debilitemus, vt in extremis eum non formidemus. ¶ Tribuamus etiam mundo tria. Primo dete-
1.Ioha.5 stationem, quia totus in maligno positus est. Qui-
Iac.4. cunque ergo voluerit amicus esse huius mundi, inimicus dei constituetur. Detestandus est igitur cum vanitatibus, honoribus & voluptatibus suis, qa sunt
Leo papa. inimica gaudia, teste S. Leone Papa. ¶ Secundo tribuamus mundo mentis alienationem. Vnde Beatus
Ambrosi. Ambrosius de fuga seculi: Qui saluus esse, inquit, desi
Philip. 3. derat, supra mūdum ascendat, iuxta illud Pauli: Nostra conuersatio in cœlis est, vbi secundum eundem, Christus est in dextera dei sedens. ¶ Tertio tribuamus mundo miseriæ eius considerationem, de qua
Eccls.2 loquitur ECCLESIASTES: Vidi, inquiens, in omnibus vanitatem & afflictionem animi, & nihil
Ibidem permanere sub sole. Et iterum: Cuncti dies eius doloribus & ærūnis pleni sunt. Et si aliquid videtur delecta

bile.hoc modicum est.De quo Gregorius ait:Momētaneum est quod delectat,æternum vero quod cruciat. ¶Tribuamus etiam corpori tria. Primo refectionem in necessitate, Hinc Hieronymus ait: De rapina holocaustū offert,qui corpus immoderate castigat. Ideo dicit Apostolus:Rationabile sit obsequium vestrum fratres. Et Bernardus: Oportet corpus reprimere,nón extinguere. Secundo tribuamus corpori refrenationem in voluptate, vt non viuamus secundū carnis,id est spiritus carnalis,desideria,de q̄ Apostolus: Carnis curam ne feceritis in desiderijs, scilicet superfluis,id est,secundum concupiscentiam carnis. De hac refrenatione scribit sanctus Lucas: vbi monet dominus Iesus amator noster, curam habens salutis nostræ dicens: Attendite vobis ne forte grauentur corda vestra crapula & ebrietate,Propter crapulam enim multi obierunt. Vnde ait Galenus: Plures moriuntur gula quàm gladio. Tertio tribuamus corpori exercitationem in operositate sicut Hieronymus ait,Semper aliquid operis facito, qa scd̄m Bernardum,otium est sentina omnium vitiorum,secundum quod habetur in Ecclesiastico vbi dicitur: Multam malitiam docuit otiositas Ideo monet Augustinus fratres dicens: Fratres, oportet otium expelli,quos tædet orare vel legere, manibus operari non deserant. Idemque:Otiositas,inquit,sine dei timore,est magistra nequitiæ.Et qualis potissimum nequitiæ? illius videlicet,de qua ait Ezechiel· Ecce hęc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis,abundantia & otium,&c. Ex his eñ orta fuit nequitia contra naturam. Mens,inquit Cassiodorus,otiosi hominis nihil cogitare nouit,nisi de ventre scilicet quomodo impleatur, & quomodo euacuetur per varias voluptates. Vnde poeta:

Quęritur,Aegistus quare sit factus adulter?
In promptu causa est, desidiosus erat.

Gregor. Hierony. Roma. 12 Bernard. Rom.13 Luc.21. Ecclesi.37 Galenus. Hierony. Bernard. Ecclesi.33. Augustin. Idem. Ezech. 16 Cassiod.

Eccleſi.33. Idcirco docet Eccleſiaſticus: Cibaria, & virga, & onꝰ aſino, id eſt, corpori. In eo quod dicit cibaria, notat refectionem. In hoc quod dicit virga, ſignificat refrenationem. Sed in hoc quod dicit onus, deſignat excercitationem.

Bernard. ¶ Tribuamus etiam conſcientijs noſtris tria. Primo diſcuſſionẽ, ſicut Bernardus ait: Quotidiana diſcuſſione examina vitam, vide in conſcientia vtrum deficis, vel proficis. Augustin. Qui enim (inquit Beatus Auguſtinꝰ) diſcuſſionem conſciẽtiæ amiſit, in periculum vergit. Ratio huiꝰ eſt qa cõſcientia erit teſtis in iudicio. Vnde Paulus ait: Teſtimonium perhibente illis conſcientia eorum. Rom.2 Non eſt certior nec grauior teſtis, quàm propria conſcientia. Hominum enim teſtimonia ad conſcientiæ teſtimonium curare non debemus, ſicut habetur in Decreto 11. quęſtione tertia, Inter verba non hominum linguas, ſed conſcientias curare debemus. Gregoriꝰ. Concordat Gregorius ſuper Ezechielem: In omni, inquit, quod agitur vel dicitur, ſemper tacite debemus ad mentem recurrere, & interiorem teſtem ſcilicet conſcientiam requirere. Quæ ſi teſtata fuerit bonum, homini interno ineffabile generat gaudiũ. 2.Cor.1. Vnde Apoſtolus gloriatur dicens: Gloria noſtra hęc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Ecce qui ſcrutatus fuerat veritatem in tertio cœlo, adhuc quęrit conſcientiæ teſtimonium in terra.

¶ Secundo tribuamus conſcientiæ noſtræ mundationem, ſcd̃m quod iubet dominus: Iſaiæ.1. Lauamini, mundi eſtote. Ierem.4 Et iterum: Laua à malitia cor tuum, vt ſalua ſias. Nam ſicut clarus oculus requiritur ad gaudioſum viſum: ſic clara & munda conſcientia requiritur ad videndum deum in vita præſenti & futura. De vtroque Auguſt. ſecundum Auguſtinum, intelligitur illud Matthæi: Matth.5 Beati mundo corde, quoniam ipſi deum videbunt. Hanc munditiam habuit S. pater Hugo. Hinc accidit quod in itineribus contemplationi intentus, crebro

aberraret. Sicut eñ parua festuca grauat oculum, & impedit visum corporalem, ita vnum etiam minimum peccatũ (si est actu in conscientia, pręcipue quãdo placet) impedit visum spiritualem & contemplationẽ. Sed quia vita præsens non agitur sine quotidianis defectibus, si quis omnes defectus actualiter de conscientia delere voluerit, ille nimis emungens, turbabit conscientiam: sicut turbatur aqua ad tactum baculi mouentis eam, ita quod videns aquam, vultũ suum vel aliam formam in ea videre non potest. Sic fit etiam ei qui nimis emungit conscientiam suam, quia eo tempore veritatem contemplari non potest. Tempore contemplationis, vel accedendi ad deum, peccatorum memoria tolli debet, nisi in generali & transeunter propter humiliationem. Sufficit enim q̃d in confessione peccata habeantur in memoria, & expurgentur, cum discretione tamen, grauia grauiter, & leuia leuiter, tamen cum vera auersione & detestatione, alias leuia non delentur.

¶Tertio tribuamus conscientijs nostris custodiam, quia conscientia bona erit in curia dei sicut Instrumentum sigillatum, porrectum pro hæreditate cœlesti possidenda. Talia instrumenta consueuerunt diligẽtissime custodiri, ne à tineis, vel vermibus corrodãtur, vel ab aqua siue igne destruantur. Sciendum q̃q quod sicut resina (quę sc̃dm Isidorũ 17. Etymo. fluit de cedro) liniuntur chartę vt non putrescant: sic conscientia bona liniri debet resina crucis, id est, sanguine Christi vt perseueret: & hoc per iugẽ passionis Iesu Christi memoriã. Vnde dicit Apost. Sanguis Christi emundabit conscientiã nostrã ab opibus mortuis. Hebræ.9.

¶Tribuamus etiã proximo q̃ sunt proximi. Proximus ꝟo se habet in triplici differẽtia, vł eñ est supior vel inferior, vel ęq̃lis. Supiori primo tribuamꝰ reuerẽtiã, sicut dicit B. Petr. Regẽ honorificate. Secũdo obediẽtiã. Vñ Paul. Oĩs, ait, aĩa potestatibꝰ sublimioribꝰ 1. Petri. 2 Rom, 13.

1. Timo. 2 subdita sit. Tertio, orationis instantiam. Idem alibi: Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, &cæ. pro regibus, & omnibus qui in sublimitate constitu ti sunt. Tribuamus inferiori primo prouisionem in
2. Thess. 3 necessariis. Vnde idem Apostolus: Operantes suum panem manducent, quia merentur. Secundo piam cō
Seneca. uersationem. Vnde Seneca: Cum inferiori sic viuas, quemadmodum superiorem tecum viuere velis. Hoc tamē intelligitur, ꝙ velit rationabiliter. Tertio, mer
Tob. 4 cedis donationem. Vnde Tobias ait: Quicunq; tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercedem restitue,
Ecclesi. 34 quia dicit Ecclesiasticus: Qui effundit sanguinem, &
Roma. 13 qui fraudē facit mercenario, fratres sunt. Tribuam⁹ æquali primo dilectionem. Vnde Apostolus: Nemi ni quicq̄ debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Secundo
Roma. 12 in prosperitate eius congratulationem. Vnde idem Apostolus: Gaudete cum gaudentibus. Vnde Augu
Augustin. stinus: Vis habere mercedem de alieno bono? gaude & mercedem comparasti. Tertio in necessitate subuē
1. Iohan. 3 tionem. Ideo Iohannes ait: Qui habuerit substantiā huius mundi. & viderit fratrem suum necesse habere & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas dei manet in eo? ¶ Tribuamus vltimo deo quæ dei sunt, primo corpora nostra ad immolandum. Vnde
Roma. 12 Apostolus: Obsecro vos, inquit, vt exhibeatis corpo ra vestra hostiam viuentem, sanctum, deo placentē.

¶ Secundo, intellectum ad contemplandum, sicut
Ierem. 9 Ieremias ait: In hoc glorietur qui gloriatur, scire &
2. Cor. 3 nosse me, quia ego sum dominus. Sic gloriaт Aposto lus dicens: Nos omnes, scilicet fideles, reuelata facie, id est, intellectu, domini gloriam speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate, scilicet naturalis cognitionis & gratiæ, in claritatem scilicet visionis beatæ, tāq̄ à domini spiritu, quia hoc non inest fidelibus propria virtute, sed spiritussancti eos ducentis. ¶ Tertio, affectum ad diligendum: Quoniā

&si æterna beatitudo consistat in perfectione intellectus videntis deum, iuxta illud euangelij: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum deum, &c. tamen in affectu amoris impletur. Contemplatio enim est propter amorem contemplati, secundum Albertū in libro de adhærendo deo. Idcirco dicit Apostolus: Plenitudo legis est dilectio. Et sanctus Augustinus monet viatorem dicens: Dilige, & fac quicquid vis, quia cum dilectione nemo damnatur, & sine dilectione nemo saluatur.

Iohan. 17

Roma. 13

Augustin.

DE SANCTA BARBARA virgine ac martyre Christi Titulus sextus.

¶ De excellentissimo amore dei ad ecclesiam, & laudibus sanctæ Barbaræ. Exhortatio I.

PVlchra es & decora filia Ierusalem, terribilis vt castrorum acies ordinata. Cāticorum 6. Misericors & miserator dominus, misericordiæ ac bonitatis infinitæ, idcirco ecclesiam, sponsam, speciosam, pulchram, decoram, suauem, & similibus blandis nominibus eam amabilem descripsit vt sui nobis amoris erga nos teneritudinem insinuaret, & ad reamandū prouocaret. Hæc tamen vero amatori deo non suffecerunt, sed omnem modum prouocatiui amoris excedendo, nostram naturā in vno homine, quem creando sibi in vna persona vniuit, assumpsit, & totius ecclesiæ, id est, congregationis fidelium caput constituit, vt quasi à capite ad singula membra, gratiæ & dona æternæ salutis ac felicitatis

defluerent. O infelices, qui talem erga se charitatem à creatore exhibitam negligunt, & seipsos, inimica quoque gaudia amãdo, perdunt. Mundus talibus plenus est. Gratiæ vero & dona à capite Christo defluẽtia dispariliter à membris eius participantur, quia q̃ nobiliora eo nobilius ea recipiunt secũdum eorundẽ capacitatem. Hinc est quod beatissimã matrem & patronã nostrã, sanctã Barbarã Christi Iesu domini nostri sponsam, excellentissime eiusdem gratias & dona participantem, nominibus amorem sponsi ad eã denotantibus, præsentis sermonis themate honoramus, & quotidie in vesperis cõsona voce glorificam. Vt ergo in veritate manere inueniamur, restat ostendere ꝙ ipsa sit tali laude digna. Historia narrat eam corpore fuisse pulcherrimã, q̃ pulchritudo cõsistit in debita mẽbrorꝝ proportione & colore. in oculorꝝ nitido splendore, in labiorum rubore, & aliorum faciei venusto decore, cæterorumque membrorum corporis decenti dispositione. Apposita vero ornamenta monilium ac vestimentorum augent splendorem. Qualiter autem per hæc sponsæ pulchritudo describi-

Cant.6. tur, patet in canticis canticorum: Per quæ tamen omnia nil aliud quàm spiritualis pulchritudo requiritur. Corporalis enim pulchritudo sine adiuncta spi-

Prou.31. rituali, vana est. Vnde dicitur in Prouerbijs: Fallax gratia, & vana est pulchritudo. Vana, quia nihil importat homini gratię spiritualis aut meriti aut glorię ad quam tamen homo creatus & redemptus est. Fal-

Ecclesi.9 lax, quia propter speciem mulieris multi perierunt. Et ideo pereuntibus propter speciem mulieris dixit

Daniel.13. DANIEL: Species decepit te. Et malum deceptionis adiunxit dicens: Et concupiscentia subuertit cor tuum. Etiam hoc ipsum innuit Ecclesiasticus

Ecclesi.6 dicens: Ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. Quàm nociua vero sit illa concupiscentia, dicit in

Euangelio dominus Iesus: Qui viderit mulierem ad cõcupiscendũ eam, iã mœchatus est eam in corde suo. Matth. 5.
Quapropter mulierum vultus deuitare debemus, cũ etiam virorum facies considerare, sanctus pater noster Hugo Grationopolitanus dissuadeat, hauddubiũ quin ex aliorum periculis edoctus, quantum noceant carnales in memoria etiam virorum imagines. Picturæ etiam incautos & molles sçuire faciunt: Nonne vnus (ex cuius ore narrantis didici) imaginem mulieris lapideam, propter speciem & pulchritudinem apprehendit, & osculabatur? Nonne pictor ad hinnitũ equum prouocauit, ex specie equæ quam in pariete depinxerat? Denudemus & purgemns nos ab huiusmodi speciebus fratres, & portemus imaginem Christi in insigniis triumphalibus suis, & maxime imaginem D E I vnius. Pulchritudo tamen naturalis non est vituperanda, sed laudanda, quando non est in absu. Vnde sanctus B E R N A R D V S in tractatu de vitæ ordine, dicit se eam diligere propter verecundiam, quæ in illa magis solet refulgere. Vnde etiam decor corporis gratiæ annumeratur ab eodem, sed non debet esse affectatus, sed naturalis, simplex, neglectus magis quàm excultus. Pulchritudo ergo, diuitiæ, honores & cætera huiusmodi dei dona magis habentem commendant, eo quòd illa contemnit, quàm quia habet. Vnde H I E R O N Y M V S in vita sanctæ Paulæ ait: Intelligimus non laudandum esse possidere diuitias, sed pro C H R I S T O eas contemnere, non tumere ad honores, sed pro fide dei eos paruipendere. Sic beatissimam patronam nostram laudamus quotidie de pulchritudine atque decore, non qa ea habet, cũ iam cũ carne abierint: sed q̃d ea dũ habebat cũ cæteris fortunę bonis, honoribus, põpis, diuitiis, carnis voluptatibus oĩbus calcauit, cõtemp-

Bernard.

Hierony.

sit,propter fidem & amorem domini Iesu Christi, sponsi sui. Verum non est hæc sola pulchritudo, quā in beata nostra matre atq; patrona Barbara laudam⁹ sed alia multo præstantior (quæ est imago dei) quæ non respicit sexum, conditionem , statum
Genesi. 1 vel ætatem . Ad imaginem quippe dei homo cre atus est . Hanc pulchritudinem sol & luna miram tur nec vlla creatura valet eam attingere,præter an= gelicam. Cuius decor atq; ornatus si excellenter per fectus fuerit, habentem etiam angelis admirabilē red
Cantic. 3 dit. Vnde in Canticis dicunt: Quæ est ista, scilicet ec= clesia ex hominibus collecta, vel aliqua anima huma na gratia nobilitata, quæ ascēdit, videlicet super eos, per desertum delitijs affluens, innixa super dilectum suum? Non enim homines solum erunt , sicut angeli in cœlis, id est, eis similes (& hoc secundum spiritum & animam rationalem, vel intellectualem) sed etiam secundum merita, & gratiam dei, secundū quæ ęqua les possunt esse angelis, imó quibusdā feliciores. Im= plebuntur enim ruinæ angelorum ex hominibus in diuersis choris eorundem. Natura vero humana in Christo ac superbenedicta matre eius , super omnes spiritus angelicos exaltata est: quod tamen sonat mi rabile, cum humana natura sit valde humilis naturæ comparata angelicæ, cui tamen nulla fit iniuria, nec inuida ex hoc angelicis spiritibus generatur tristitia: imó potius profectui cooperātur humano, vt homo exaltetur. Gratia enim diuina, quæ angelicam natu= ram æterna felicitate dignam fecit, nobilior est ipsa natura angelica, quæ gratia humanam etiam naturā nobilitare potest, & digniorem reddere æterna beati tudine ipsis spiritibus angelicis, quod valde in diuinā laudem resultat, quam angeli omnes ardenter quæ= runt & diligunt. Pulchritudo hæc, & dei imago con sistit in memoria intellectuali, & in intellectu agente & libera voluntate, secundum quæ est homo capax

diuinitatis cognoscendo & amando, neq; quiescere potest, nisi adepto bono simpliciter infinito, quod est superbenedictus deus solus. Decoratur vero hæc pulchritudo naturalis per lumē supernaturale in cognitione, & per bonum supernaturale in dilectione & fruitione. Hoc est ergo quod cantamus nostræ patronæ: Pulchra es & decora filia Ierusalē, scilicet cœlestis, vbi cum omnibus beatis ipsa est amica spiritus sancti, sponsa filij, filia dei patris. Ad hanc generositatem peruenit dei patris faciendo voluntatem, secundum quod dominus Iesus docuit dicens: Quicunque fecerit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater, soror & mater est. Voluntatem dei patris fecit, quando inspirata à spiritu sancto, vt notitiam sibi veri dei acquireret, pleno affectu ipsam inspirationem recepit, & tota industria prosequuta est. Exinde donum baptismi assequuta, gratiam gratum facientem accepit, per quam particeps facta est consortij diuinę naturę. A qua statim processerunt fides illuminatissima, spes diuini auxilij certissima, charitas ardentissima omniumque virtutum intellectualium atque moralium concatenatarum dona preciosissima. Ex his sequutum est, quod puero Iesu cruentato & passo compassa est corde misericordissimo, quod que in lege domini meditabatur mente attentissima, quod etiam pauperibus subueniebat animo pijssimo & in virtuosis actibus se exercebat affectu deuotissi. Ecce quàm pulchra & decora nostra patrona primo fuit in terra, vt mereretur pulchra & decora fieri in cœlis. Discamus hanc artem fratres. Vere vere qui non fuerit spiritualiter pulcher & decorus in terris, non erit pulcher neque decorus in cœlis, sed turpis atque deformis sociabitur turpibus. In hoc breuissimo indulto ad decorandum nos tempore exclusis omnium scientiarum speciebus intelligibilibus, ornemus intellectum nostrum speciebus co-

Cant.6

Matt.12.

gnitionis de deo, de Christo, de mysterijs ecclesiæ de his quæ spectant ad æternam nostram salutem, de his quæ præfatis cooperantur. Quæ enim sine his sunt, omnia vana sunt, etiam si quis omnium librorum totius mundi cõtenta in suo capite indelebiliter collocasset. Similiter repellamus omnium creaturarum immundos amores cum imaginibus suis, & soli us summi amabilis dei scilicet, & secum venientium
Ecclesi.24 amore impleamur, vt dicere singuli valeamus: Ego coaceruator pulchræ dilectionis, scilicet diuinæ, & timoris, scilicet reuerentialis, & agnitionis, scilicet fidei, & sanctæ spei. In me gratia omnis viæ & veritatis, scilicet rationis, secundum quam viuitur in hac vita, in me omnis spes vitæ, scilicet futuræ, & virtutis, quia tunc regnabit in virtute cum deo, & sanctis eius in perpetuum talium coaceruator. Sed quid significat, quod patrona nostra, pulchra & decora filia dei patris, cantatur esse terribilis? Vere terribilis fuit malis & perfidis hominibus, patri suo, atque dæmonibus: & hoc per virtutem fortitudinis, quæ perseuerantiam in bono præbet in mortis periculis. Ad nihilum deductæ sunt omnes machinationes eorum Vicit Barbara virgo iuuencula & tenera omnia ingenia, excogitata consilia, inquisita tormenta, & ea cum ipsis inuentoribus in profundum inferni deiecit. Obstupuerunt dæmones audaciam eius, fugiunt præsentiam eius, torquẽtur ad porrectas deo preces eius, deficiunt languentes cum aduertunt efficaciam eius, horrent & strident quando morte imminente desperatorum animæ eis auferuntur per merita eius. Nunquid non in ciuitate L E Y D E N S I, quidam in bello accepto lethali vulnere, desecta gula mori non potuit (precibus diuinæ sponsæ Christi B A R B A R AE adiutus) donec sacramentali confessione præmissa, corpus Christi sanctissimũ re-

ciperet? Viderunt qui aderant cum admiratione species sacramentales recto tramite per guttur ad interiora hominis descendere. Ecce quàm terribilis facta est dæmonibus. Blasphemantes etiam eam, vltio diuina impunitos esse non sinit, vt clara miracula docuerunt. Malis igitur est terribilis, sed blanda iustis, & eam pie inuocantibus. Sed quomodo vicit? Vicit crudelem patrem eam gladio impetentem, flagellantem, crinibus trahentem. Vicit furentem iudicem post flagella, ciliciis, sale & testulis vulnera recentia restaurantem. Vicit vngulas, lampades, laminas igne candẽtes, malleos ferreos. Vicit extractionem mamillarum virginalium. Vicit pudorem, nuda circumducta coram populo. Vicit etiam perforantes gladios acutissimos. Vicit tandem à proprio genitore illatam mortem crudelissimam. O quid ad hæc dicemus nos barbati, & debiles cani, religiosi etiam ordinis CARTHVSIENSIS, in schola Christi virtutibus (vt dicimur) studentes qui puellam tenerrimam quindecim annorum per immania tormenta ad cœlestia regna ire videmus? qui vix charitatiuum correptionis verbum sustinemus. Heu, heu, quàm profunde adhuc à vera virtutum perfectione iacemus fratres mei?

¶Sequitur in cantici laude: vt castrorum acies ordinata. Ordinatio debita, est fortitudo aciei, & castrorum victoria. Fuit igitur sanctissima nostra patrona optime ordinata, iuxta illud Canticorum: Ordinauit in me charitatem. Dilexit enim deum ex toto affectu, conformata eidem in voluntate, & ex toto intellectu scrutando amabilitatem & modos amandi eũ, & ex omnibus sensibus eis vtendo ad amorem eius, ex omnibus quoq; viribus in exteriores actus conformes suæ dilectioni erumpentibus. Hæc superius dicta manifestissime docent. Et quia ordi-

Cantic.2

nata charitas incipit à semetipsa, desiderabat deo pla
cere, ipsum oculo intellectuali videre, ipsi charitate
perpetua inhærere, in illo solo propter seipsum, frui
bili quiescere & delectari, & eum cum omnibus san-
ctis æternaliter collaudare. Et quia ordinata chari-
tas non relinquit proximum, recordata est etiã oim
proximorum, vt salui fierent: & spiritusancto inspi
rante, petijt, vt per nouum saluandi modum, etiam il
li misericordiam consequerentur æternæ salutis, qui
eam in honore propter deum haberent. Et exaudita
est propter sui reuerentiam. Ecce quanta pietas orã
tis, & quanta largitas, benignitas atq; suauitas domi
ni dei exaudientis. Non enim ex superbia, vel temera
ria præsumptione talis oratio processit, sed ex mise-
ricordia dei miserentis eamq; ad hoc mouentis, ad
miserorum ac pereuntium reuocationem & salutem.

¶Quomodo anima Christo desponsa tur, & de eunuchis euangelicis.

Exhortatio II.

HAec est quæ nesciuit thorum in delicto
habebit fructum in respectione animas-
rum sanctarum. Sapientiæ tertio. Hæc
verba in libro Sapientiæ scripta sunt
de muliere in generali, quæ maluit steri
lis & infœcunda permanere, quàm filis-
os malos procreare, quæ tamen, & si secundum car-
nem proles non peperit, sine generatione tamen, &
sine filijs, secundum spiritum, non manebit. Im-
Psalm.50 munis enĩ à peccatis carnalis thori (qui nunq̃ sine de
licto est, iuxta illud: In peccatis concepit me mater
mea) habet fructum in respectiõe animarum sancta
rum, Quę generatio qualis sit, ostenditur, cũ ibidem

dicitur: O quàm pulchra est casta generatio cum claritate? Spiritualis generatio est casta, quia anima desponsata deo in fide, iustitia, iudicio, misericordia & miserationibus, vt in Osee habetur, fœcũdatur à spiritu sancto, & parit sine gemitu secundum Ambrosium. Idcirco immunis à vitijs est casta cum claritate, id est, cognitione diuinorum, & omnium quæ necessaria sunt ad salutem, ideo merito dicitur pulchra. Speciositas videtur exprimere perfectionem rei in sua specie, quæ res in comparatione ad alias res eiusdem speciei pręcellere cernitur, pulchritudo vero spectare videtur ad ornatum rei. Vnde dicit in Psalmo: Specie tua & pulchritudine tua intẽde prospere, procede, & regna. Speciositas enim optime sedet in principe, iuxta illud: Species Priami digna est imperio. Idcirco regi regum & domino dominãtium, regi & domino nostro Iesu Christo dicitur: Specie tua & pulchritudine tua, intende prospere, procede & regna. Ipse enim est speciosus & pulcher in corpore & anima, in gratia & virtutibus præ filijs hominum. Eadẽ decent etiam sponsam Christi. Est vero sponsa Christi speciosa propter spiritum in spirituali statu & coniugio, qui status incomparabiliter pręcellit carnem, & carnalem statum, atq; coniugium. Pulchra vero est, quia ornata per gratiam & virtutes, & virtutum opera. Habet ergo sponsa Christi, quæ à carnali maculato thoro abstinet, generationem castam & pulchram. Habet etiam fructum. Est vero duplex fructus. Vnus internus, alter externus. Internus est quem accipit à deo pro mercede, de quo dicitur. Dabit eñ illi fidei donum electum scilicet, inter sanctos & sors in templo dei acceptissima, id est, in cœlo. Bonorum enim laborum gloriosus est fructus, & q̃ nõ concidat radix sapientię. Vere enim gloriosus est fructus, quia sapientia est radix huius fructus, id est, vitæ æternæ, quæ sapientia non aufert, sed confert vi-

Sapient. 1
Oseæ. 2.
Ambrosi.
Psalm. 44
Sapient. 3

tam & perpetuæ salutis affert fructum & gaudium
Isaiæ 56 æternum. De hoc fructu dicit Isaias: Non dicat eunu
chus: Ecce ego lignum aridum, quia hæc dicit do-
minus eunuchis, qui custodierint sabbata mea, & ele
gerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum, do
bo eis in domo mea, & in muris meis locum & nomē
melius à filijs & filiabus. Nomen sempiternum dabo
eis quod non peribit. Quod proprie refertur ad illos
qui se castrauerunt propter regnum cœlorum per ca-
stitatis obseruantiam, quæ melior est, & magis meri-
Matth. 19 toria, quàm fœcunditas prolis, secundum ꝙ ait Sal-
uator: Sunt eunuchi qui se castrauerunt propter re-
gnum cœlorum. Qui potest capere, capiat, id est, tan
tum bonum propter sui altitudinem non præcipitur
sed consulitur. Fratres dilectissimi nos sumus omnes
eunuchi euangelici, hunc fructum expectantes, & no
men melius habentes, quàm si filios & filias procu-
rassemus, quia castitas vidualis, & maxime virgina-
lis potior est in merito, & futura gloria, quàm coniu
galis, quæ (coniugalis) interdum producit filios im-
Ecclesi. 16 pios. Dicitur enim in Ecclesiastico: Vtile est mori si-
Sapient. 3 ne filijs, quàm relinquere filios impios. Alter fructus
sponsæ est externus, de quo dicitur in libro Sapien-
tiæ: Habebit fructum in respectione animarum san-
ctarum, quia videlicet sponsa Christi merito, exem-
plo, instructione, gubernatione & protectione, alijs-
que similibus, animas saluas facit, quæ respiciunt e-
am & attendunt sicut matrem. Sic ipsa sterilis in
carne, fœcundissima efficitur in spiritu. Et quia
sanctissima patrona nostra Barbara talis inuenta est
quia concepit nos in domo sua hac, spiritu sancto a-
gente, quando huc venimus, & peperit sine dolore,
quando profitebamur, nutrit nos pane & vino, ve-
stit laneis, instruit vitæ sanctimonia & martyrij for
titudine, & protegit atque gubernat merito & orati-
one apud deum, recte eam vt matrē respicimus, & ma

ternum eius affectum ad nos filios suos, & fructum attente prouocamus, concinnentes: Hæc est quæ nesciuit thorum in delicto, habebit fructũ in respecti one animarum sanctarum. Ora ergo pro nobis sancta BARBARA, vt digni efficiamur pro missionibus Christi. Hæ promissiones sunt hæredi tates parentum nostrorum Iesu & Barbaræ. Nos subinde dicimur animæ sanctæ, quia sanguine Chri sti tinctæ, eo quod lauerit nos in sanguine suo: Vel quia sacro vsui mancipati, sicut vasa templi diceban tur sancta: Vel per gratiam gratum facientem sancti ficati, sicut pium est mihi hoc de vobis sentire fratres & filij dilectissimi. Respiciamus ad beatam Barbarã matrem nostram, vt apud sponsum suum dominum Iesum nobis impetret paternum respectum miseri cordiæ & gratiæ, vt hæredes vtriusque esse merea mur. Nulla erit difficultas apud vtrunque parentem qui nos suos filios vehementer diligunt, si tamen v trumque imitari voluerimus. Quod si ex animo imi tari noluerimus, exhæreditari disponimus. Simus ergo fratres dilectissimi nos eunuchi memores ver borum supra de eunuchis positorum, scilicet: Hæc dicit dominus eunuchis, qui custodiunt sabbata mea & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meũ, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & no men melius à filijs & filiabus, nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit. Omnem custodientem sabbatum ne polluat illud, & tenentem fœdus meum, adducam eos in montem sanctum meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ. Simus er go soliciti circa obseruationem sabbati, Per sab batum enim quod erat ordinatum specialiter diui no cultui, intelligitur omne id quod pertinet ad diui num cultũ in noua lege. Dicit etiam in Isaia alio loco Si auerteris à sabbato pedẽ tuũ. Vbi p obseruatiõem

Apocal. 1

Isai. 58

Isaiæ 58

sabbati intelliguntur oia quæ pertinēt ad debitū dei
Exo.20 cultū, sicut & in præcepto decalogi dicitur: Memento vt diem sabbati sanctifices. Ad cuius obseruationē requiritur primo cessatio ab operibus peccatorū, quæ sunt maxime seruilia, quia vt Iohannes ait: qui
Iohan.8. facit peccatum, seruus est peccati. Ideo dicitur: Si auerteris à sabbato pedem tuum, scilicet vt non procedas ad male agendum vel facere voluntatem tuā in die sancto meo, sequendo appetitum tuum irrationabilem.

¶ Secundo ad obseruationem sabbati requiritur occupatio & meditatio circa diuina: ideo subditur: Et vocaueris sabbatum delicatum & sanctum domini gloriosum, & glorificaueris eum, sc3 dominum in cultu diuino, solum dei gloriam quærendo, & sabbatizare cōputaueris tuas delitias, sicut dicitur in Collecta ad primas: In tuis laudibus delectemur: dum non facis vias tuas, sequendo tuas concupiscentias: & non inuenitur voluntas tua vt loquaris sermonem, sc3 malum contra deum aut proximum, sed magis sis attentus ad deum laudandum: tūc delectaberis super domino sentiens (sc3 intra te) consolationes diuinas, & sustollam te super altitudines terræ, per contemptum terrestrium, & appetitum cœlestium & æternorum: & cibabo te hæreditate Iacob patris tui, sc3 in beatitudine cœlesti. Bona enim terrena cum sint multo minora bona operibus virtuosis, vel virtutum, non possunt esse principale præmium promissum patriarchis pro operibus virtutis. Hæc ex I S A I A de custodia sabbatorum, & mercede promissa à deo. Igitur charissimi fratres simus in diuino cultu synceri & strenui, hoc est, sine peccato, quantum fragilitas humana permittit, quia venialia omnia euitare non possumus, & strenui, id est, reuerentiales ad deum, & hilares, contra acediam, quę est tristitia in diuinis & cultu dei, vt obtinere valeamus hæreditatem patris

nostri I E S V in cœlis, vbi vt ait Isaias, erit sabbatum ex sabbato, id est, quies in deo sempiterna, quod iam agere gestimus, dum ex vna laudatione diuina hilariter procedimus ad aliam. Etiam nos eunuchi eligere debemus quæ vult deus, hoc est, voluntas nostra conformis esse debet diuinæ volũtati in omnibus. Et notanter dicitur: & elegerint quæ ego volui. Frequenter enim fit, quód aliquid volumus, quod tamen non eligimus. Cum enim bonum sit obiectum voluntatis, semper eligit quod melius est, quando est libera, & illud est vere diligere. Sed voluntas sæpe non est libera propter sensualitatem & concupiscentias, multaq; alia, & tũc vult malum sub specie boni, & dicitur eligere, sed improprie, ideoque insinuat dominus, quód eunuchi debeant diligere & libere eligere, sicut rem charissimam & optimam, id quod D E V S vult. Debemus etiam nos eunuchi tenere fœdus, sicut dicit dominus: Et tenuerunt fœdus meũ. Istud est fœdus quod promisimus & professi sumus, quando eunuchi propter regnum dei facti sumus. Igitur charissimi fratres, vltra obseruantiam mandatorum dei, impleamus fœdus initum cum deo, & hæredes erimus patris nostri I E S V. Nihilominus imitari debemus matrem nostram sanctam B A R B A R A M pro hæreditate materna obtinenda: & hoc in duobus, iuxta laudem quam cantando ei ascribimus. Hæc est quæ nesciuit thorum in delicto & hoc quoad primum. Habebit fructum in respectione animarum sanctarum, quoad secundum. Vt ergo imitando primum impleamus, debemus habere thorum immaculatum, qui habetur per castitatem. Est autem castitas virtus animi, per quam concupiscentia castigatur, quæ concupiscentia ad modum pueri est refrenanda (vt patet per P H I L O S O P H V M in tertio Ethicorum) eo quód appetitus delectabilis est nobis connaturalis, & præcipue dele- Castitas quid.

ctabilium secundum tactum, quæ ordinantur ad conseruationem naturæ. Et inde est, quod si nutriatur horum delectabilium concupiscentia, per hoc quod ei consentiatur, maxime augetur, sicut puer qui suæ voluntati relinquitur. Et ideo concupiscentia horum delectabilium maxime indiget castigari. Est autem alia ratio vtendi cibis & potibus, & alia venereis & ideo oportet esse diuersas virtutes. Cōcupiscētia ciborum castigatur per abstinentiam, venereorum per castitatem, quæ ita dicitur antonomatice, quia delectationes venereæ sunt vehementiores, & magis opprimentes rationem quàm delectationes ciborum: & propter hoc magis indigent castigatione.

Castitas triplex.

¶ Est autem triplex castitas: Prima coniugalis, quæ habet laudem, quod abstinet ab illicitis venereis voluptatibus in limitibus legitimi matrimonij. Secunda est vidualis, quæ habet laudem quod abstinet ab expertis, & ab omnibus venereis voluptatibus, vt liberius vacet deo. Et hæc est laudabilior quàm prima. Ambæ tamen non habent aliquam excellentiam supra communem castitatem, idcirco non sunt speciales virtutes. Tertia est virginalis, quæ habet laudem quòd abstinet ab omni venerea voluptate, à qua omnimodam habet immunitatem. Hoc autem quod est conseruare se immunem ab experimento venereæ delectationis, habet quãdam excellentiã laudis supra hoc q̄d est conseruare se immunem ab inordinatione venereæ voluptatis: & ideo virginitas est quædam specialis virtus, habens se ad castitatem sicut magnificentia quæ est circa magnos sumptus, ad liberalitatem, quæ communiter se habet circa omnem pecuniarum vsum. Nec hæc carnis & mentis continentia sufficit ad meritum, nisi fuerit deo dicata. Vnde AVGVSTINVS

August.

in libro de virginitate dicit: Nec nos in virginibus prędicamus quod virgines sunt, sed quod deo dicata pia continentia, virgines sunt. Et ibidem per virginitatem integritas carnis ipsi creatori animæ & carnis vouetur, consecratur, seruatur. Ergo virginitas secundum quod est virtus, importat propositum voto firmatum integritatis perpetuo seruandæ. De tali virginitate dicit AVGVSTINVS: Virginalis integritas, & per piam continentiam ab omni concubitu immunitas, angelica portio est. Quæ etiam comitem habet fortitudinem, qua potius quælibet mala tolerare, quàm malo consentire decreuit, vt idem dicit primo de Ciuitate dei. Talis virginitas fuit in sanctissima matre nostra Barbara, quam imitemur perpetua castitate, vel viduali, vel virginali, prout vnusquisque nostrum accepit munus à deo. Coniugalis longe sit à nobis. Augustin.

¶Secundum in quo eam imitari debemus est, vt sic viuamus, quatenus sanctæ animæ respectum ad nos habeant pro exemplo bonæ vitæ, pro instructione, pro consolatione, & alijs multis, vt eis quasi matres dici mereamur, etiam in purgatorio existentibus, Vt de singulis animabus nostris veraciter dici possit Hæc est quæ nesciuit thorum in delicto, habebit fructum in respectione animarum sanctarum, Amen.

DE OMNIBVS SANCTIS DEI.

Titulus septimus.

¶Quomodo hic purificari debemus cũ

ſanctis,vt illis iungamur in cœlis.

¶ Exhortatio I.

BEATI mundo corde,quoniam ipſi deū
videbunt.Matth. 5. Quoniam deus bo
nus ad imaginem ſuam nos condidit,
& capaces diuinitatis atq; æternæ be-
atitudinis creauit, necnon maxima &
precioſa; nobis promiſſa donauit , vt
per hæc effici valeamus conſortes diuinæ naturæ,
1.Petri. 1 iuxta Canonicam ſancti Petri Apoſtoli: neceſſarium
eſt ad tā arduū beatificū bonū nos aptari. Actus em̄
Philoſop. actiuorum ſunt in patiente prædiſpoſito, ſecundum
Philoſophum.Ipſa vero beatitudo & conſortium di
uinæ naturæ in hoc conſiſtit, q deus nobis conium-
gitur.Ipſe enim eſt perfectio & bonum intellectua-
lis creaturæ,ad quod om̄ia referre debemus,& quo
adepto,nihil quo beati ſimus vlterius requiremus,
Auguſtin. ſecundum ſententiam beati Auguſtini . Deus autem
iungit̄ nobis,vel ſub ratiōe veri,hoc eſt,inquātū eſt
veritas,& ſummum cognoſcibile,& ſic perficit intel
lectum. Vel ſub ratione boni,hoc eſt , inquantum eſt
bonitas & excellentiſſimum amabile & fruibile,&ſic
ſatiat deſiderium & affectum,id eſt,amorem noſtrū,
quæ ſunt in voluntate. Et vtroq; modo iungitur no
bis inamiſſibiliter,& æternaliter: & ſic quietat volū
tatem & affectum,& purificat intellectum agentem
& memoriam intellectualem,hoc eſt, intellectū poſ
ſibilem.Inde eſt,q ponuntur tres dotes animæ,ſcili
cet,viſio,quoad intellectum , quoad affectum vero
fruitio & tentio. Secundum enim has vires animæ
facti ſumus ad imaginem dei, q peruenient ad ſtatū
omnium bonorum aggregatione perfectum, quod
Boetius. eſt æterna beatitudo ſecundum Boetium. Nunc aūt

sunt in statu imperfecto & immundo. Intellectus enim est circa diuinorum & aliorum necessariorum cognitionem ignorantiæ & errorum tenebris obuolutus. Voluntas est inclinationibus & amoribus immundis plenus. Et quia bono infinito (quod solum nostrum desideriũ satiare potest) priuati sumus, nec quærendo inuenimus, idcirco inquietum est cor nostrum, & cupiẽtes saturari, varias corporum formas imagines & phantasias quas in promptu inuenimus & facile fingimus, amplectimur, & non inuenientes in eis requiem, nec saturitatem, sine fine easdem refricantes, & nouas adijcientes multiplicamus. Oportet enim intelligentem & amantem phantasmata speculari, sed sine ordine, & debito fine suscepta nimis nos inquietant & polluũt, & à vera beatitudine impediunt. Inuitat ergo nos dominus Iesus, magister verax ad cordis munditiam, quo deum videntes, amantes, & tenentes, beati esse possimus. Mundemus ergo fratres charissimi cor nostrum, primo intellectum per fidem, secundum quod scriptum est: Fide purificans corda eorum. Licet enim scientia & lectio scripturarum opportune assumpta iuuent, non tamen perficiunt intellectum in cognitionem diuinorum, & necessariorum ad salutem, & plerumq; studio ingeniose innitentes, in errores & curiositatem, ac vanitatem dilabuntur. Quapropter Apostolus ait: Scientia inflat. Venerabilis etiã Albertus in libro de adhęrendo deo ponit inter cætera tentamẽta, quod nititur diabolus mentem hominis alienare à domino deo per studia subtiliorum librorum. Sobrie ergo fratres charissimi bibamus ebrietatem spiritus, ac pocula scripturarũ, & aliarum scientiarum humiliter, semper innitentes sacræ fidei, & firmæ petræ Christo. alieno sensui & intellectui cedentes, alias inquinabimur. Quæ inquinatio, vel immunditia intantum abominabilis est, vt interdum dominus ad eius fœditatem ostendendam,

Actu. 15

1. Cor. 8

Albertus.

hęreticos in naribus hominũ sensibiliter fœtere permiserit. Quantę aũt necessitatis & efficacię sit fides ad obtinendã æternã beatitudinem, Apostolus Paulus
Hebræ.11. ad hebræos, etiam per multa exempla patrum antiquorum, manifestat, dicendo inter multa: quod sine fide impossibile est placere deo. Per eam vero sancti vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt promissiones non præsentis vitæ, (quas dicit eos non cõsequutos) sed æternæ felicitatis. Hanc Beatus Iohã
1, Iohan.5 nes ponit victoriam nostram, dicens: Hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra. Vincit mundum, id est, tentationes diaboli mundi & persequutiones. Hæc tamen omnia intelligenda sunt de fide,
1, Cor.13 formata charitate. Sine charitate impossibile est aliquam virtutem operari vel salutem: Fides enim si
Iacob.5 ne charitate mortua est, ergo non operatur. Dæmon credit, sed non obtinet salutem. Iustus autem
Rom.1 ex fide viuit, quia fides eius est charitate viuificata. Est enim fides habitus mentis à deo infusus, quo inchoatur vita æterna in nobis, faciens intellectum assentire non apparentibus. Vita autem æterna, non potest esse sine charitate. Quapropter vt cor nostrũ sit mundum, nõ sufficit intellectum purgari, sed summe necessarium est volũtatem nostram ab omni peruersitate & immundis amoribus omnium vitiorum & creaturarum emundari per veram pœnitentiam. Ex qua purgatione sequitur munditia actuũ nostrorum. Ipsa siquidem mouet omnes potentias ad actũ etiam intellectum ad assentiendum fidei. Ergo omnis & tota mũditia nostra per eam est. Secundũ eam dicimur mũdicordes simpliciter, scdm alias potẽtias, scdm quid. Fides munditiã inchoat, charitas perficit. Impuritas nãq; vniuscuiusq; cõsistit in hoc, q rebus vilioribus immiscetur. Nõ enĩ dicitur argentum esse impurũ ex permixtione auri, p quã melius redditur sed ex pmixtione plũbi vel stãni. Manifestũ aũt est q

rationalis cretura dignior est oībus tēporalibus & cor poralib9 creaturis, & ideo impura reddit ex hoc q tē poralibus se subijcit p amorē. A qua qdem impurita te purificat p contrariū motū, dum sc3 tendit in id q̃d est supra se, sc3 in deū, in q̄ qdem motu primū princi piū est fides: Accedentē em̄ ad deū oportet credere. Et ideo scdm principiū purificationis cordis, est fides qua purificat impuritas erroris, q̄ si pficiatur p chari tatē formatā, pfectā purificationē causat. Purificatis deinceps intellectu & affectu restat vt memoria puri ficetur à phātasmatibus inordinatis: & hoc maxime tēpore quo nos ad deū cōuertere cupimus. Ista purifi catio spectat ad p̄sentē vitā dūtaxat. In futura em̄ vi ta beatos phantasmata nō obruēt: in p̄senti vo vnus quisq3 experit q̄tum nocēt, turbēt & maculent phan tasmata, q̄ etiā inuitus tolerare cogitur, sc3 de delecta tionibus peccatoꝝ, vel de inutilibus & vanissimis re bus, sine ordine & fine. Quæ tñ eliminare p posse de bem9, q̃d fiet p hoc q̃d non nimis creatis rebus inhære mus, sed quasi supficialiter eas tractamus. Imaginem vero passionis Christi, & ænigmata quibus in hac vi ta deus videt, nobis imprimamus, & ipsum deū feruē ter diligamus. Sic em̄ clauus clauo retūdetur. Qui em̄ aliquē feruēter diligit, nō potest cogitare aliud ni si quē diligit. Vbi em̄ fuerit thesaur9 tuus ibi erit (ait dn̄s) & cor tuū. Vbi em̄ amor, ibi & oculus. Mūdem9 igitur charissimi fratres cor nostrū cū omnibus san ctis, vt cum ipsis deū videre mereamur, nedum in fu tura vita, sed etiā in p̄senti. Hæc em̄ beatitudo, sc3 vi dere deū, sicut & cæteræ beatitudines, etiā in hac vita (licet impfecte, & p quandā poti9 inchoationē) habe tur, vt ait Augustinus. Nam regnū cœloꝝ potest in telligi perfectæ sapientiæ initium, scdm q̃d incipit in eis spiritus regnare. Possessio etiam terræ significat affectum bonum animæ quiescentis per desiderium in stabilitate hæreditatis perpetuæ per terrā signatæ

Matt. 25

August.

Consolantur autem in hac vita per spiritumsanctū, qui paracletus, id est, consolator dicitur, participando. Saturantur etiam in hac vita illo cibo, de quo dominus dicit: Meus cibus est, vt faciam voluntatē pa-
Iohann.4 tris mei. In hac etiam vita consequuntur homines misericordiam dei. In hac etiam vita purgato oculo per donum intellectus, deus quodāmodo videri potest. Similiter etiam in hac vita qui motus suos pacificant, ad similitudinem dei accedentes, filij dei nominantur. Dicuntur enim istæ beatitudines, quia spem dant futuræ beatitudinis, propter merita, & propter inchoationem imperfectam beatitudinis. Aliter eñ habetur spes fructificatiōis arboris, cum virescit frōdibus, & aliter cum iam primordia fructuum incipiunt apparere. Sic quædam in beatitudinibus tanguntur tanquam merita futuræ beatitudinis, vt beati mundo corde. Quædam tanquam inchoatio futuræ beatitudinis, videlicet, quoniam ipsi deum videbunt scilicet in ænigmate, quæ cū perfecta fuerit, erit ipsa vera beatitudo.

¶De falsis item & veris beatitudinibus ac de glorificatione corporum beatorum. Exhortatio II.

APeriens os suum, docebat eos. Matth.5 Apertio oris profunditatem significat hic sacramenti. Quasi abyssum, quasi thesaurum aperuit, quasi fluuium paradisi. Vbicunq; enim in scripturis apertio oris ponitur, innuitur ꝙ aliquid singulare & grande sequitur. Ita inuenitur in hoc loco. Intendebat enim dominus Iesus aliquod magnum, imò & maximum, prædicare scilicet veram beatitudinem, ad quam omnes homines condidit, quam ne

mo est secundum Augustinum, qui non velit, imo q̃ ex inclinatione naturali omnes ex necessitate volũt. Vnde Augustinus tertio de Trinitate ait: Ad appetẽdum beatitudinem natura compellit, tibi summe bonus conditor hoc indidit, quia beatitudo est finis vltimus, & perfectio humanæ vel intellectualis naturę Ideo naturaliter in illud tendit, & est maximum bonum eius. Apte autem istud ex euangelio legitur in solennitate omnium sanctorum & beatorum, vt mẽtes nostræ excitentur in amorem veræ beatitudinis quam ipsos sanctos obtinuisse, & iam perpetuo possidere scimus. Et nedum in amorẽ beatitudinis, qui est finis, sed etiam in amorem eorum omnium quæ ad illum finem perducunt, quæ sanctos ipsos beatos effecisse cognoscimus. Quid enim prodest nobis sanctorum merita & beatitudinem recolere, si non contingat nos eandem beatitudinem per imitationem vitæ promereri? Idcirco hodierno die, & quotiescunq; hoc sanctum euangelium legitur, toto corde, & studio & pleno affectu amplexemur, quæ dominus legifer noster, & saluator monet. Amouet eñ falsam beatitudinem, & assignat veram, & quæ nos ad eam disponunt. Falsa autem beatitudo est, quam homines in hoc mundo quærunt, scilicet in diuitijs & honoribus perituris: tamen sunt reuera infelices, qa oim bonorum verorum, & perpetuorum priuationem cõsequentur. Sed humiles vere beati sunt, quia quęrũt diuitias & honores, id est, abundantiam & excellentiam, vbi quęri debent, scilicet in deo. Et ideo dicit dominus Iesus tales beatos, quia in regno cœlorum eas veraciter & perpetuo inuenient. Vel homines beatitudinem suam deputãt, q̧ scilicet possunt sequi proprias passiones: & quidam in eo q̧ per litigia, & bella securitatem sibi acquirant, inimicos suos destruendo: tamen vere infelices sunt, quia inæternum non obtinebunt securitatem veræ beatitudinis, imo

Augustin.

oēm spem eius amittent, Sed mites vere beati sunt, quia pro præsenti iniuria, & in securitate temporali umsecuram & quietam possessionem terræ viuentium, per q̄ significatur soliditas ęternorum bonoꝝ, cō sequentur. Vel homines ponunt suam beatitudinem in consolatione oīm quæ temporaliter delectant contra ea quæ contristant, scilicet in crapula & luxuria, & alijs: tñ vere miseri sunt, quia in æternū contristabuntur. Sed vere beati sunt, q talia non requirunt, imò poti⁹ voluntariū luctū pro peccatis suis vel alioꝝ assumunt, quia consolationē à deo accipient inęternū. Has tres beatitudines dn̄s Iesus contra falsam beatitudinem prædicauit. Quæ autem disponunt nos ad æternam beatitudinem, sunt duo in actiua vita, per quam ad proximos nostros bene nos habemus. Primum est, quod exhibeamus eis quod tenemur ex debito, quod fit per iustitiam, à quo tamen plures retrahuntur, vt bonis temporalibus impleantur, vel satiētur. Ideo dicit dominus iustos & iustitiam esurientes beatos, quia ipsi saturabuntur bonis perpetuis. Qui vult ergo beatus esse, & repleri veris bonis, esuriat iustitiam. Secundum q̄d disponit nos ad æternam beatitudinem in actiua vita est, quod exhibemus proximis spontanee, à quo tamen retrahuntur plures, ne se immisceāt miserijs alienis. Ideo dicit dominus Iesus beatos, qui misericordiam faciunt proximis, qa ipsi etiam misericordiam consequenť. Qui vult ergo non misceri miserijs vllis, faciat misericordiā. Vita vero contemplatiua est ipsa beatitudo si perfecta fuerit. Si vero imperfecta fuerit, tunc est quædam prægustatio perfectæ beatitudinis, ad quam disponimur p effectus vitæ actiuæ, scilicet vel quo ad nosipsos: & hoc est p munditiam cordis, quietatis passionibus, & omnibus vitijs deuictis. Per hoc em̄ disponunť oculi interiores ad vidēdum deū, q̄d talibus scꝫ mundicordibus promittiť, vel q̄ad proximos, hoc est, p pacem

per quam manifestamur esse imitatores dei, qui est deus pacis & vnitatis, quod efficit homines filios dei quod talibus repromittitur. Hæc autem duo immediate nos disponunt ad veram beatitudinem, sicut Apostolus innuit ad hebræos dicens: Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit deum. In videndo ergo deum beatitudo vera & sola consistit. Alia em̃ vel amouent falsam beatitudinem, vel ad veram disponunt. Videre enim deum est vera & vnica merces nostra, & in illa opatione intellectus est vera felicitas nostra, secundum quod beatitudo hominis est aliquid creatum in ipso existens. Obiectum tamen circa quod talis operatio est, est increatus deus, qui solus satiare potest desiderium nostrum. Tantę em̃ capacitatis fecit nos deus, vt nulla creatura, imo nec omnis simul etiamsi sine numero multiplicaretur, possit nostrũ desideriũ quietare. Ideo homo infelix est, donec cognoscat deum. Quem cũ viderit perfecte, beatus erit, quia nõ relinquetur aliquid quod quærat. Ideo voluntas & amor statim & ppetuo conquiescent, nec vltra aliquid quęrẽt. Iã em̃ intellectus & volũtas cõprehendunt. i. attingunt inamissibiliter in quod tendunt, non tamẽ deũ comprehendunt, hoc est, in se claudũt, quia comprehendere deum tali modo est omni creaturæ impossibile. Ex tali autẽ cõprehensione sequitur interminabile & immensum gaudiũ & delectatio. Expimur enim ꝙ aĩa p organa corporis, & p quinq; sensus agnoscẽdo creaturas, multiplici delectatione afficitur. Qualis ergo delectatio erit animę, qñ in seipsa & nõ per corpus agnoscet omniũ creatorẽ, & ipsam essentiã bonitatis? Vtiq; q̃to bonũ quod cognoscit cõuenientius & melius est, tãto causat ex eius pñsentia maior delectatio, qa ꝗo deus cõueniẽtiss. bonũ est & infinitũ, erit ex eius pñsẽtia & visu gaudiũ maximũ & infinitũ. Illud em̃ bonũ vincit capacitatẽ nostrã, & supat oẽ desideriũ nostrũ

Hebræ. 12

Deficit anima nostra ad illud bonum. Sicut enim pi sciculus in immenso pelago natat, nec vllo modo il lud absorbere potest: sic anima nostra voluptate ca stissima diuinæ fruitionis implebitur, & circundabi tur. O quis cogitat visionem, tensionem & fruitionẽ hanc? Mundicordes interdum modicum prægustare permittuntur, sed parum est ad illud quod est in cœ lis. Quantæ felicitatis erit anima beata, perpendi po test aliquo modo ex gloria corpis glorificati, ad q̃d habet renisum anima separata, qa semper desiderat cognitionem suam naturalem habere, quæ est p phã tasmata, ad quæ conuerti non potest, quandiu est se parata à corpore. Ipsa igitur ex abũdantia glorię suę propter virtutem temperantiæ clarificabit corpus suum, quod suo fulgore illustrabit paradisum dei. Faciet propter prudentiam quam habuit ipsum pene tratiuum sine fractione. Dabit ei propter iustitiã agi litatem, per quam valebit subito quocunq; voluerit accedere. Dabit ei propter fortitudinem impassibilita tem, ita q̃ à nullo poterit lædi, vel affligi. Ex quibus omnes sensus replebuntur suis perfectionibus in ma ximis delectationibus. Omnia tamen bona quæ in corpore glorioso erunt, nihil erunt ad ea quæ anima in seipsa experietur. Ad quam beatitudinem cũ per uenire nequeamus, nisi per actus vel opera virtutum imitando omnes sanctos, sicut in euangelio hodier no audiuimus, toto corde nos ad virtutes demus & in actibus earum nos iugiter exerceamus. Omnes enim actus virtutum ad septem beatitudines reducũ tur, quas dominus sufficienter in euangelio hodier no expressit. Ad quam autem proprie vnusquisque actus reducitur, quilibet perpendere debet. Itaq; bea ti estis fratres, qui omnia propter deum reliquistis: Beati, qui nihil in occulto abscõditis. Beati qui nihil sine licẽtia datis aut accipitis. Beati qui contenti estis his quæ ab ordine permittuntur. Beati qui nihil mun

Dotes glorificati corporis.

-diale appetitis. Beati q non petitis mūdi vanos hono res Beati q sobrie & tēperate viuitis. Beati q nō ex de sideriis delectationis curā carnis habetis Beati q ieiu niū ordinis bñ seruatis. Beati obediētes. Beati solitu dinē seruantes, Beati silentiū custodientes. Beati ne minē ex pposito cōtristantes, Beati nemini iniuriātes Beati oēs religiosi & religati, & captiui dei, in nullo propriā voluntatē habētes: qm̄ post modicū liberabūtur, & libertate filio℞ dei atq; ęterna beatitudine perfruentur. Amen.

¶Quid æterna sit beatitudo, præmiūq; essentiale seu accidentale Exhortatio. III.

SCimus quoniam diligentibus deum oīa coopantur in bonū, his q scdm ppositū vocati sunt sancti. Ad Rom 8. Pro intellectu ho℞ verbo℞, primo considerādū est, qd sit illud bonū ad q̄d omnia sāctis coopantur. Incūctāter tenete quod ip̄e deus est istud bonum, q ad hoc intellectualē & rationalē creaturā condidit, vt q̄dā pticipatione sui felix & beata existeret. Vñ dicit B. August. Credimus re℞ creata℞ cœlestiū, terrestriū, visibiliū vel inuisibiliū, nullā causam esse, nisi bonitatē creatoris, q est vnus verus deus, cui⁹ tāta est bonitas, vt summe bon⁹ beatitudinis suę q̄ æternalit̄ beatus est, alios velit esse pticipes, quā vidit & cōmunicari posse, & oīno minui nō posse. Illud igitur bonū q̊d ip̄e erat, & q̊ ip̄e beatus erat, sola bonitate & nō necessitate aliis cōmunicare voluit. Et qa nō valet ei⁹ bonitatis aliqs particeps esse, nisi p intelligentiā (q q̄to magis intelligit̄ tāto plenius habet̄) fecit deus creaturā rationalē vt summū bonū intelligeret, intelligendo amaret, amādo possideret, possidēdo frueret̄. De hoc bono inq̄tū est finis noster (finis em̄ & bonū idē sunt) dicit idem Au- Augustin.

Idem. gustinus 22. de Ciuitate dei: Ipse deus est finis deside
riorum nostrorum, qui sine fine videbitur, sine fasti-
dio amabitur, sine fatigatione laudabitur. Ipse etiam
Bernard. est quem amat omne quod amare potest. Et Bernard.
Anselmus Amabimus (scilicet illud bonum) sine modo, videbi-
mus sine termino, cohærebimus sine medio. De hoc
dicit Anselmus: Excita te nunc anima mea, & erige
intellectum tuum, & cogita quantum potes quale &
quantum sit illud bonum, quod continet iucundita-
tem omnium bonorum, & non quale in rebus creatis
sumus experti, sed tanto differentius, quanto differt
creator à creatura. Quid ergo per multa vagaris ho-
muntio, quærendo bona animæ tuæ & corporis tui?
Ama vnum bonum in quo sunt omnia bona, & suffi-
cit. Hoc est igitur charissimi fratres bonum omnium
sanctorum, & nostrum, ad quod adipiscendum, o-
mnia nobis cooperari debēt, scilicet cognoscere deū
amare deum, ipsi soli tanquam fini totaliter delecta-
biliter inhærere, & hæc inamissibiliter possidere. Et
istud est essentiale & principale bonum & præmium
sanctorum, propter quod consequendum multi passi
sunt grauissimas persequutiones & iniurias, damna
rerum & corporum, pœnas varias, & exquisita tor-
Roma.8 menta, sicut nostis: quia, Apost. teste, nō sunt condi-
Matt.13. gnę passiones huius temporis, ad futuram gloriam
quę reuelabitur in nobis. Nonnulli vero in pœniten
tia & lamētis se afflixerūt, & immaculatos se ab hoc
seculo & delitijs eius continuerunt, vt possent pul-
chritudinem diuinæ lucis contemplari, & eiusdem de
litijs frui, quia secundum August. tanta est pulchritu
do diuinę lucis, quod si non liceret eam contemplari,
nisi solum vnius diei mora, propter hoc solum innu
merabiles anni pleni delitijs, recte meritoq; cōtēnerē
tur. Accidentale vero bonū & pręmiū cōsistit in multis
sc. in incorruptiōe, immortalitate, subtilitate, agilita
te & claritate corporis, quādo fulgebūt iusti sicut sol

in regno patris eorum. In perfectione quinq; sensuũ, qui replebuntur singuli scd̃m potentiam suam ab obiectis ꝓportionatis, omnibus voluptatibus castis & delitijs, nec poterunt ab vllo obstaculo præpediri. Item accidentale p̃mium. & minus principale bonum sanctoꝝ, est omne gaudium & honor, vel laus q̃ veniunt ipsis ex creaturis, puta qa in creaturis aliquid boni fecerunt, vel alijs occasionẽ boni alicuius p̃stiterũt sicut habent angeli q nos custodiũt gaudiũ de nostra salute. Similiter habent sancti homines q alijs bonũ exemplum, vel doctrinam impenderũt. Item gaudiũ de bona societate cœlestium ciuium, sc3 de humanitate Christi, de familiaritate gloriosiss. matris eius Mariç, & oĩm angeloꝝ atq; sanctoꝝ hominũ. Quç societas erit iucũdissima propter mutuam charitatem. Vnde dicit Richardus: Quilibet beatus diligit beatum sicut seipsum, & de bono eius gaudet sicut de ꝓprio. Itẽ Gregor. in moralibus: Tanta vis in illa patria omnes faciat, vt quod in se vnusquisq; non accepit, hoc se in alio accepisse exultet. Sic deberent inuicem diligere homines, qui ad illam societatem volunt ascendere. Item societas cœlestium ciuium erit iucundissima propter varietatem meritorum, quç decorem & pulchritudinem inęstimabilem prçstabit. Minimus enim sanctus erit perfecte beatus, & filius dei adoptiuus, & rex potentissimus plusquam omnes reges terræ. Secundus sanctus addet aliquem gradũ perfectionis & pulchritudinis. & sic ascendendo vsque ad humanitatem domini I E S V. Quis igitur poterit cogitare omnium graduum sanctorum ornatum, cum sint quasi infiniti sancti? scd̃m q̃d dicit B. Iohannes: Vidi turbã magnã, quã dinumerare nemo poterat. Et B. Thomas sequẽs sentẽtiã B. Dionysi. dicit de angelis ꝙ sũt in q̃dã maxima multitudĩe oẽm materialẽ multitudinẽ excedẽtes. Et in Psal. Dinumerabo eos, & super arenã multiplicabũtur. O q̃ iucũdũ & gaudiosum erit in

Richard.

Gregori.

Apocal. 7

S. Dionysi

Psal. 138.

tam grata multitudine deum laudare. Et quis in hac valle miseriæ hoc capit, quis exprimet? Certe nemo. Vnde Gregorius: Quæ enim lingua dicere, vel quis
Gregor. intellectus capere sufficit, illa supernæ ciuitatis quanta sint gaudia angelorum choris interesse, cum be
Isaiæ. 64 atissimis spiritibus gloriæ conditoris assistere? Hoc
1. Corin. 2 est bonum, quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, ad quod diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, his scilicet, q secū
Roma, 8 dum propositum diuinum, id est, prædestinationem vocati sunt sancti, in præsenti per gratiam sanctificātem. Intelligendum est ergo q sanctificatis per gratiam, & perseuerantibus in charitate (sicut sunt prædestinati) omnia cooperantur in bonum, non autem præscitis ad damnationem. Si quæratur quę sint hęc omnia quæ cooperantur sanctis in bonum, dicendū est, primo q sunt omnia ardua & dura: de quibus A
Roma. 8 postolus subdit: Quis separabit nos à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, & cæ. quia hæc omnia diligentibus non nocent, quia in prædestinatis, fortis est vt mors dilectio, & lampades eius lampades ignis atq; flammarum, aquæ multæ non poterunt extin
Cantico. 8 guere charitatem, vt in Canticis habetur. Imò poti9 immensum pondus gloriæ operantur in electis. Secūdo intelligendum est, q omnia opera meritoria sanctorum, meritū habent ex charitate: quia si quis tra
1. Cor. 13 diderit corpus suum ita vt ardeat, & charitatem non habuerit, nihil sibi prodest. Tertio intelligendum est q omnia etiam peccata prædestinatis cooperantur in bonum, quia fortiores & cautiores resurgunt, & in gloria memoria peccatorum eis in bonum erit, sicut cicatrices sunt ad gloriam militis, qui finaliter in bello triumphauit. Itaq; fratres & filij charissimi, confidatis & consolamini, quia per charitatem omnia vobis (viuentibus secundum propositum ad quod vocati estis) cooperabuntur in bonum æternæ beatitudi

bis, siue sit ægritudo, siue tentatio, siue perplexitas, qua interdū discernere nequeatis quid agetis, siue sit passio naturalis, & quæcunq; alia, tantummodo soli citi sitis immaculate viuere, quod idem est q̄d sancte viuere, vocatione qua vocati estis in arrepto proposito, sicut omnes sancti vixerunt, in diuersis modis viuendi. Hinc Bernardus ad fratres de Monte dei, sic ait: Propter hoc secundum propositi vestri tenorem habitantes in cœlis potius quàm in cellis, excluso à vobis toto seculo. totos vos inclusistis cum deo. Hoc est ergo propositum ad quod vocati estis, in quo sancti, id est, immaculati & incōtaminati, & diuino cultui applicati viuere debetis, vt omnia cooperent vobis in bonum æternæ felicitatis, & excluso à vobis toto seculo, cum deo viuere, obedientes sine murmuratione, pauperes nedum spiritu, sed etiam rebus, nil omnino habentes proprium, nec superfluum, sed parce necessaria omnia cum scitu præsidentis, nihil cupientes, abstinentes, sobrij, casti, sine frequentia hominum secularium, in solitudine deo vacantes, silentes, alacres in diuinis & viriles, nec ab eis abstrahi debetis, videlicet per visitantes, neq; per vlla alia occurrentia: quia nihil est diuinis præponēdum, nisi essent summe necessaria. Det omnipotens deus meritis oīm sanctorum, q̄ ita sancte sine permixtione contrarij, secundum propositum Carthusianum viuamus, quatenus per charitatem omnibus nobis cooperantibus bonum æternæ beatitudinis cū omnibus sanctis obtinere valeamus.

Bernard.

¶ De mercede sanctorum, de merito atq; demerito, digno & condigno, Exhortatio IIII.

MErces vestra copiosa est in cœlis, Matthęi. 5 Hodierna solennitate sanctorum omniū merita & æternæ beatitudinis pręmia insimul

veneramur, eorumque suffragia ambimus, vt in ijs cōsortes eis fieri mereamur. Sermo igit noster de vtroq; aliquid saltem breuiter aget. Primo de pręmio siue de mercede. Secundo de merito quo ad eam peruenitur. Merces quæ hic copiosa, in Luca vero multa dicitur, in Genesi magna nimis ad Abraham nominatur, de qua Isaias dicit: A seculo non audierunt, neque auribus perceperunt, oculus non vidit, deus absque te, quæ præparasti expectantibus te. Quod allegans Apostolus Paulus ad Corinthios sub alijs his verbis: Oculus, inquit, non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus ijs qui diligūt illum. Quod ergo est incognitum, quō ego hoc loquar? Non enim sum propheta, nec filius prophetæ. Deus tamen suis reuelauit, & filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit, non in aperta visione, sed in specie & ænigmate. Quia si omnino ignoraretur, non amaretur, nec quæreretur. Ex ijs ergo quæ reuelata sunt de hac mercede loquar. Ipsa est quam indesinenter expetimus, cum dicimus: Adueniat regnū tuū. Et de quo in hodierno euāgelio dicit: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. De hoc regno dicit Psalmista: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Sed quid est hoc regnū, vel quæ est ista gloria? Dicit dn̄s Iesus ad patrem Euang. Iohanne teste: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum deum. Et in euangelio hodierno dicit idem DOMINVS discipulis suis: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Hæc visio vt dicit sanctus AVGVSTINVS, est tota merces. Quæ tanta res est (vt idem testatur) vt in ei⁹ comparatione nihil sit totum vniuersum. Excedit quippe ipse deus omnem creaturam simul in infinitum. Ergo tota creatura simul delectabiliter cognita & amata in comparatione ad deum delectabiliter cognitum & amatum, est nihil: quia finiti ad infini-

Margin notes: Lucæ, 6 — Genesi. 15 — Isaiæ. 64 — 1. Cor. 2. — Iohan. 1 — Matth. 6 — Matth. 5 — Psalm. 16 — Iohan. 17 — Matth. 5 — August.

tum, nulla est proportio. Idcirco si omnis creatura alicui daretur plenissime, non esset propterea beatus. Adhuc enim intellectus humanus non perficeretur, cognita omni veritate creaturali, nisi cognosceret primam veritatem, & omnium rerum causam primam, adhuc amor non quiesceret donec iungeretur summo bono. Hoc innuit beatus Augustinus, loquēs domino: Domine fecisti nos ad te, inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te. Ipse ergo dominus spiritus superintelligibilis est finis animæ intellectualis. Ad finem nanque intelligibilem ordinatur homo partim quidē per intellectum, partim autem per voluntatem. per intellectum quidem, inquantum est in ipso cognitio finis. Per voluntatem autem, primo per amorem, secundo per habitudinem amantis ad amatum, secundum præsentiam. Idcirco in consequutione vltimi finis intelligibilis oportet tria concurrere, scilicet visionem, quæ est cognitio perfecta intelligibilis finis, comprehensionem, quæ importat præsentiam finis amati, delectationem vel fruitionem, quæ importat quietationem amantis in amato præsenti. Itaque visio præcedet qua videbitur deus per seipsum: quia tunc cognoscemus sicuti cogniti sumus. Sed deus cognoscit nos, nō per creaturam, sed per seipsum, ergo & nos cognoscem9 ipsum per seipsum. Et hanc cognitionem sequitur comprehensio per amorem, & fruitio per gaudium. In illa enim beata cognitione quicquid cognoscitur in deo, vel de deo, ducit ad deum, & in deum. Tantaleſt in deo iucunditas & amabilitas, vt cognitus ab anima, statim ipsam ad se trahat, eamque vehementer in se absorbeat. O quàm felix anima, quæ absque interpolatione ex omni virtute sanctæ trinitatis ad omne, & propter omne, quod ipsa est, sentit se amari, & DEVM tanto amore sentit circa se occupari, quasi omnium creaturarum sit oblitus.

1. Cor. 13

Cuius beatitudo augetur, cū econuerso amori sanctissimę trinitatis cum omnibus viribus suis penitus se
Augustin. immergit. O quale & quantum gaudium ibi tunc erit quando iuxta sententiam sancti Augustini, nō totū intrabit gaudium in gaudentes, sed toti gaudētes intrabunt in gaudium. Cum enim anima sit finita secundum essentiam & omnes vires suas, deus vero intelligibilis, amabilis atque fruibilis sit omnino infinitus non potest anima (quantumcunque auida) in se comprehendere deum, sed potius ipsa in diuinam cognitionem, in diuinum amorem, in diuinum gaudium & delectationem intrabit, sicut minimus pisciculus volens deglutire omnem aquam, intrat in infinitum mare. Hæc est merces magna nimis, vincēs capaci-
Psalmi.16 tatem nostram, & omne desiderium superans. Tunc ergo primo satiabimur, cum apparuerit. Copiosa est hæc merces, ita vt in alia quoque redundet. Videbit mysterium incarnationis diuinæ beata anima,
Bernard. quod teste Sancto Bernardo, plenum erit omni dulcedine. Cæterum vt concludamus, non erit in creaturis quod eum latebit, qui videntem omnia videbit. Redundabit etiam hæc merces in corpus animæ beatæ, donando ipsi corpori claritatem, subtilitatem, agilitatem, & impassibilitatem. Porro magnitudo, multitudo & copiositas huius mercedis est inenarra-
Bernard. bilis, sola experientia eam docet. Vnde Bernardus: Merces sanctorum est tam magna, quod non potest mensurari, tam multa, quod non potest numerari, tā preciosa quod non potest æstimari, tam copiosa q̊d non potest finiri. Qualiter autem vnusquisque se habere debeat in hac vita, vt ad illam beatitudinē perueni-
Anselmus at, docet Anselmus dicens: Tantū tibi desideriū esse debet in hac vita perueniendi ad q̊d factus es, & tantus dolor ꝙ nondū ibi es & tantus timor ꝙ non peruenias ꝙ nullam debes sentire lętitiā nisi tantū de ꝭs q̃ dant spem vel auxiliū perueniendi. Illa autem sunt meri-

ta. ¶Homo itaq; in gratia constitutus per opera virtutum meretur eternam beatitudinem, quam sine gratia impossibile est mereri. Beatitudo enim hominis naturam & facultatem excedit. Oportet autem actionē proportionatā esse ad finem, si eum debeat attingere. Per gratiam autem diuinam constituitur homo in consortium diuinæ naturæ. Idcirco facultas ei præbetur per eam attingendi beatitudinem supernaturalem, & diuinam: & ad promerendam eam de condigno, & ad obtinendam eam iure adoptionis: Si enim filij, & hæredes, ait Apostolus. Si autē meritū attenditur ex parte liberi arbitrij humani, merces ei debetur ex congruo. Congruum est enim vt operāti secundum suam virtutem, deus secundum excellētiam suæ virtutis recompenset. Est autem sciendum quod sicut in omni opere humano necessario requiritur propositum vel intentio operandi, sic etiam requiritur intentio in meritorio opere. Intentio vero quādoque est solum habitualis, quando scilicet homo ita dispositus est, si voluerit operari, poterit, nondum tamen vult, Et ista non prodest ad meritum. Quandoq; vero intentio est actualis, quia scilicet vult & operatur, & tunc homo meretur. Quandoque vero est virtualis, quia sc; voluit, sed operando non cogitat de voluntate. Et hæc prodest ad meritum. Sicut ingrediens ordinem Carthusiensem propter deum & suam salutem, vult viuere secundum consuetudines & statuta ordinis, ille semper meretur quicquid secūdum ordinem operatur omnibus diebus vitæ suæ, licet nō cogitet de deo vel statutis, nisi intentio cōtraria (q̊d absit) interueniret: quia tunc licet viueret secundum ordinem, perderet omne meritum. Ideo valde vtile est intrasse ordinem, quia semper meremur, etiā dormiendo, puto tali tempore & mora secundum ordinis decretū Vltimo sciendū, q̧ efficacia merēdi potest mēsurari ex tribus, Oportet eīn q̧ meritū aliquid ha-

Roma.8

beat à gratia, vel charitate, & aliquid à voluntate, & aliquid ab obiecto, vnde species actus trahitur. Nam quanto maiori gratia vel charitate informatur actus, tanto magis est meritorius. Similiter quanto magis est voluntarius, & quanto obiectum est magis arduum. Sed arduum aliquod augmentans rationem meriti, non habet hoc ex difficultate laboris, sed ex bonitate obiecti, quia quanto aliquid melius est, tanto supra vires hominis operantis est magis eleuatū, & propterea est magis meritorium. Difficultas enim in opere meritorio quandoq; est ex parte opantis, qa scilicet tepidus est, vel vitiosus, &c. & illa difficultas minuit meritum. Illam vero difficultatem tollit virt⁹ quę videlicet virtus facit hominē prōpte & delectabiliter operari, & multum mereri. Difficultas vero quæ prouenit ex operis arduitate vel difficultate, auget meritum per accidens, inquantum operans in illud quod difficile est maiore intentione & conatu voluntatis tendit.

2. Tim. 2 Et quia (teste Apostolo) nemo coronabitur, præmio scilicet æternæ beatitudinis, nisi qui legitime certauerit, vitia superando, & virtutes conquirendo, sequamur charissimi fratres doctrinam magistri nostri Iesu simus humiles & mites, simus misericordes & pacifici, simus omni virtutute adornati: qa ad merita virtutum in hodierno euangelio expressa omnia alia reducuntur. Sunt enim virtutes concatenatæ, nec vna sine alia esse potest. Sicut enim dicitur,

Matth. 5 Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnū cœlorum, ita dici potest, beati continentes, quoniam omni voluptate replebuntur, beati obedientes, quoniam ab omni seruitute liberabuntur. Et sic de alijs quousque ad cordis mundiciam omnimodam perueniatur. Quod nobis dominus Iesus præcibus omnium sanctorum suorum, purgationem omnium peccatorum, perfectionem omnium virtutum, vt

Matth. 5 ab eo audire mereamur: Gaudete & exultate, quoniā

am merces vestra copiosa est incœlis, Amen.

¶ Quomodo sit festinandum ad cœlestem requiem, & de timore multiplici. Exhortatio V.

FEstinemus ingredi in illam requiem. Hebræorum quarto. Dominus deus omnia in laudem & gloriã sui nominis creauit, vt in ipsis creatis resplendeat intellectualibus oculis potentia eius, sapientia eius, & bonitas eius, per modũ quo cognoscitur causa ex effectu. Specialiter tamen creauit hominem inter intellectuales naturas ad deũ cognoscendum, amandum & fruendum. Hoc notatur
in Psalmo, vbi dicitur: Homines & iumenta saluabis Psalm. 35
domine, scilicet per prouidentiam & curam, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam deus, id est, ex misericordia tua multiplici, & non ex necessi-
tate curam habes salutis omnium. Filij autem homi Genesi.1
num, qui facti sunt ad imaginem dei sicut angeli, in tegmine alarum tuarum sperabunt, in beatitudine recta & abscondita apud te. Inebriabuntur ab huberta te domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos
vbi notatur pefectio delectatiõis in domo gloriæ: qa Psalm.16
satiabimur cum apparuerit gloria eius. Hæc autem satietas castissimę voluptatis, quæ est ipsa fruitio (quæ tamen erit sine fastidio & interminabilis) sequetur ex ipsa dei visione, cui inhærebimus per amorem. Vnde sequitur: Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Deus enim est vita per essentiam, in quo & ex quo omnia viuunt. Vita ergo intellectualis nostra ex eo, & in eo est, q̃ confortabitur dono quodã intellectuali creato ad videndũ lumẽ infinitũ & increatũ, q̃d deus est per essentiã. Videdo ergo hanc essentiam, in qua oĩa viuunt vita

intellectuali videbimus oĩa, & tunc quiescet homo ab omni inuestigatiõe vlteriori, quia iam cognoscet effectum in causa, & causam in effectu. Deus enim est causa omnium, & oĩa sunt effectus dei. Nam homo non est perfecte beatus, quandiu restat sibi aliqd desiderandum & quærendum. Et ideo concluditur, ꝙ vltima & perfecta beatitudo non potest esse, nisi in visione diuinæ essentiæ. Habet eĩ tunc vltimum intelligibile, & vltimum desiderabile, & vltimum fruibile, & omnia in eo, & ipsum in omnibus. Intellectus etiam hominis non quietatur, nisi in cognitione veritatis, & affectus & voluntas nostra non satiatur, nisi

Augustin. in fruitione diuinitatis. Vnde Augustinus ait: Creasti nos domine ad te, ⁊ inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te. Alia creata habent vbi quiescant terra deorsum, ignis sursum: sed tantæ nobilitatis & capacitatis est homo, ꝙ quiescere nõ valet, nisi in infinito bono, quod est deus, ipsum cognoscendo, ipm diligendo, ipsum tenendo inamissibiliter, ipsi propter seipsum inhęrẽdo delectabiliter & amicabiliter. Istud

Isaię. 4 est bonum de quo ait Isaias: Oculus non vidit deus absq; te, quæ præparasti expectantibus te. Quod latius

1 Cor. 2 us exponit Apostolus, dicendo: Oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præ-

Augustin. parauit deus ijs qui diligunt illum. Et August. Quod pręparauit deus diligentibus se, fide non capitur, spe non attingitur, charitate non comprehenditur. Acquiri potest, æstimari non potest. Istud bonum, requie-

Hebræ. 4 scendo in eo, adepti sunt omnes sancti. Ad istam requiem monet Apostolus festinandum, dicẽs: Festinemus ingredi in illam requiem. Periculum enim est in mora & tarditate. Quapropter subdit, dicens: Vt ne quis in idipsum incidat incredulitatis exemplum, id est, ne incidamus in consimilem pœnam in quam ceciderunt increduli veteris legis, qui propter incredulitatem suam fuerunt exclusi à requie terræ promissi-

onis,& pœna eorum data eſt nobis in exemplum, ne conſimiliter priuemur requie cœleſti, ſi fuerimus tardi & pigri ad ingrediendum. Ideo iubet in euangelio dominus, vt habeamus lucernas ardentes, hoc eſt, ſimus feruentes in operibus bonis, quibus ad futuram requiem tendimus, quam daturus eſt nobis dominus quando venerit à nuptijs. Quòd ſi omnes Chriſtiani feſtinare iubentur, quantum ergo nos Carthuſienſes feſtinare debemus, qui ſecundum Bernardum, vltra omnes ad meliora æmulanda nos aſtrinximus, & omnem ſanctitatis perfectionem vouimus? Triſtitia tamen, ſeu acedia, ex qua oritur tarditas & pigritia, ſolitarijs & otioſis ſolet eſſe domeſtica, niſi inſtanter excludatur. Triſtatur enim aliquando quis pro aliquo bono opere quod oportet eum facere, quia ibi habet laborare, puto in dicendo diuinum officium, in ieiunando, in abſtinendo, in orando, in faciẽdo aliquam obedientiam, & huiuſmodi. Hoc tædium & hanc triſtitiam incurrit multitudo Hæbræorum ambulantiũ per deſertum. Similiter hæc triſtitia occupat interdũ religioſos dum ambulant per eremum pœnitentiæ, & religionis. Sed hæc diligenter excludenda eſt. Vnde Iohannes Caſſianus in tractatu de triſtitia ſic ait: Abſq; illa triſtitia, quæ vel pro ſalutari pœnitentia, vel pro ſtudio perfectionis, ſeu pro deſiderio ſuſcipitur futurorum, omnis triſtitia tanquam ſeculi (quæ mortem infert) æqualiter repellenda eſt. Et vt diſcernere valeamus triſtitiam bonam à mala, ſubiungit: Triſtitia quidem quæ pœnitentiam operatur ad ſalutem, obediens eſt, affabilis, humilis, manſueta, ſuauis, ac patiens, vtpote ex dei charitate deſcendẽs, & ad omnem dolorem corporis ac ſpiritus contritionẽ infatigabiliter ſe extendens, & quodammodo læta ac ſpe ſui profectus vegetata. Hæc non eſt repellenda imo toto corde ſuſcipienda, ſicut & illa quę procedit ex deſiderio cœleſtis patrię, & dei amore, cõſideran

Lucæ 2
Bernard.
Num. 12
Caſſian.
2. Corin. 7

do q̃ dulce sit, q̃ suaue q̃ vtile videre deū, eo frui, sanctorū agminibus interesse, ad q̊d obtinendū factus est homo: & quanta obscuritas mentis sit in p̄senti vita ex ignorātia de deo, q̃ta pericula quanta impuritas, quāta instabilitas cordis. Bina hæc tristitia bona est valde, & p̃ijs debet esse cōtinua & familiaris. Mala vero tristitia secundum præfatum Iohannem Cassianum, est asperrima, impatiens, dura, plena rancore & mœrore infructuoso ac desperatione pœnali, ab industria & salutari dolore, frangens ac reuocās, vtpote irrationabilis. Hanc pestiferā tristitiā excludere debemus per vigilias & orationes. Vnde dominus apud Matthæum tristibus ait: Vigilate & orate, vt non intretis in tentationē. Item per meditationem passionis Christi Iesu. Vnde Apostolus ait: Recogitate eū qui talem sustinuit aduersus semetipsum contradictionem, vt non fatigemini animis vestris (scilicet præ tędio) deficientes. Item per meditationem diuinæ pręsentiæ. Item per meditationem passionum martyrū, qui vere per compendium festinauerunt ad requiem æternæ felicitatis, ponendo animas suas. Item per meditationem eremitarum, quàm diutinas inedias, & omnium rerum & consolationum pęnurias tolerauerunt propter amorem dei. Item per meditationem quatuor nouissimorum. Vnde cum quidam interrogasset beatum Achillem dicens: Cur sedens in cella mea acediam patior? Respondit ei senex: Quia nondum vidisti requiem quam speramus, nec tormentū quod timemus. Item per operationem. Vnde Hieronymus: Non facile capitur à tentatione, qui alicui bono vacat exercitio. Quapropter secundum Cassianum: antiqui patres nullum suscipiebāt ad habitum monachalem seu eremiticum, si nesciret facere aliquod artificium. Nam cum paucissimi sint qui sciant & valeant tota die vacare contemplationi, orationi & lectioni, & permaxime incipientes, oportet

Iohan. Cassi. | Matth. 26 | Hebræ. 12. | Hierony. | Iohan. Cassi.

quod in acediã vel tristitiam & pigritiam incidant, qui non vacant quotidie alicui exercitio corporali. Igitur fratres, excutiamus nos ab omni tristitia inutili & pigritia, & festine tota industria abijciamus à nobis curam & onus omnium temporalium, relegemus omnes passiones nostras, mortificemus omnia vitia & peccata, insistamus fortiter virtutibus, vt expediti mente & corpore alacriter ad requiem cœlestem, diuino amore accensi, currere valeamus per semitam mandatorum dei, scilicet regularis obseruantiæ, & non per commune iter secularium. Semper in auribus nostris nobis sonare videatur illa vox iudicis: Surgite Carthusienses, inter omnes religiosos religiosiores, silentij & solitudinis, abstinentiæ & sobrietatis obseruatores, vitiorum mortificatores, omnium virtutum & meæ præsentiæ amatores, & dabo vobis inter electos meos dignam remunerationem. Ad hanc vocem præ admiratione tantæ laudis aspicient nos omnes sancti. O quanta gloria erit tunc veris religiosis, & q̃ta cõfusio falsis fratribus, qbus dicetur. Falsarij estis, solo habitu & nomine religiosi dicimini, cum laicis deputati estis, ite cum omnibus mẽdacibus & patre mendacij diabolo in ignem æternũ. Festinemus ergo secundum monita beati Pauli, ingredi ad illam requiem, bonis paratam. Ad quod hortatur etiam sanctus pręsul Augustinus dicens: O homo, exardesce in amore dei, & desiderio vitæ æternę, cuius lux est veritas, cuius lex charitas, cuius modus æternitas. Ibi actio non operosa, requies non desidiosa. Ibi sanitas sine infirmitate, pulchritudo sine deformitate, iucunditas sine mœrore, sapientia sine errore, vita sine morte.

Psalm.118

August.

¶De regno cœlorum quid sit, quidue paupertas spiritus. Exhortatio. VI.

BEati pauperes spiritu, quoniã ipsorum est regnum cœlorum. Matthæi 5. Doctrina hæc noua est, & per omnia ante omnia secula inaudita. Dominus Iesus missus à deo creatore omniũ patre suo, vt pereuntes saluaret, & filios iræ, & diaboli, filios dei & regni hæredes efficeret, nõ ipsis (secundum Iudaicam expectationẽ) regnum huius mũdi, sed cœleste promittit. Quapropter non immerito finito sermone eius, post tantam perfectionem viarũ
Matth. 7 suarum ac præmiorum excellentiam, turbæ, vt ait euangelista, admirabantur super doctrina eius. O quanto cordis iubilo suscipienda sunt promissa domini Ie
Genesi. 37 su fratres mei. Sãctus Iacob patriarcha dicebat se lugentem descensurum in infernum. Eleasarus martyr
2. Mac. 6 in Machabeorum libro secundo, feliciter moriens, pro deo, dixit se velle præmitti in infernum. Non vtique in infernum dãnationis, sed expectationis. Nos vero authoritate domini Iesu dicimus nos velle ascẽdere cum omnibus sanctis in regnum cœlorum. Ecce materia iubilatiõis, magnorum gaudiorum. Merito tamen quæri potest, quid sit regnum cœlorum. Regnum enim innuit omnimodam sufficientiam & excellentiam. Quid tamen est illud in quo habetur oĩs
Regnum cœlorũ qd sufficientia & excellẽtia? Dico breuiter in quo est oĩs sufficientia & excellentia, est ipse deus. Ipse enim est bonum simpliciter infinitum, & super omnia, ad cuius comparationem sunt omnia nihil. Cuius visiõe intellectus implebitur cognitiõe excellẽtissima, cuius amore replebitur affectio bonitate eminentissima, cuius fruitione & pace ac tentione inamissibili dotabitur memoria dote nobilissima, totaq; animæ regio profundetur admiratione gaudiosissima, & iubilatione felicissima. Sicq; diuini tati felix anima immersa, quasi paruissimus pisciculus in immenso mari, requiescet in deo, & regnabit cum eo, & cum beatissima so

cietate simul immersorum omnium, videlicet sancto rum imperpetuum. Ex abundantia autem tantæ felicitatis, redundabit in corpus glorificatio, vt sit clarũ, agile, subtile, & impassibile. Tantillum de regno illo cœlorum dixisse sufficiat. Quæ enim mens capere potest, aut lingua exprimere, qualis sit illa beatitudo, & quanta ibi sint gaudia, cum scriptura dicat, quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus diligentibus & expectãtibus se? Verum est tamen quod perfectis, sanctis & veris religiosis in hac vita conceditur prægustatio huius beatitudinis, & huius regni participatio. Mirãda enim diuina cognitione illustrantur, vt videant etiam alta dei. Amore quoque feruentissimo deo afficiuntur, & gaudio pacis eius superdulcissimo perfunduntur. Caro ipsorum vigore castitatis atque munditiæ nitet, refrenatione passionum, & iugi vitiorum mortificatione, quasi impassibilis redditur. Extenuatione vero sobrij cibi, subtilis, & promptitudine subiectionis ad rationis imperium efficitur agilis. Hinc est quod beatus Augustinus dicit præmia istarum beatitudinum ad præsentem vitam pertinere: Ambrosius vero ad futuram. Præmia quoque istarum beatitudinum possunt intelligi vel ipsa beatitudo perfecta, & sic pertinent ad futuram vitam. Vel quædam inchoatio beatitudinis, sicut in viris sanctis & sic pertinent ad præsentem vitam. Regnum enim cœlorum intra nos est, vt ait dominus Iesus. O quã felix, qui nedum in futuro, sed etiam in præsenti regnum cœlorum possidere meruerit. Sed quis posset hoc promereri? Respondeo ex euangelio, pauper spiritu. Per paupertatem peruenitur ad altissimas diuitias. Per abiectionem ad regnum. Sed dicet aliquis: Quæ est ista paupertas spiritus? Hic latet mysterium magnum fratres mei. Det dominus vt clare & breuiter hanc elucidem dubietatem ac quæstionem.

Isaiæ. 64
1. Cor. 2
Augustin.
Ambrosi.
Lucæ 17
Paupertas spũs quæ.

In sacro eloquio sæpe aliquid diuersa significat. Leo enim quandoque dominum Iesum, quandoque diabolū significat. Calciamenta interdum pro exemplis mortuorum sanctorum patrum, interdum vero scandalosa exponuntur vita peccatorum. Ad propositum vero nostrum in præsenti, vera animæ paupertas diuitiæ: veræ autem diuitiæ, paupertas nominantur.
1. Cor. 1 Dicit enim Apostolus: Gratias ago deo meo, quia in omnibus diuites facti estis in illo, vt nihil desit vobis in vlla gratia. Et tamen paupertas spiritus continetur in illis diuitijs & gratia. Non est tamen sine causa quod dominus Iesus veras diuitias appellauerit paupertatem, per quam sui cōsodales acceperunt secum paternam hæreditatem, & regnum cœlorum. Paupertas etiam defectum sonat, & importat carentiam facultatum, aut bonorum. Videtur itaque mihi quod paupertas spiritus, quam omnes sancti, & mater Iesu Maria, & ipse Iesus deus & dominus pariter habuerunt, denotet aliquem defectum & carentiam spiritus mali, quem tamen nonnulli aut errore decepti, aut concupiscentia illecti, aut malitia indurati, tā quam magnum bonum & diuitias possident. Hi spi-
1 Cor. 2 ritum mundi huius accipiunt. Hi spiritu carnis infla-
Roma. 8 ti sunt. Hi spiritum habent qui ex deo non est. Hi tales diuites in sensu & spiritu suo, veraciter pauperes
Apocal. 3 sunt. Quibus omnibus sub vna persona in Apocalypsi per increpationem dicitur: Nescis quia tu es miser & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus? Dimittamus istos diuites, qui sunt omnes peccatores, tumentes suo spiritu contra deum suum, quorum non est regnum cœlorum sed infernorum. De pauperibus spiritu ponamus exempla. Pauper spiritu erat qui di-
Matth. 11 cebat: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde: Licet agnoscebat se optimum, optabat tamen & volebat se vilem & abominabilem, pro dei gloria, & nostra salute, etiam cum iniquis reputari, Idem dicebat

Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Matth. 8
Cum esset enim diues, voluit egenus, id est, pauper es Lucæ. 9
se, vt nos ditaret. Hæc voluntaria paupertas, est pau 2. Cor. 8
pertas euangelij & spiritus. Pauper spiritu erat quæ dicebat: Magnificat anima mea dominum, non meipsam, Et exultauit spiritus meus in deo salutari meo Lucæ 1
non in meipsa: Quia respexit humilitatē ancillę suæ. Ecce fatetur propriam indignitatem, vilitatem & miseriam. Hæc nihil habens de spiritu Adam, vel mūdi, vel diaboli, erat omnino pauperrima spiritu. Hoc testātur eius humilitas, castitas, charitas & cætera oim virtutum sublimitas. Non sola humilitas paupertatē inducit, sed virtutum omnium concatenatio. Quid prodest esse despectum sibi & alijs, si regnauerit luxuriæ spiritus, auaritiæ conatus, inuidiæ virus, iracundiæ motus, impatientiæ furor? Vnumquodq; enim horum spiritum indicat. Verum est tamen q virtutes spiritus paupertatem attestantes, in singulis sanctis diuersimode elucent, Nitamur testimonia paupertatis huius felicissimę possidere. Humilis (secundum Bernardum) vult vilis haberi. O quid est vult? Vtinā Bernar.
sit vera voluntas intus, quæ sonat in ore foris. Sæpe fit quod quidam dicunt se defectuosos & miseros, & velle se despici, Quod si verbum contumeliosum accesserit, aut alius dixerit de eis quod paulo ante de seipsis dicebant, statim spiritus diues se erigit, qui exclusus & mortuus putabatur: Quia qualis apud se Gregor.
quisque lateat (inquit GREGORIVS) illata contumelia probat. Non ergo sufficit se velle vilem haberi cogitatu aut dictu, sed vera voluntate. Quod fiet, si verissima sui cognitione postquam à cæteris fuerit despectus, etiam sibijpsi vilescit, & gaudet se despectum, vt deo placere valeat, sicque peribit spiritus superbiæ, vt patet de sancto FRANCISCO. Patiens vult omnia tole

rare propter deũ, & sic perit spiritus impatientiæ, cũ in actuali tolerantia, tanquã in re concupita, suam requiem inuenit, & talia se tolerare vel tolerasse exultat: sicut sanctus Laurentius super prunas iacens, dicebat: Isti carbones mihi refrigerium præstant. Ardor enim patiendi pro Christo in eo magnus erat, qui per præsentem tolerantiam refrigerabatur, quia suum desiderium patiendi pro Christo implebatur. Spiritus gulæ in magno Gregorio mortuus ostẽdebatur, quando præ debilitate corporis ieiunare nõ valens, per preces cuiusdam sancti Abbatis à deo obtinuit, quòd in vigilia PASCHAE ieiunare potuit.

S Laurentius.

Quomodo desiderari debeat regnum dei, quomodo sit notum, & qualis sit deus

Exhortatio VII.

ADueniat regnum tuum. Matthæi sexto. Verba sunt domini Iesu saluatoris & glorificatoris nostri, q̃bus docet nos orare. Vult enim nos omnes consortes fieri regni sui. Idcirco viã demonstrat per quam illuc peruenitur, quę est oratio. Oratio autem est interpres nostri desiderij apud deum. Itaque dominus Iesus vult regnũ suum desideremus, q̃d desiderium oratione exprimitur. Manifestum est autem omnibus, quod q̃to aliq̃d est melius, tanto debet desiderari ardentius. Cum ergo regnum cœlorum sit optimum, quo nihil est melius, debemus illud prę cęteris bonis concupiscere vehementius. Nõ enim est eo dignus, qui illud negligenter ac desidiose præ acedia desiderauerit. Vnde Bernardus in libro Meditationum ait: Desideremus illud quanto possu-

Oratio quid.

Bernard.

mus desiderio. Cum magna namque confusione & rubore ad illud perueniet (scilicet iudicandus) quisquis illud vehementer non desiderat. Quicunque vero iugi oratione,& assidua cogitatione in illo regno cõuersatur,& securus hinc egreditur, & cum magna lætitia illic suscipietur. Hinc est quod adeo frequenter monemur à domino, vt pulsemus, vt quæramus, vt oremus semper, nunquam deficientes, vt petamus gaudium nostrum fieri plenum, quod fiet cum venerimus ad cœlum, quo omnes sancti illud ardenter amantes & orantes peruenerunt: imò ipse dominus Iesus pernoctauit in oratione. Hic arguitur tepor desiderij nostri ad regnum cœlorum,& acedia in oratione. Frequentamus sæpius in ore: Adueniat regnum tuũ: sed o vtinã desideriũ versaretur in corde. Quasi horologium imus de hora in horam, strepitum quidem facientes, sed pene nihil intelligentes. Dormit enim mẽs nostra, quæ instar horologij insensibilis & perstrepentis, insensibilẽ fundit orationẽ verbalem Insensibilem dico, ꝓpter absentiam deuotę & attentę mentis, cum tamen ꝓceptũ sit ecclesię, vt officiũ diuinũ nocturnũ pariter & diurnũ attente & deuote peragatur. Euigilate iusti, & nolite peccare, dicit Aposto. Euigilemus, & ardenti desiderio & oratione regnum cœloꝝ (omniũ sanctoꝝ vestigia insequentes) conquiramus. Sed dicet aliqs: Qũo possumus ardenť tẽdere in rem incognitam & nunq̃ visam? Respondeo ꝙ res oino incognita nõ potest amari, qa actus, vel opatio intellectus, necessario ꝓcedit actũ voluntatis. Cognitio vero pertinet ad intellectũ, amor ad voluntatem. Modo regnũ cœloꝝ, q̃d appello ętternã beatitudinem, est nobis licet impfecte, cognitũ. Primo p fidem & sacros codices. Secũdo, testimonio oim gẽtiũ (licet etiã infideliũ) illud expectantiũ. Tertio, ex naturali inclinatione. Duo prima sunt omnibus nota. Tertium restat declarandũ. Vbi notandum, quod vltimus finis

Luc.11. Lucæ18 Ioha.16

Lucæ 4:2

Extra de cele.miss. ca. dolẽtes

omnium creaturarum est deus. Ipse em̃ perficit oẽm creaturam, quam perfectionem omnes appetunt creaturæ: sed excellentius homo & angelus, qui nõ solũ participãt deo in esse, vel viuere, vel etiã cognoscere vt cæteræ creaturæ, sed etiam consequuntur deum, intelligendo, amando, atque fruendo. Ipsa igitur inclinatio in vltimum finem, notificat nobis æternam beatitudinem, id est, regnum cœlorum. Vnde Augustinus: Vltimus ait finis hominum est beatitudo, quã omnes appetunt. Et idem 13. de Trinitate: Omnes hoies conueniunt in appetendo vltimũ finẽ, qui est beatitudo. Ergo non est nobis omnino incognita beatitudo. Præfata autem cognitio, licet sit imperfecta est tamen certissima per virtutem fidei, quæ à deo infunditur, & innititur æternæ & infallibili veritati. Hæc cognitio mouet voluntatem, hoc est, facit eam moueri per amorem in bonum iam cognitum. Et qa per seipsam illud bonum consequi non potest, sed p deum auxiliantem, eo quòd bonum illud sit supra se

Roma.5 idcirco inquirit illud bonum per spem. Spes vero nõ confundit: quia deus non derelinquit sperantes in se. Istis tribus, quæ in hac vita habentur de æterna beatitudine, respondebunt tria in ipsa futura beatitudine. Nam perfecta cognitio finis respondebit imperfe-

1. Cor. 13 ctæ cognitiõi, prout ab Apostolo docetur dicente: Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Et: Nunc videmus in ænigmate

1. Iohan. 3 tunc facie ad faciem. Et: Cum apparuerit inquit Sanctus Iohannes, similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est. Hæc est visio, spei respondebit præsentia ipsius boni amati, seu vltimi finis. Hæc est comprehensio seu tentio. Amori voluntatis respondebit delectatio, quæ importat quietationem amantis in amato. Hæc est fruitio. Præfata ergo visio est tota merces, & vita æterna, beatitudo, & regnum cœ-

Iohan. 17. lorum. Iuxta illud dictum domini Iesu: Hæc est

vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verũ deum. Cui viſioni iunguntur inſeparabiliter compræhenſio & fruitio. De hac feliciſſima vita dicit Auguſtinus lib. 22. de Ciuitate dei: Vacabimus & videbimus, videbimus & amabimus, amabimus & laudabimus. Ipſe deus erit finis deſideriorũ noſtrorum, qui ſine fine videbitur, ſine faſtidio amabitur, ſine fatigatione laudabitur. Sed dicet aliquis: Qualis eſt iſte, cuius viſio erit noſtra beatitudo, & in quo iam præſenti & tento inamiſſibiliter totus noſter affectus & deſiderium quietabitur, ita vt aliud nunquam in perpetuum quæremus, ſed cui vnico interminabili actu inhærebimus? Vere hoc, non dicam dicere vel ſcribere, ſed intelligere impoſſibile eſt omni creaturæ, etiam beatæ. Tamen hoc certiſſime ſcitur, quod eſt ſpiritus intellectualis naturæ supernobiliſſimus, ſua perfectio, cui nihil poteſt addi, quia ſine principio eſt totum quod eſt diuinæ naturæ independens, illimitatus, incontaminatus, incommutabilis, bonitas infinita, ſecundũ omnes nobiliſſimas proprietates quæ deo aſſcribuntur, vt ſunt potentia, ſapientia, charitas, clementia, pietas, miſericordia, & ijs ſimilia. Et ergo bonus, ſuauis, & amabilis in infinitum, vltra omnem creaturam. Ideo replet & vincit omne deſiderium, ita ꝙ nihil relinquitur amabile, vel deſiderabile. Eſt potens ſine permixtione, vel minime impotentiæ: Sciens ſine ignorantia: bonus ſine malitia. Porro vniuerſa creatura tam multiplex, tam varia & magna, prædicat eum, ſicut effectus notificat cauſam. O qualis erit dulcedo præſentiæ eius? Tunc ſentiemus quod eum diligimus, & quod ab eo diligimur, quæ nunc ſunt incerta. Iſtud eſt regnum cœlorum in quo regnabimus cum ipſo. Quod à nobis voluit propter ſe & in ſe deſiderari. Sed quoniam ipſe eſt propter ſeipſum, & in ſeipſo, vt noſter affectus foret ordinatus, voluit vt ſuam gloriam primo

Auguſtin.

quæreremus & diligeremus, dicendo: Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum. Debemus ergo sicut pij filij super maiestate, felicitate, bonitate amabilitate patris nostri pleno affectu gaudere, Qua si diceremus: O sanctificetur nomen tuum. O sis sicuti es, tantæ puritatis, & tam immensæ bonitatis. Hoc est desiderium nostrum, hoc est gaudium nostrum super beatitudine tanta patris nostri. Et non solum sit hoc apud nos, sed ab omni creatura, & præcipue intellectuali sanctificetur nomen tuum. Et quamuis omnia hęc verba orando cogitari non possunt, tamē affectus prædictus adesse potest & debet, ne oremus sine mente, sicut aues doctæ cantare, orare vident. Nihilominus omnia prædicta possunt adesse oranti in summa. Et sic orantes, implemus actum amoris, q̄ deum super nos, & super omnia diligimus. Orando vero, adueniat regnum tuum, debemus desiderare dei claram inamissibilem visionem & fruitionem, in qua sentiemus nos diligi ab eo quem diligimus scilicet deo. Omnis quippe amans, vult amari ab amato: & hoc est gaudium eius. Orando ergo pro regno, hic affectus debet adesse. Exercitatis in his, nō est aliqua difficultas, sed præ consuetudine prædicti affectus, & alia in summa occurrunt etiam velocissime, & maxime cum iaculatorie oratur. In petendo taliter regnum dei, implemus actum amoris quo diligimus nos & proximos in deo, & propter deum, quia petimus à deo mutuum cum eo amorem & charitatem: insuper deum eligimus finem nostrum, & requiem amoris nostri. Sed quia amor vbi est operatur magna, quid dabimus, aut quid operabimur pro tali regno? Hoc scilicet quod sequitur: Fiat voluntas tua. Hoc angeli fecerunt in cœlo, quando in illo terribili momento pro vnico actu debebāt vel beatificari ęternaliter vel damnari, & impleuerunt voluntatem dei. Hoc in terra fecerunt viri & fœminæ diuersi status

Matth. 6

& conditionis, viuentes in omni sanctimonia, esurien-
tes & sitientes iustitiam, pacifici, mites, misericordes Matth. 5.
humiles, in aduersis patientes, etiam innumerabiles
martyres, vsque ad supplicium mortis per acerbissima
tormenta, & impleuerunt voluntatem dei, idcirco
sunt beati, & ipsorum est regnum cœlorum. Nos ve-
ro adhuc infelices sumus, qui pro vilissimis rebus,
voluntatem dei dimittimus. Continuemus igitur
orationem, vt det nobis pater panem quotidianum,
id est, auxilium gratiæ, & necessaria corporis. Dimit
tat nobis debita peccatorum, & præseruet ab imminen-
tibus nouis peccatis, & condignam pœnam peccato
rum indulgeat, vt liberi ab omni debito, & mundicor
des effecti, cum omnibus sanctis deum statim post mor
tem videre mereamur in regno cœlorum.

¶Quid sit vim inferre regno cœlorum, atque non sufficere ad meritum bonam voluntatem, absque bona operatione.

Exhortatio VIII.

REgnum cœlorum vim patitur, & vio-
lenti rapiunt illud. Matthæi 11. Omnes
quotquot cum deo regnant sancti, vio
lentia regnum dei rapuerunt, nec est
alia via ad regnum cœlorum. Nemo 2.Tim.2
enim coronabitur (inquit eorum qui-
dam pugil fortissimus, & rapax raptor) nisi qui legi-
time certauerit. Verum quomodo possunt hæc fieri?
Regnum enim cœlorum consistit in visione, & frui-
tione, ac tentione diuinæ essentiæ. Sed quis deo vim
inferre potest, cui non posset ipse resistere, & repelle
re iniuriam? Adhuc cum nullum violentum sit perpe
tuum, quomodo violenti regnum (quod de se est per

Vim quo modo inferant iusti cœlo.

petuum) quieti possident? Parabolica est igitur ista loquutio. Sicut em̄ quidā, sc d̄m hoc seculū nequā, p labores maximos & violentias rapiūt castra, vrbes & regna, possident & non sua: sic homines violenter resistentes tentationibus varijs, vincentes peccata, occidentes in se cuncta vitia, ligantes ac refrenantes suas passiones, proficientes in virtutibus (quæ versantur circa difficillima) obtinent regnū cœlorꝫ, q̄d excedit propriam ipsorum naturam. Patria namq; cœlestis vim patitur, dum peccator ad eam quasi in alienum locum intrat per pœnitentiam. Grandis violentia est in terra nasci, & cœlum capere, & habere per virtutē quod non possumus per naturam. Non etiam potest homo natus in terra rapere cœlum, nisi sibi faciat violentiam, coercendo à delectationibus proprium appetitum. Patet ergo ex ijs, quód deo nulla infertur violētia, sed homini, deo vero potius obsequiū p̄statur & obedientia: quippe qui hanc præcipiat, exigat & velit. Cessat ergo iniuria, quia volēti nō fit iniuria. Et quanq̄ regnum cœlorum, quod homo rapit, sit supra se, non tamen est contra se, cum sit ad hoc conditus, nec infert illi violentiam indebitam, sed iustam. Est enim violentia in merito, rapina in accipiendo mercedem. Hæc est iustitia. Sicut enim reddere iustum precium pro re accepta ab aliquo est actus iustitiæ, ita etiam recompensare mercedem operis vel laboris est actus iustitiæ. Vocatur autem rapina, quia alienum est, & supra naturam quod pro violento merito datur. Regnum ergo quod rapitur, perpetuum est, non obstante violentia, quia ipsa violentia innititur iustitiæ, quę constans & perpetua est, reddens vnicuique quod suum est. Regnum vero cœlorꝫ illorum est, qui hoc merētur. Vtitur vero dominus Iesus rex noster, hoc modo loquendi, vt nos excitet ab acedia & tepore ad strenuos, viriles, fortes, constantes feruentesque labores charitatis in promerendo regnū

cœlorum. Et dicit hoc fieri à diebus Iohannis Bapti stę, quia ipse Iohannes regnum cœlorum prædicauit p pœnitentiam. Quamuis enim ante Iohannem baptistam plures pœnitentiam egerint, regnum quoq; cœlorum promeruerint. pauci tamē cōputandi sunt fuisse, & minus clari, respectu eorum qui post eū pœnituerunt, & vim regno cœlorum intulerunt. Horum primus & maximus est dominus noster Iesus Christus q peccata nostra sua deputauit dicēs in Psal. Deus deus meus, quare me dereliquisti? longe à salute mea verba delictorum meorum. Pro quibus dolēs factus etiam vulneratus est propter iniquitates nostras, & attritus propter scelera nostra, quod non rapuit sol uit, & disciplinam pacis nostrę super se tulit. O quantum contritus est de peccatis nostris, confitens deo patri, & satisfactionem plenissimam ac sufficientissimam recipiens & implens, cum lachrymis orans pro nobis exauditus est pro sua reuerentia, factus omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ. Vim ergo fecit dominus Iesus pro nobis, frangendo portas infernorum, impetrando veniam peccatorum, aperiendo ianuas regni cœlorum. Vim etiam fecit p seipso, quia scriptum est. Oportebat Christum pati, & ita intrare gloriam suam. Et quanta violentia irrogta est cœlis, & quanta rapina, quando natura humana in Christo super omnes choros angelorum ad dei patris est profecta consessum?

Matth. 3
Lucæ. 3
CHRISTVS vim' intulit cœlis.
Psal. 21
Isaiæ 53.
Psal. 68
Isai. 53
Hebræ. 5
Lucæ, 24

¶Secundo loco sequit beata & gloriosa semp virgo dei genitrix Maria, quæ vim intulit cœlis per pœnitentiā, quando luxit nedū peccata populi, sed etiā scdm Albertū peccata ꝓpria, nō quę habuit aut cōmisit, (cum hoc vniuersaliter omnis doctorum & catholicorum hoim turba deneget) sed q formidauit deplanxit qa inqt prefatus, allegās illud S. Grego. piarum mentiū est ibi timere culpam vbi non est. O quantam vim fecit regno cœlorum, viuēdo in virtutum oim grauitate

MARIA.
Gregor.

videndo filium Christum pati &mori in infirmitate ecclesiam dei comprimi à mundi prauitate, se relinq à gloria in temporis diuturnitate? Et quanta violentia irrogata est cœlis, & quanta rapina, quando ipsa secundum sexum debilis fœmina, licet mater, recepta est à filio, & super omnes choros beatorum spirituum exaltata & glorificata? ¶ Tertio loco, succedit gloriosus Apostolorum chorus. Qualia isti sancti passi sunt cũ Christo, qualia post Christum, quantũ pœnituerunt, prout specialiter habetur in scripturis de beato Petro, quantam solicitudinẽ pro ecclesia extruenda habuerunt & labores, quis digne poterit cogitare? Tandem preciosa morte, regnum cœlorum rapuerunt. ¶ Quarto loco sequuntur omnes martyres, viri & fœminæ, qui præter pœnitentiam horrendo spectaculo exhibuerunt mundo violentiam atq; rapinam, quam regno cœlorum intulerunt.

APOSTOLI
Matth. 26
Marc. 14
Lucæ 22

MARTYRES

¶ Quinto loco deputantur confessores, viri & fœminæ, qui in pace vitam feliciter consummantes, reliquerunt nobis qua pœnitentia, qua etiam vitæ sanctimonia vim cœlis inferre debeamus. De qua vi Climachus inter multa etiam ita scribit: Vidi, inquit, pauperes, qui non verbis ornatis, sed obscuris & dubiis, humilibus tamen, de profundo cordis cum plena fide clamabant ad regem cœlestem, & ex tali importunitate fecerunt vim benignitati diuinæ, quę violentari non potest. De hac vi sub nomine coactiõis loquitur beatus Hieronymus super Isaiam de pœnitentibus, dicens: Oratio deum lenit, sed lachryma cogit ad miserendum & parcendum. Solicite ex prædictis consideremus, quid nobis restat agendum. Vim fecerunt, Christus dominus noster, & pia mater eius cum omnibus sanctis. Si igitur ad felicissimam ipsorum societatẽ peruenire desideramus, oportet vim facere, & violẽter rapere regnum cœlorum. In omni ergo tentatione, semper ducis nostri Iesu verba repe

CONFESSORES.
VIRGINES.
Climach.
Hierony.

tamus: Regnum cœlorum vim patitur, & violenti ra-
piunt illud. Exigit enim ordo diuinæ sapientiæ pro
regno cœlorum obtinendo, rectitudinem volunta-
tis, & bonitatem operationis. Et in his magna vis est
necessaria. Hoc probat multitudo angelorum corru
entium, in quibus reperit deus prauitatem. Hoc pro- Iob. 4
bat infinitus numerus stultorum hominum pereun-
tium. Qui omnes tã angeli q̃ homines perditi, si vim
fecissent, nunq̃ perissent. Rectitudo voluntatis exigi
tur in beatificandis in regno cœlorum, propter debitũ
ordinem ad finem vltimũ, i. beatitudinem. Finis aũt
comparatur ad id quod ordinatur ad finẽ, sicut forma
ad materiam. Vnde sicut materia non potest conseq
formam, nisi sit debito modo disposita ad ipsam, ita
nullus potest consequi beatitudinem, nisi fuerit ad e-
am bene dispositus per rectam voluntatem. Hoc in-
nuitur in euangelio hodierno, vbi dicitur: Beati mũ Matth. 5
do corde, quoniam ipsi deum videbunt. Et idem testa Hebræ. 13
tur Apostolus, dicens: Pacem sequimini cum omnib9
& sanctimoniam, sine qua nemo videbit deum. Non
est hæc voluntas in omnibus hominibus, nec fuit in
malis angelis. Nec sufficit hæc sola, sed requiritur eti
am bonitas operationis, testante domino apud Iohã Iohan. 13
nem: Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea. Hoc
ipsum innuũt omnes sacræ paginæ. Eorum nempe q̃
nata sunt habere bonũ perfectum, aliquid habet ip̃m
sine motu, aliquid vno motu, aliquid pluribus. Habe
re aũt perfectũ bonũ sine motu, conuenit ei q̃d natu
raliter habet illud. Habere autem beatitudinem natu
raliter est solius dei. Vnde solius dei proprium est, q̃
ad beatitudinem non moueatur per aliquam operati
onem præcedentem. Cum autem beatitudo excedat
omnem naturam creatam, nulla pura creatura con-
uenienter beatitudinem consequitur absq; motu ope
rationis, per quam tendit in ipsam. Sed angelus qui
est superior ordine naturæ quàm homo, consequut9

est eam ex ordine diuinæ sapientiæ vno motu operationis meritoriç. Homines autẽ consequuntur ipsam multis motibus operationum, qui merita dicuntur.

Philosop. Vnde etiam secundum Philosophum, beatitudo est præmium virtuosarum operationum. Exigitur itaq; ad beatitudinem consequẽdam bonitas operationis non propter insufficientiam diuinæ virtutis beatificantis, sed vt seruetur ordo in rebus. Quia vero per Christum, qui est deus & homo, beatitudo erat ad alios deriuanda, iuxta illud Apostoli: Qui multos filios

Hebræ. 2 in gloriam adduxerat, ideo statim à principio suæ conceptionis absq; aliqua operatione meritoria præcedente, anima eius fuit beata. Sed hoc est singulare in ipso. Nam pueris baptizatis subuenit meritũ Christi ad beatitudinem consequendam, licet desint eis merita propria, eo quod per baptismum sunt Christi membra effecti. In adultis vero requiritur propriũ meritum ex bonis operibus, quia homo est liberi arbitrij, per quod seipsum mouet ad operandum. Vnde sua opera habẽt rationem merendi, quando propter dei gloriam operatur. In hoc enim maxime dei gloria relucet, id est, manifestatio bonitatis suæ, quod creaturas aliquas condidit sibi similes, liberi arbitrij & propriæ voluntatis, quæ possunt per seipsos operari, & à deo secundum suam ordinatiõem aliquid mereri, concurrente semper suo motu generali, quo oẽs creaturas mouet ad actionem, & etiam speciali, quo mouet angelos & homines ad merendum æternam beatitudinẽ: quia sine tali motu gratiæ inanes essent omnes operatiões eorum. Peruersissimum igitur est dogma Lutheri & perniciosissimum, quo nititur affirmare sola nos fide & sine operibus posse saluari, vtpote rationi, sacro eloquio, & diuinæ contrarium ordinatiõi. Instemus eapropter charissimi, reformationi & rectitudini voluntatis, & bonis opibus (propterea enim huc venimus) vt æternam felicitatem

cum omnibus sanctis consequi mereamur. Regnum enim cœlorum vim patitur. Quæ vis necessaria est in relūctãdo vitijs, voluptatibus carnis circa cibum & potum, circa venerea, in resistendo superbiæ, inani gloriæ, animositati, inobedientiæ, in extirpando acediam in diuino seruitio, in ceremonijs ordinis, in solitudine, in silentio & amarissimis alijs internis vexationibus, timoribus & anxietatibus: in quibus semper recurrendum est ad sententiam ducis prælij nostri Iesu, dicendo: Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Matth. 11

LIBRI QVARTI FINIS.

EPILOGVS

LIBRORVM DE BONITATE diuina atque conclusio, in qua simul explicatur mystice Psalmus CXXVI. pro felici præparatione ad mortem.

NIsi dominus ædificauerit domum, inuanum laborauerunt qui ædificant eam. Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Ecce quid moneat spiritus dei, ad sublimia nos perducere cupiens, videlicet ad conspectum dei viuentis & videntis. Fastigium hoc altum est, videre scilicet omnia videntem. Ad quod nemo peruenire valet nisi fuerit bene fundatus, hoc est humiliatus. Monet ergo nos exemplo ædificantium & vigilantium, vt non nostris viribus, neq; nostris industrijs confidamus, sed ad diuinum auxilium semper recurramus, præcipue in his quę excedunt proportionem actiōis naturæ nostræ, vt est per felicem mortem ad dei conspectum peruenire. Deus enim est principium & prima causa omnium simul, sine cuius actione nihil fit neq; mouetur in vniuersa creatura. Nemo ergo sufficit ędificare domum aut custodire ciuitatem, sine ei9 cooperatione, & maxime in spirituali ædificatione & custodia. Aedificat domum qui seipsum aptat in habitaculum dei, Quæ domus sumus nos. Dicit enim Petrus: Superædificantes domos spirituales. Eadem

Hebræ.3
1.Petri.2

vero quæ dicitur domus, dum ædificatur: dicitur ciuitas dũ custoditur. Sicut enim in materialibus primo ædificatur domus, postmodũ alijs accrescentibus ędificijs resultat ciuitas: sic etiam in spiritualibus primo stricta & angusta deo in homine conuerso efficitur habitatio. Quo proficiente per omnes animæ vires & coporis sensus, deo ciuitas assignatur, vt etiam veraciter de illo iam dicatur illud Psalmi: Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas dei. Verum quãtumuis homo bene inchoauerit. & excellenter profecerit: semper tamen redire debet ad considerandum propriam insufficientiam, & domini in se gratiosam operationem, vt iugiter sibiipsi vilescat, & nunquam de donis dei, quasi ea non acceperit intumescat, neq; cæteros aspernando de bonis collatis, instar pharisæi, inaniter se iactet, sed diuina beneficia recognoscat. Quia quod nunquam est obliuiscendum, nisi dñs ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam. Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Quapropter Apostolus monet: Qui gloriatur, in domino glorietur. Quod ante iam monuerat, dicens: Quemadmodum scriptũ est: Qui gloriatur, in domino glorietur. Et Psalmista: In domino laudabitur anima mea. Frequenter scriptura monet, ne quis in seipso glorietur, quia nouit spiritussanctus q̃ inordinatus amor suiipsius, hominem vanum facit ad gloriandum inaniter de rebus non suis. Vnde continuando Psalmum humilitatem exaggerat dicens:

Lucæ 18
2. Cor. 19
1. Cor. 10.
Ierem. 9
Psalm. 33

Vanum est vobis ante lucem surgere.

Hæc est lux gratiæ gratum facientis, quæ constituit hominem in consortium diuinæ naturæ, vt dicit Petrus: Maxima & preciosa vobis promissa donauit, vt per hoc efficiamini diuinæ consortes naturæ. Ex isto lumine gratiæ deriuantur virtutes infusæ, fides

1. Petri. 2

ſpes, charitas, & reliquæ, ſicut enim lumen naturale rationis eſt aliquid pręter virtutes acquiſitas, quæ dicuntur in ordine ad ipſum lumen naturale: ita etiam ipſum lumen gratię (quod eſt participatio diuinæ naturæ) eſt aliquid præter virtutes infuſas, quæ à lumine illo deriuantur, & ad illud lumen ordinantur. Sine hoc lumine vel luce omnes homines in tenebris ſedent. Ad quos illuminandos venit lux vera Ieſus CHRISTVS, in tenebris lucens, & ſalubriter illuminans omnem hominem ſaluandum, tam in veteri quàm in noua lege, quia Chriſtus Ieſus heri & hodie ipſe & in ſecula. Quia ratione diuinitatis & in eo quod eſt emanuel, homo deus, nobiſcum deus, meritum eius & gratia, per quam omnes homines ſaluantur, & ſine qua nemo ſaluatur, extendit ſe ad omne tempus. Et ipſe eſt dominus ſolus author gratiæ, ſicut ſcriptum eſt: Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Sine hac luce gratiæ nemo vnq̃ ſurgere potuit ex voragine peccatorum, quibus omnes inquinati ſunt, cum nemo mũdus ſit à ſorde, vt dicitur in Iob: Quid eſt homo vt immaculatus ſit & vt iuſtus appareat natus de muliere? Vbi alia translatio habet: Nemo mundus à ſorde, neque infans, cuius eſt vnius diei vita ſuper terram. Quæ verba maxime loqui videntur de peccato originali, in quo omnes cõcepti ſumus. De actuali vero ſcriptum eſt. Non eſt homo iuſtus ſuper terram, qui faciat bonum & non peccet. Et Iacobus dicit. In multis offẽdimus oẽs. Et Iohannes: Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, et veritas in nobis non eſt. Ideo veritas ęterna orare nos docuit: Dimitte nobis debita noſtra. Quod friuole oraret, qui peccata nõ haberet. Ipſe vero IESVS CHRISTVS eſt ſolus qui peccatum non fecit, nec inuẽtus eſt dolus in ore eius. Inſuper ipſe eſt agnus DEI qui tollit peccata mundi. Vanum eſt igitur velle ante

Iohan. 1
Hebræ. 13.
Iohan. 1
Iob. 15.
Pſalm. 50.
Eccl'ſ. 7
Iac. 4.
1. Ioha. 1
Matth. 6
1. Petri. 2
Iohan. 1.

ſunt per peccata & te ad illa pertrahunt: & illuminabit te Chriſtus, per fidem charitate formatam. Ipſe enim eſt lux & ſaluator mundi. Vnde ſcriptum eſt: Nec enim eſt nomen aliud ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Et iterum: Hũc principem & ſaluatorem deus exaltauit dextera ſua ad dandam pœnitentiam Iſrael & remiſſionem peccatorum. Actu. 14 Ibidem 5

¶ Surgite ergo per lucem gratiæ ſuæ (qui manducatis panem doloris) Panem doloris comedunt peccatores in exercendo peccata. In quo exercitio videtur ipſis, quod reficiantur quaſi ex pane in carnis voluptatibus, in impẽſis honoribus, in iræ, inuidiæ, vindictæ, & cęterorum viciorum executionibus. Et ſic viuere reputant vitam. Vnde talem vitam exercentes dixerũt, quaſi impij, cogitantes apud ſe non recte Haec eſt pars noſtra: & hæc eſt ſors noſtra, id eſt, vita quam præelegimus. Et non aduertunt miſeri ſe lethiferũ venenum deuorare, quod ſpoliat eos vita gratiæ & gloriæ. Vnde A V G V S T I N V S ſuper Iohannem: Panis in faſtidio eſt, & placet venenum. Iſte panis dicitur panis doloris, quia innumeros dolores inducit. Ipſa enim peccata in ſeipſis labores & dolores continent, adeo, vt peccatores ipſi maiores labores faciant & dolores ſuſtineant promerendo infernum, quàm dei amici ꝓmerendo æternam ſalutẽ: vt patet in luxurioſis, adulteris, auaris, rapacibus, & ſimilibus. De qbus recte dicit in lib. Sapi. Laſſati ſumus in via iniquitatis & ꝑditionis, & ambulauimus vias difficiles. Quod ſi laſſati voluerint ab iniquitate requieſcere, nõ permittitur eis. Nam impediuntur vel à ſocijs, vel à mulieribus, vel ab ipſa ſua mala inclinatione & cõſuetudine peccandi. Iuxta illud Hiere. Laſſis non dabatur requies. Sunt & alij grauiores dolores peccatorum in purgatorio vel inferno tolerãdi vel certe in ꝑſenti vita ab his qbus de- Sapient. 2 Auguſtin. Sapient. 5 Threno. 5

pçestare dignaē, vt hic purgentur per aduersitates, infirmitates, & pœnas plerumq; grauissimas, aut saltē per amorosam pœnitentiam, quę cōtinet dolores maximos de peccatis ꝑpetratis, q̄bus dolor similis non comparatur in anima intellectiua. Ecce q̄ veraciter dicantur peccatores manducare panē doloris. Est insuper notandum, ꝙ est quędam pœnitētia infructuosa, vt in damnatis, teste Gregorio in Homilia. Est & alia pœnitentia moralis, qua per dictamen rationis homo dolet de turpi opere. Et hæc etiam inuenitur in gentilibus & ethnicis: non tamen est prorsus inutilis, sed disponit pœnitentē ad surgendū ex peccatis suis. Tertia est pœnitētia sacramentalis, quam peccator libens & volens assumit. Hæc initio cōmuniter est imperfecta & insufficiens ad reconciliationem diuinā: sed perficiē in absolutione sacramētali ex vi sacramenti, si ipsa absolutio nō ficte recipitur. Perfecta vero & sufficiens, imō & ꝑfectissi. pœnitētia, q̄ sui magnitudine delet & peccatū & pœnas peccato debitas. Habet eñ dolores, ꝑ peccatis in aīa maximas. Huius doloris panē manducāt q à peccatis surgunt. Dicant scrupulosi, q̄ amaꝝ panē ederunt, resurgētes à peccatis in recordatione pręteritoꝝ & reiteratione cōfessionis eoꝝ. Hunc panē acerbissimi doloris dat deus surgentibus à peccatis in bonū ipsoꝝ, donec alliget cōtritiones eoꝝ. ¶Postquā peccatores surrexerūt à peccatis suis ꝑ lumē gratię, tūc ędificāt domum & ciuitatē deo & custodiūt eā ex lumīe gratię primo moti & adiuti. Et gratia cooperāte bonis studijs eoꝝ tandē veniūt ad mercedem. Ideo sequitur in Psalmo.

Gregor.
Triplex pœnitētia

Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas domini.

Surgentes peccatores à peccatis suis dicūtur hæreditas domini: sicut filij Israel in scripturis frequētissime hęreditas domini nomināē, qa possidebant dei

hæreditatē: sic humiles resurgentes à peccatis, dei hę reditatē possidebunt, qa taliū est regnū cœlorū. Sunt enim tales per lucē gratię & virtutes ex ea procedētes, pcipue per fidē, spē & charitatē, facti filij dei. Si autē filij dei, & hęredes: hæredes quidē dei, cohęredes autē Christi. Dicūtur vero tales filij dei, nō p naturā, sed p adoptionē & regenerationē: quā accipiūt baptisati sicut modo geniti infantes, vt ait B. Petrus: & p gratiā gratū facientē, p quam consortes efficiūtur diuinę naturę ex merito & morte Christi, q, pptерea mortuus est, vt filios dei, q erant dispersi, congregaret in vnū. Quapropt spiritussanctus in isto Psal. appellat hęredes domini filios dicens (filij) quasi diceret: Hęreditas domini. i. hęredes sunt filij. Et vnde habeant filiationē, adiungit dicens: Matth. 5. Iohan. 1 Roma. 8 1, Petri. 2 Ioha. 11

merces fructus ventris.

Quia scz sunt merces & mercedes mortis illius q secundū humanitatē est fructus ventris. Cuius vo mulieris ventris fructus sit, notissimum est nunc fidelib9 Christianis, videlicet virginalis vētris castissimę virginis & matris Marię. Et dicitur Christus scdm humanitatē fructus ventris, qa substantiā carnis ex vtero matris suscepit. Quia tamē eadē mater vtramque naturā, diuinā scilicet & humanā, in vna persona peperit, ipsa est vera mater dei & hominis. i. Christi seu emanuelis. Subiungit autem spiritussanctus modū p' quē quis qui iā ex peccatis surrexit, ad mercedem tutus & gaudens peruenire possit, dicens.

Sicut sagittæ in manu potentis, ita filij xecussorum.

Quasi diceret: filij prædicti, scilicet ipsius C H R I S T I, qui excussus est ab omni inordinato amore & ab omni quod possit impedire liberum accessum ad deū, docuit viā perfectionis & diligere deū ex toto

corde. Et Apostolorum doctorumque sanctorum filij, qui similiter excussi (licet non adeo perfecte, vt Christus) eadem docuerunt, esse debēt sicut sagittæ in manu potentis. Potens enim sagittarius eligit sibi sagittas perfectas, ne ictum frustratum faciat. De quo lau-

2. Reg. 1 datur Ionathas: Sagitta Ionathæ nunquam abijt retrorsum, id est, sine vulnere. Et hoc vtique erat gaudium sagittas mittentis: Sic filij Christi domini & Apostolorum atque doctorum debent esse perfecti in diuino amore, & in omnibus vijs suis, ne sagittando faciant labores & actus virtútum inanes, sed semper vulnus infigant validum, sicut potentes sagittarij, in

Cantic. 4 cor dei. Iuxta illud: Vulnerasti cor meum soror mea sponsa. Hæc autem sponsa est ecclesia, & quęlibet anima perfecta, quæ vulnerat cor dei vulnere amoris. Loquitur enim scriptura secundum modum amantium. Et reuera sicut interdum naturaliter vel carnaliter amantium corda ex nimio amore vulnerantur, (quod historiæ docent) ita deum amantiū corda vulnerantur. Et hoc maxime in contemplatiuis, vt patet in libro Henrici Herp & aliorum. Recepi ipse intra paucos annos scripta, quibus insinuabat, quod quidam amator dei ex amore mortuus fuit. Cor eñ qd est instrumentū vel membrū animę aptū ad amandū (sicut oculi ad videndū & aures ad audiēdum) dū valido amore dei inflāmatur, exultat, aperit & vulneratur: quemadmodū cætera mēbra & instrumenta per excessiuum actum debilitātur. Quapropter Chrysostomns in homilia de diligendo deum ex toto corde, hūc amorem appellat quodammodo carnalē. Sed hanc materiam longius prosequi intermittens, dico quod cor dei vulneratur per sagittas perfectorum hominum, quando actus virtutum exercent in feruenti amore dei. Dicitur autem cor dei vulnerari humano modo loquendi, non quod patiatur aliquam mutationē aut passionem, quam patiuntur homines amantes:

ſed ꝙ habeat occaſionem ex amore hominis eidem amoris beneficium præſtandi, qui nihilominus omi= bus creaturis generaliter influit ſuæ bonitatis & amo ris beneficia ſine ceſſatione· Sagittæ prædictæ vehe= menter vulnerant, quando deſideria noſtri amoris ab omni re creata etiam ab actibus virtutum libera & expedita cũ maximo feruore & aſpiratione emit tũtur ad deum, quando ſcilicet igniculus amoris ac cenſus eſt & iam ſoli dilecto deo loquitur, ſagittando orationes & deſideria ignita in deum, nec aliquid ali= ud attendit in vniuerſa creatura, ſed multiplicat deſi deria deo gratiſſima, dicens: O pijſſime deus, quando perfecte tibi placebo? Quando tu ſolus placebis mi= hi? Quando eris mihi ſolus vnice dilectus? Quando ſolus occupabis totam animam meam? Quando in= uenies me abſq; omni offenſa tui? Quando inueni es cor meum mundum & excuſſum ab omni inordi= nato amore? Et ſimilia multa. In qua iaculatiõe vel ſagittatione purificatur cor ab omi creatura, quæ vel in minimo animam inquinare poſſet cum pleno con ſenſu. His autem ſacris ſagittis reſiſtere ſolet etiam in uito iaculatore ſcutũ quoddam diaboli, quod tamẽ ſagittæ potentis acutæ penetrare poſſunt, & progre di debẽt vſq; ad cor dei. Scutũ iſtud prauũ eſt amor ſui ipſius, ſecundum ſenſualitatem vel malitiam volun tatis, qui ſemper quærit mollia & delectabilia ſecun= dum ſenſualitatem, aut exequi delectatur malitiam cordis ſui in ſuperbia, ira, inuidia, & alijs vitijs. De q̃ ſcuto ſcribitur in Threnis: Dabo eis ſcutum cordis, laborem tuum, id eſt, paſſionem, crucem, mortem, ne penetrentur iaculo prædicationis obdurata corda. De his prædicatiõis ſagittis dicitur in Pſal. Sagittæ tuæ acutæ, populi ſub te cadent in corda inimicorũ regis. Sagittæ, id eſt, prædicationes Apoſtolorũ ca= dent in corda inimicorum Chriſti. Verum nõ oĩm cuta penetrau erunt, qa iuxta Apoſtolum non oĩm

Orationes iaculato= riæ effica= ces.

Thren.3

Pſalm.44

2.Theſſ.3

1. Thess. 3 est fides. De his sagittis scriptum est: Mittam ex eis
Isaiæ. vlt. tenentes sagittam, id est, prædicationem Apostolorum & cæterorum, vt manifeste ibidem sequentia innuũt Sicut ergo scutum obdurationis obstitit sagittis Apostolorum, ne Iudæi & infideles ad Christum conuerterentur: sic scutum proprij amoris impedit, ne sagittæ amantis potenter ad cor dei perueniant. Igitur sciat omnis amorosus sagittarius, quod si obstiterit aut inhæserit affectui suo vel modicum aliquid, quod ꝑ amore dei relinquere non potest, sagitta reddetur inualida & nihil operabitur, sed sagittanti suam inertiam ostendet, & impotentiam. In execitio de effusione cordis in primo libro capite decimoquarto scripsi hæc fusius, vbi particulariter tangũtur ea, in quibus amator se debet deo conformare. Hic scrupulosis & plusquam oportet timentibus paratur magnus laqueus, qui indiscrete volunt omne diuinum beneplacitum adimplere: non intelligentes quid sit diuinũ beneplacitum, & offerunt plusquam necessarium est
Exod. 36 iuxta illud: Plus offert populus, quàm necessariũ est Imperfectis vero generatur labor & dolor, dum volunt perfecte se deo conformare & omnia propter deum relinquere, & expediti in deum tendere, & nõ possunt. Vnde in tali actu tristitia inutilis generatur & capitis dolor: quod frequenter expertus sum. Homines vero sectantes mundum & carnem, & non intelligentes hanc materiam, derident eam & putant esse insaniam, & perditionem temporis, & omissionem bonorum studiorum: cum tamen nunquam fructuosius expendatur tẽpus nec quicq̃ melius agi possit his nobilissimis & preciosissimis studijs. Quapropter diligenter intelligatur, q̃d in Psalmo sequitur.

Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis.

Vere per omnia beatus in via, spe æternæ beatitudi-

nis,qui impleuerit desiderium suum præfatis amoris sagittis. Quod tamen sane intelligendum est & distinguendum. Quidam enim habent desiderium alicuius rei, quam tamen non adipiscuntur: sicut paup videns diuitias vel cibaria diuitum, habet desiderium plenum habendi ea, si posset. sed vacuus manet. Et multi habent desiderium plenum faciendi hoc vel illud: sed nunquam perficiunt. Diuites vero comedunt & bibunt & implent desiderium suum. Et multi ea quæ desiderant perficere (vt est ædificare domos, plantare vineas) perficiunt, implentes desideria sua. Pari modo inueniuntur, qui dicunt: Habeo bonum propositum emēdandi vitam meam & sancte viuere, iuxta mandata & beneplacita dei: sed adhuc nō possum illud facere. Non possunt quippe venire ad nuptias, quia habent videre villam, probare iuga boum, aut quia duxerunt vxorem. Alij manifeste dicūt In fine vitæ volo me totaliter ad deum conuertere. Imo quidam iam conuersi ad deum, sed tepide viuentes (quos consueuit dominus euomere ex ore suo, quos valde multos dolenter inspicimus) dolent (quod etiam fateri non erubescunt) se seculum reliquisse. Tales omnes non sunt beati, sed miseri. Nec de tali impletione desiderij loquitur PSALMVS: sed de illis, qui accensi diuino amore sagittas amoris potentes mittunt in cor dei, secundum quod supra declaratum est, in tanta abūdantia & frequentatione vsque ad satietatem & plenitudinem desiderij, ita quod satisfecerunt desiderio suo. Quod tamen non finitur in hac mortalitate, licet quandoque interpoletur, sed durat vsque ad finem vitæ. Et ab illo in gloria crescit in infinitum licet in alia forma quàm hic: quia ibi non erit malum quod auferatur: nec deerit bonū q̄d petatur vel expectet. Beatus vir q ita impleuit desideriū suū ex ipsis, qa

Lucæ, 14

Apocal. 3

non confundetur, cumloquetur inimicis suis in porta.

Hoc est, in iudicio particulari, quod seruatur in exitu animę cuiusq; hominis: siue vniuersali, quod seruabitur post mortem omnium hominum in fine seculi. Porta enim locus fuit iudicij antiquis temporibus, vt patet in multis scripturę passibus. Vnde super illud,
Prouer.31 Nobilis in portis vir eius, dicunt doctores: Veteres in portis sedebant ad iudicandum, vt venientes para tum continuo responsum iudicantis acciperēt, & rusticos insolita vrbis ędificia non stupefacerent, nec frequens litigantium controuersia vrbis pacem turbaret. Talis ergo non confundetur, cum loquetur in porta inimicis suis, id est, accusatoribus dęmonibus, vel peccatis perpetratis, quia charitas operit multi-
1.Petri.4 tudinem peccatorum. Ecce quàm bene docet hic psalmus modum perueniendi ad bonam mortem: & eam non timere. Primo per veram humilitatem, quæ est fundamentum omnium virtutum, & perficit viam planam, id est, charitatem quę est perfectio earundē & tollit illa duo supradicta, quę faciunt mortem terribilem. Amor enim facit confidere de pręsentia a-
1.Ioh.4. mati. Ideo dicit beatus Iohannes: In hoc perfecta est charitas nobiscum, vt fiduciam habeamus in die iudicij. Vnde per hoc ostendimur perfecte deum diligere, si aduentum iudicij eius non timemus: Qui enim timet non est perfectus in charitate. Diligamus ergo diuinam bonitatem, vt sine timore hinc transeamus ad æternam felicitatem, Amen.

¶Hic supradictus venerabilis & deo deuotus pater, & scribendi, & viuendi finem fecit, atq; quod verbo docuit, exemplo monstrauit, Anno 1530. ipsis feriis diui Hieronymi, circiter horam decimam, ante meridiem.

EDIDIT IN LVCEM, PRAETER EA quæ nunc damus, venerandus iste pater quędam nõ spernẽdę lectionis in vtroq; idiomate opuscula, cõtẽplatiuis deoq; dicatis perq̃ vtilia atq; adeo necessaria

Directorium contemplatiuorũ vere aureũ ab Henrico Herp germanice conscriptum latinitate donauit, pręfigens pręfationem insignem pro rudium institutione: Gratia. &c.

Candelam euangelicam: Disputationis immodica.

Assertionẽ purgatorij, cultus sanctorum, &c. Quoniam multi hodie. Eundem quoque germanice.

Enchiridiõ simpliciũ sacerdotũ: Homo quidã fecit

Directorium paruũ contemplari inchoantiũ: Persona quædam.

De indagine religionis: Deus hominẽ condidit. Eũdem quoq; germanice.

De vario modo adorandi deũ, sanctos, & homines: Adorare sicut nunc sumitur. Eundem quoque germanice.

Librum precationũ ad deum & sanctos: Exercitiũ quoddam mentale.

Sermones, collationes & epistolas varias.

¶Paragrammata siue errata libri.

60.62.64. 65.66. deinde vsque ad finem corrigendus in folijs numerus.

Folio 15. facie. 1. 26. Deus ergo rogandus. 41. 1. 26. confiteor patrem. Ibi. 2. 32. per quod. 52. 1. 10. quid sit color. 59. 1. 6. impediantur, Ibi. 2. 29. intentissime. 71. 1. 15 conuenientis. 72. 2. 31. satagite. Ibi. 35. insolitos. 74. 2. 21. laudes. 116. 1. 25. viuentes. 118. 1. 34. laborantibus. 130. 1. 3. ferretur. 154. 2. 31. contrariam habẽt. 161. 2. 29 clarissime. 212. 2. 29. die. 215. 2. 18. peccato originali. 239 1. 2. pudori. 278. 2. 35. actiones. 280. 2. 31. modulo. 314. 1. 36. excu(let) potius. 332. 2. 11. percipiat? 336. 1. 28. curam rerũ. Ibi. 2. 10. de decollatione. 353. 2. 13. sedentes qui, Ibi. 15. Idem testatur. Finis.

APOLOGIA BREVIVSCV la pro opuſculis D. Petri Leyden, alijſq; pietate ſimilibus, Giſberti Blochonij Carthuſiani.

SOlent mihi, pie lector atq; in Chriſto frater, nonnunq̃ mouere ſtomachum (vt dicam aperte, quod res eſt) qui literas oẽs quas bonas aut politiores dicũt (vti ſunt) veluti rem inutilem ac ſuperuacaneã, aut etiam noxiam, reijciunt, exibilant atq; explodunt: quibus certe literis priſcos illos ſanctimonia atq; eruditione ex æquo ſuſpiciendos Theologos debemus, quibus obloqui dicas ſummo Ioui obſtrepere. Verum non paulo grauius eos peccare exiſtimo, qui literarũ humaniorũ cognitiõe turgidi, ac ſupbi, ea q̃ pia ſunt ac Chriſtũ ſpirantia, ſi deſit verborũ faſtus ac lenociniũ, oĩa vt peſtẽ auerſantur ac conſpuunt. Delinquitur, fateor, vtrobique, ſed hic q̃ illic longe grauius. Quur ita decernã, nõ eſt graue dicere cauſã, vt inquit ille. Rhetorũ pigmẽtis, ſuauiloquio, amœnitate, acrimonia, cæteriſq; ſermonis delitijs facile etiam peſſimus quiſq; capitur, atq; adeo homo ἄθεος, ideſt, ſine deo: id quod certũ ſcio, at amor γραφῶν θεοπνευστῶν, id eſt, ſcripturarum diuinitus inſpiratarum, is demum arguit ſiue probat vere Chriſtianum ac ſanum pectus. Si qs inquit ſeruator, diligit me, ſermones meos ſeruabit. Animalis homo, inquit in Corinthijs diuus Paulus, non percipit ea quę ſunt ſpũs dei: ſtultitia eñ eſt illi: ſpũalis aũt homo dijudicat oĩa. Fateor quidem, ſi qs copulare poſſet ἑκάτερον, id eſt vtrumq;, is profecto perfectus eſſet vir, atq; illud quod in epiſcopo poſtulat diuus Paulus διδακτικὸς, i. ad alios docendũ dexter & egregie apparatus; ſed ſi in altero ſit peccãdũ

pluris est apud me pietas vel illiterata, q̃ vana atq; inflata eloquentia, Non ego tãti facio Ciceronis aut Demosthenis Philippicas, quãti sermones D. Iohannis Tauleri allemãnicos, aut libellos D. Ioh. Rusberi, etiamsi infantissimos. Huius meæ sentẽtiæ authorẽ habeo grauissimũ, & q̊ maiorẽ non cuperẽ, Iohannem Picũ Comitẽ illum Mirandulanũ inter ingenia naturæ prodigium, q pluris faciebat minutulum quantulumcunq; seniculi vel aniculę affectũ in deum, q̃ oẽm suam diuinarũ humanarũq; rerũ cognitionẽ: vt Franciscus Picus habet in vita auũculi. Et quis adeo vesanus est, q malit ex Neronis capedine (q̃ Plinius 300 sestertijs æstimat) vappã aut venenũ bibere, q̃ ex vasculo samio vinũ salubre & innoxium? ita dubio procul præstat ex libro stylo simplici conscripto discere pietatẽ atq; innocentiã, q̃ ex Plauto, Terentio, aut Ouidio & his neqoribus ea imbibere, q̃ etiã extremã tuã caniciem dehonestent atq; cõmaculẽt, neq; tamẽ eijcere possis. Postremo, vt delicati palati est. nõ nisi Cretica, aut è Campania Massici vina suspirare: ita fastidiosi ingenij est, oĩa p̃ter Basilios, Nazianzenos, Hieronymos, & Ambrosios, & cæteros q̊s vix intelligere possis, reijcere. Quapropt̃ monitus sis, pie lector, vt hos patris nostri nup vita defuncti sacros labores obuijs vlnis excipias, locaturꝰ in eis euoluẽdis operã (Christo aspirãte) non pœnitendã. Pręter variã eñ rerũ cognitionẽ, habet igniculos, q̃bus frigida pectora incalescãt. Quibus potissimũ sub noctẽ erit vtẽdũ, q̃ sacras vigilias p̃cedit, ne tepidi, nauseabundi, & somniculosi dño assistamus: sed iuxta diui Bernardi monita, lubentes, alacres, ac feruidi. Si huic patri contigissent tempora magis felicia, haberes (mihi crede) authorem tersum & elegantem: ea fuit in viro naturæ bonitas atq; ingenij viuacitas. Verum hoc in re tam sacra anxie quærere sit impium, Vale, & fruere, E silentis Carthusianis, Colonię 1537.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA